

SOD. HAYMONIS.

EPISCOPI HALBERSTAT.

Homiliarum siue concionum ad
glebem pars æstiuæ.

IN DIE SANCTORUM Paschæ. Marci. XVI.

TIn illo tem. **Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome**, emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Et reliqua.



OMMENDAT NOBIS hæc sacratissima lectio, sanctorum mulierum deuotio onus, cōmendat & angelorum apparitionē, & qd his maius est, dominicā resurrectionem. Sed cūcta per ordinem. Uideamus. Ait enim euāgelistā: **D**aria Magdalene &c. Prædictæ namq; mulieres (ut Lucas euāngelista cōmemorat) à Galilæa dominum securæ fuerant, de suis substantijs ei ministrantes; quia licetum erat apud Iudeos, nec ducebatur in culpam, ut mulieres prædicatoribus de suis facultaribus uictum & uestitum ministrarent. Quare consuetudinem tenuerunt apostoli, post domini resurrectionem, uel ascensionem, quod apostolus Paulus probat, sed ipse proper uirandum scandalum inter gentes, hac consuetudine uti noluit, dicens: **N**umquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri apostoli, & frarres dñi, & Cephas? Cephas

A iiiij

8 T IN D I E S A N C T O

A c t u s .

Syriace. Iarine dī Petrus, A c si diceret, habemus. **E**t in **A c t i b u s a p o s t o l o r u s** de ipsis apostolis legit. **H**i omnes erant unanimiter pseuerantes in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu. **S**ed mulieres quae dñm secutæ fuerant, uidentes eū comprehendendi, ligari, flagellari & crucifigi, discipulis q̄ dicebāt prius. **E**amus & nos, ut moriamur cū illo, fugientibus, ipsæ cum eo remanserunt: & sic impletū est tēpore dñicæ passionis, qđ olim per beatū lob in eius persona dīctū fuerat: **P**elli meæ cōsumptis carnibus adhæsit os meū, & derelicta sunt tanūmodo labia circa dentes meos. **Q**uasi em̄ consuētis carnibus, pellis ossi adhæserat, qñ discipulis fugientibus, mulieres cum dño pseuerabant. **S**ed quæ arctius eū uiuentem dilexerāt, nec à mortuo separari poterant. **N**am uidentes eum sepeliri, sedentes contra sepulchrum, ut euangelista resert, notauerunt locum, ut abeuntes emerent aromata, & illa nocte, quantum potuerunt, unguenia præparauerunt: sableto autem, secundum mandatum legis filuerūt. **O**ccidente uero sole, quod supererat in præparandis unguentis desudauerunt. **M**ane autem prima fabbati, antequam illucesceret, cum p̄paratis aromatibus ad sepulchrum uenerūt, cupientes eius sacratissimum corpus saltē moruum ungere, quem uiuentem nimio dilexerant amore. **E**t hoc est quod Marcus ait: **M**aria Magdalene, et **M**aria Jacobi, et **S**alome, emerūt aromata. **E**pulchre mulieres uno noīe censemuntur, ut quibus una erat uoluntas, parþy desiderium, unum esset & uocabulū. **Q**uare noīm distinctionē euangelica lectio ostēdit, per adiectiua noīa, cum ait: **M**agdalene, Jacobi, & Salome. **M**aria Magdalene à Mag

PASCHÆ

dalo dicta est castello : ipsa quoq; soror fuit **Lazari**,
quæ quondam (ut **Lucas narrat**) peccatrix in ciuitate
fuit: sed q; ad dilexit multū, dimissa ei sunt peccata mul-
ta. **Maria Iacobi** à filio suo Iacob dicta ē, quæ mater
terra fuit dñi, i. soror matris, & m̄ Iacobi & Ioseph.
Maria Salome, uel à uico, uel à uiro dicta est. Trādūt
em̄ eam habuisse duos viros, Cleopham scilicet &
Salomem: ipsam uolūt esse, quæ alibi **Maria Cleopha**
appellat. **Maria aut̄ Syriace**, nobilcū stella maris, sive
domina interpretatur: significat uero ecclesiam, quæ
in medio nationis prauæ & pueræ lucet tanq; lumi-
naria in mundo, uerbū uitæ continēt. Quæ signifi-
cio, quāvis dei genitrici spiritualiter congruat, p cuius
partum uirgineum sol iustitiae mūdo resplenduit, tñ
& istis potest congruere, quæ cū aromatibus uenien-
tes ad sepulchrum, primum splendorem dñicæ resur-
rectionis mundo nūnciauerunt. **Mystice aut̄**, per has
deuotissimas mulieres, sancta ecclesia designat, qua-
rum noīm interpretatio recte illis congruit. **Magda-**
lus uero, à q; **Maria magdalena** dicta est, ut diximus,
turris interpretat, & significat ecclesiā. Turris quip-
pe nō solū sublimior, sed etiam rutilior domus est, nō
facile hostibus patēs: ac per hoc ecclesiam significat,
quæ & terrena deserit, & cælestia desiderat, pugnans
inter spiritales nequitias, quotidie sibi auxiliū à deo
de supernis postulādo, ut antiqui hostis insidias supe-
rare possit, fortitudinemq; suā non sibi, sed dño com-
mittit, orans cū propheta: **Esto mihi dñe turris fortis**
tudinis, à facie inimici. Hæc em̄ illa est turris fortis &
inexpugnabilis, cui uoce sponsi jn **Canticis cantoricū**
dicitur: **Sicut turris David collū tuū**, quæ ædificata est
cū propugnaculis. **Mille clipei** pendent ex ea, omnis

armatura fortium. Et de qua Salomon ait: **T**urris fer-
tissima nomē domini, ad ipsam currat iustus, & exal-
tabitur. Maria Iacobi interpretat supplātū ix, signi-
ficat & ipsa ecclesiā: quae ut virtutes accipere possit,
uiria supplantare nouit. Maria Salome, interpreta-
tur pacifica, congruit & ipsa ecclesiæ, quæ nō solum
in prosperis, sed etiā in aduersis inuisibilē pacē seruat
dicēs cū ppheteris: **C**ū his qui oderunt pacē, erā pacifi-
cus. **E**t iterū: In pace factus est locus eius, & in Sō ha-
bitatio eius. **V**eniūt ergo deuotissimæ mulieres cum
aromaribus sepulchrum dñi uisitare, quia ecclesia p
deuotionis studiū, quotidie deo appropinquat, di-
cens cū Psalmista: **D**irigat oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo. Aromata quoq; oratiōes sancto-
rū significat. quæ aut grāce aromata, latine dicuntur
odoramenta, ac per hoc deuotæ oratiōes fragrantiam
designat, sicut Iohānes in Apocalypsi ait: **E**t habebāt
phialas plenas odoramentorum, q; sunt oratiōes sētōrum.
Et iterum: Stetit angelus iuxta aram tēpli, habēs thi-
ribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa
multa, ut adoleret ea ante altare aureū, quod est ante
oculos domini. **C**um eīn aromata semper sint odo-
rifera, tamen tunc maiorem odoris fragrantiam ex-
hibent, cū in igne posita fuerint: quia orationes san-
ctorum tanto magis ante dēū suauius redolēt, quan-
to magis ab igne compunctionis excocta fuerint: in-
tantum, ut suauitate delectatus rex dicat: **Q**uae est ista
quæ ascendit per desertum, sicut uirgula fumi ex a-
romatibus myrra & thuris, & universi pulueris pi-
gmentarij? **C**ui sancta anima nihil de se præsumens,
ait: **T**rahe me post te, curremus in odorem unguen-
torum tuorum. **Q**uasi enim aromata emimus, quæ

PASCHAE

II

ad sepulchrum deferamus, qñ ingressurie clesia ad orationē nostras conscientias à sordidis cogitationibus emundamus, dicentes cum Propheta: Paratum cor meū deus, paratum cor meū: canabo, & psalmū dicam dño, Illæ ergo mulieres angelos uident, quæ cum aromatibus ad sepulchrū ueniunt: qā illæ animæ ad consortium angelorū pertinent, quæ cū opiniōne boni operis assiduitatē habent orationis. Taliis erat ille, q̄ dicebat: Ch̄ri bonus odor sumus, deo in omni loco. Imitemur ergo & nos eisdē sanctas & deuotissimas mulieres, ut sicut illæ cum aromatibus dñm toto desiderio quarebant in sepulchro, qd est proprius mortuorum locus: ita & nos, nō in sepulchro, sed cum aromatibus, scilicet oratiōibus, toto affectu mentis quāramus eum in celo, quo ipsum ascendisse nouimus. Et valde mane una sabbatorū ueniunt ad monumentū, orto iam sole. Hic inquirendum est, quare iste euangeliū dicat: [Et ualde mane una sabbatorū ueniunt ad monumentū,] cū Matthæus describat: [Vespere aut̄ sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene, et altera Maria uidere sepulchrum.] Ad quod prudēs lector facile respondere potest, quia uolūtate & desiderio mentis uispere (sicut Matthæus dicit) uenire ceperunt, sed tenebris noctis impeditibus, secundum Marcum ualde mane corporaliter ad dñi sepulchrum puenerunt. Vel certe cū Matthæus ait, [Vespere sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, uenerūt uidere sepulchrum, à parte noctis, quæ uenerat, totam noctē intelligere uoluit: quia usus scripturæ est, aliquādo à parte totū significare. Sed ut lucidius & apertius intelligat, sciendum est quia sicut habet dies

IN DIE SANCTO

uesperam, ita &nox. Hoc tñ inter utrung distat, qđ
 uesper diei tenebrescere consuevit in noctē, uesper
 aut noctis lucescere in diē. **V**t ergo Matthæus non
 uesperā diei, sed noctis descripsisse se ostēderet, post
 quā dixit [uespere sabbati,] adiecit: quā lucescit in
 in prima sabbati. [& ideo unū idemq; est quod Mat
 cus ait [ualde mane,] & qđ Matthæus dicit, [uespe
 re sabbati.] In dñi nanc̄ resurrectione, etiam ipse or
 do temporis mutatus est. Ab initio eñ seculi usq; ad
 dñi resurrectionem, dies præcedebat, & sequebatur
 nox: à dñi uero resurrectione, nox præcedens, adse
 quentē diem pertinet: quia qui in huius noctis ulti
 ma parte à mortuis resurrexit, ipsam noctem lucidā
 atq; coruscā reddidit, & quoddam mō in diem cōmu
 rauit. De qđ scriptū est: Et nox sicut dies illuminabit.
Et iter: Et nox illuminatio mea, in delicijs meis. Et
 apre quandam dies præcedebat noctem, quia pri
 mus homo à uerale discedens, in tenebras erroris
 incidit. Apre etiam nunc dies noctem sequitur, quia
 per domini resurrectionem de tenebris erroris libe
 rati, ad ueram lucem conuersi sumus, sicut ait Apo
 stolus: Nox præcessit, dies autem appropinquavit.
 Iterum autē contrarium sonare uidetur, quod Mar
 cus ait: [Venient ad monumētū: n, orto iam sole] Iohanni qui dicit: [Cum adhuc tenebræ essent, ue
 nit Maria Magdalene ad monumētū.] **V**b; dicen
 dum est, quia propter magnitudinem amoris Maria
 Magdalene primum sola, cum adhuc tenebræ essent,
 ad monumētū uenit, sicut Iohannes narrat: post
 ea uero cum duabus eiusdem nominis sc̄minis iterū
 orto sole, sicut Marcus commemorat. **E**st tamen &
 alia ratio, per quam nihil contrarium inter se euāge

listæ sensisse cognoscuntur. Quotidie enim oculis certumus, quod crepusculo diei appropinquate, cum sol concavas terrarum partes relinquens, radios sua lucis aperire coepit, ita sit lux in oriente, ut non desint tenebrae in occidente. Igitur si partes orientis consideraverimus, nihil contrarium uidetur dixisse Marcus cum ait [Orto iam sole:] si partes occidentis, non uidetur dissonum quod dicit Iohannes, [cum adhuc tenebrae essent.] Forte queritur, quare Iohannes unam tantummodo nominans, angelos uidisse afferat, cum Marcus tres scribat? Ad quod dicitur: quia (ut diximus) uel prius uenit Maria Magdalene, & postea iterum cum alijs: uel tres simul uenientur, & Iohannes unam nominans, alias uenisse negavit. Luxta uero spiritalem intelligentiam, tenebrae in cordibus mulierum erant, qui deum uelut mortuum quererentur inter mortuos. Ortus est eis sol, quando auditam ab eis resurrectionem crediderunt. solis enim nomine in scripturis, aliquando dominus Iesus Christus intelligitur, sicut scriptum est: Sol cognovit occasum suum, i.e. Christus passionem. Et iterum: Vobis qui timeatis dominum, orietur sol iustitia, & sanitas in pennis eius. Quod autem ait: Luna sabbatorum [primam sabbati intelligere debemus .i. primum die post sabbatum, quam ob honorum & reverentiam dominice resurrectionis, dominicam nominamus. Sicut enim nos primam feriam, secundam feriam, tertiam feriam, & ceteros per ordinem dies dicimus, sic Iudei primam sabbati, secundam sabbati, tertiam sabbati nominabant. Et sicut Cantica cantorum, & sancta sanctorum, pro sui magnitudine in scripturis dicitur, sic iste dies sabbatum sabbatorum propter gloriam resurrectionis dominicae dici potest. Hæc autem dies

Psalm. reg.
Salac. 4

& una est de septem, & extra septem. In hac enim hebdomada exordium sumit, & terminum accipit. Sic enim est prima, ut sit tertia: & sic tertia, ut etiam sit octaua: prima quidem, in conditiōe: tertia, in resurrectiōe: octaua, in revolutione. Qui ergo in hac die resurgete dignatus est, octonarium numerum ad resurrectiōē pertinere monstrauit. Resurrexit in ipsa, uel ostendet humanum genus in octaua ætate seculi resurrectum. Vnde per Salomonem dicitur: Da partes septem, necnon & octo. Sicut enim septima die deus ab operibus suis requieuit, sic seprima ætas dicitur requies sanctorum, cum animæ absq; corporibus sunt in requie. Octaua autem ætate accipiēt ipse corpus, & erunt in requie. In cuius typo uel figura, octo animæ in arca saluæ factæ sunt Noe. Hæc est enim illa dies, de qua dicitur: Hæc est dies quā fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Et dicebāt ad iniūcē: Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti? Matthæus euangelista dicit, qd cū Ioseph sepelijset dñm in sepulchro suo nouo, aduoluit ad ostium monumēti saxū magnū, & abiit, Iudeis signantibus ipsum cum custodibus. Ergo ista mulieres uenientes sepulchrū dñi uisitare, & sexus sui fragilitatē considerantes, & magnitudinē lapidis recolentes, qui tam magnus fuisse ferūt, ut uix à uigili hoībus moueri posset, dicebāt: [Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumēti?] Sed quamuis talia dicerent, non tñ à corpore itinere cessabant, credentes diuinitus fieri possibile, quod humanæ fragilitati uidebatur impossibile. Quarum mulierum constantia in libris Regum pulchre præfigurata est, quando Allophyli arcam domini captam in terram Israël remittentes, junke-

PASCHAE

18

runt duas uaccas fortas ad plaistrū, uirulosoq; ean^x re-
cluserūt domi. Et sicut scriptū est, Ibāt uaccæ in dire-
ctum, per uia q̄ duci: B̄ihlamis pergētes, & mugien-
tes, nec tñ ad dexterā uel ad sinistrā declinātes: ita &
h̄c mulieres pergētes dominicum sepulchrū inuisi-
te, quasi mugientes & gemetes dicebāt: [Quis reuol-
uer nobis lapidē, &c.] nec tñ propter sexus fragilitā-
tem, nec ppter magnitudinē lapidis, nec ppter me-
tum custodū, à cōcepto itinere declinabant. Imitemur
igitur & nos h̄c constantiā mulier, ut per uiam dei
ambulantes, nec propter tentationem dæmonum,
nec propter metum hominum, nec propter curam
parentum à recto itinere deuiemus: quia inchoanti
bus præmium promittitur, sed perseverantibus dā-
tur, domino dicente: Qui perseverauerit usque in fi-
nem, hic saluus erit. Et respicientes viderunt
reuolutum lapidem. Qualiter uel quomodo re-
uolutio lapidis facta sit, alius euangelista, Matthæ-
us scilicet, declarat, dicens: Angelus quippe do-
mini descendit de celo, et accedens reuoluit
lapidem, et sedebat super eum. Reuoluit ergo
angelus lapidem, & non ut egressuro domino uiam
pāderet, sed ut egressus eius indicium om̄ib; daret,
id est, ut omnes eum à mortuis resurrexisse crederēt.
Non enim indiguit in resurrectione auxilio angelorū,
qui propria uirtute claustra dissipauit infero-
rū. Erat quippe magnus valde. Spiritaliter la-
pis iste ad ostium monumenti positus, ipsam obliga-
tionem designat inferorum, qua etiam iusti per pre-
uariationem primi reatus tenebantur obnoxij. Qui
magnus ualde fuisse dicitur, quia obligatio origina-
lis peccati int̄m dura & insolubilis fuit, ut nullus tam

IN DIE SANCTO

justus fuisse legat, qui se aliosq; ab ea liberare posset,
 quo ad usq; ille uenit, q; factus ē inter mortuos liber.
Sed dñs Iesus Christus, q; est magni cōsilij angelus, ab
 ostio monumēti lapidem reuoluit: q; a hodierna die
 à mortuis resurgēs, Cherubim & flāmeum gladium
 atq; uersatilem, à uia paradisi remouit. **Vñscriptum**
 ē: **Tollite portas principes uestras, & elevamini por-**
ta æternales, & introibit rex gloriae. Nec solus ipse à
 mortuis resurrexit, sed etiā omnes animas iustorum de in-
 ferni claustris liberauit, impleta prophetia **Oleg** q; ait:
Ero mors tua ò mors, ero mors tuus inferne. Et do
 minus: Si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me
 ipsum. Cuius singularem uirūtē resurrectionis Sam-
 son ille fortissimus p̄figurauit, de quo in libro Iudicū
 legimus, quia cū **Gazā ciuitatē** fuisse ingressus ad me-
 retricē, audiētes Philistæi eius introitū, ciuitatē munī-
 erūt custodesq; deputauerūt, & quasi iā se cū habere
 cōprehensum gauisi sunt. Sed quid fecit Samson au-
 diam? Nō solū media nocte exiit, sed etiā utrasq; por-
 tas ciuitatis cū postibus, p̄prijs humeris in monte iu-
 lit, custodesq; pinanes & illusos reliquit. Quē Sāson il-
 le fortissimus significavit, n̄i si dñm **Iesum Christū**, de
 quo scripū est: **Dñs fortis & potēs, dñs potēs in præ-**
lio. Cum ergo fuisse in ciuitatē ingressus, adamauit
 mulierē meretricē, id est, Christus ecclesiam quę post
 idolorū culturam ad fidem Christi uocata est. Quid
Gaza ciuitas, nisi infernum: quid Philistæi, nisi Iude-
 os designant? Samson ergo **Gazam ciuitatem ingre-**
so, Philistæi latabantur: quia Iudei sepulto domino,
 & ad inferni claustra descendente latati sunt, puran-
 tes nomen eius se habere extinctum. Sed quid Sam-
 son noster scilicet dominus Iesus **CHRISTVS** fecit?

PASCHAE

17

Non solum liber exiit, sed etiam portas tulit: quia nō
solum ipse ab inferis liber exiit, sed etiam omnes ani-
mas iustorum de inferno liberauit, & ad mortana, id
est, ad cælestia reuocauit. Cui per prophetā Zacha- Zach. 9.
riam dicitur: Tu quoq; in sanguine testamēti tui edu-
xisti iunctos tuos de lacu, in quo nō erat aqua. Et ne
aliquis de resurrectiōe dubitaret, etiā aliquātos cor-
pore resuscitauit: quia (sicut scriptū est) multa corpo- 2 Cor. 12.
ra sanctorū, qui dormierant, surrexerūt. Et introc-
tentes in monumentū. Postquam deuotæ mulie-
res lapidē ab ostio monumenti reuolutum uiderūt,
sine ulla tarditate in ipsum introierūt. Sed forte mo-
uet aliquos, qui trñ consueta monumēta considerāt,
quomodo sepulchrū dñi ædificatum fuerit, quod
tot mulieres unā cū angelis capere posset. Ad quod
respondendum, quia sicut illi testati sunt, qui hoc ui-
derunt, & scriptum ad nostrā memoriā reliquerunt,
talimodo ædificatū fuit. Erat enim lapis magnus in
horro, guttulis purpureis intinctus, colore candido
refulgens, in cuius latere erat sepulchrū excisum, tan-
te magnitudinis, ut octo uel nouē hoīes capere pos-
set. & tante altitudinis, ut quisq; iti eius paumento
stans, erecta manu culmē pertingere posset. In cuius
aquinari parte sepulchrū dñi excisum est, septem
pedes & medium (ut dicunt) habens longitudinis, &
tres palmas & medium latitudinis. Ostium uero spe-
luncat, patulum est ad orientē, unde introeūtibus lo-
cus dominici corporis in dextris habetur: quia do-
minicum corpus ita in monumento iacuit, ut caput
illius ad occidentē, & pedes ad orientē respicerent
dextra quoq; manus ad meridiē, sinistra ad aquilo-
nem. Ex quo tempore cōsuetudo excreuit, Christi
B

IN DIE SANCTO

norum corpora ad hanc similitudinē sepeliri. Etre-
 cte in tali loco dñs sepulturā suam elegit; ubi nulla
 possibilitas effodiēdi esset, q̄tenus oēm occasiōnē ca-
 luniādī ludḡis auferret: ne forte, si maceria vel q̄libet
 pariere circunclusus esset, dicerent ipsum discipulos
 ipsius furatos fuisse. Post ascensionem dñi & resurre-
 ctionem, Christiani zelo diuini amoris ecclesiam in
 eodem loco rotundo miræ magnitudinis ædificau-
 runt, cuius pavimentū ex marmore albo strauerūt,
 tectum aut̄ laminis aureis de super ornauerunt, inte-
 riora aut̄ parietū crustulis aureis decorauerunt. Sup
 sepulchrū aut̄ crucē aureā miræ pulchritudinis sta-
 tuerunt, appendentes ante eam pharum argenteum
 cū lampadibus. In tantū nanc̄ sepulchrū dñi mirabi-
 le factum est, ut etiā prophetia Isaiæ iuxta literam im-
 pleretur, dicētis: In die illa radix lessæ, q̄ stat in signū
 populi, ipsum ḡetes deprecabuntur; & erit sepul-
 chrum eius gloriosum. Viderunt iūnenē seden-
 tem in dextris, cooperitū stola cādida. Iohā-
 nes euangelista dicit, quod respiciens Maria Magda-
 lene in monumentū, uidit duos angelos in albis se-
 dentes, unū ad caput, & unū ad pedes, ubi positiū fuē-
 rat corpus lesu. In quo loco considerandū est, q̄ pul-
 chre utraq̄ dñi natura, diuina pariter & humana, no-
 bis cōmendatur. Per caput nāc̄ diuinitas designatur,
 sicut Apostolus ait, Caput Ch̄ri deus: p̄ pedes uero
 humanitas, unde Moyses dicit. Et q̄ appropinquat
 ad pedes eius, accipient de doctrina eius. Quasi ergo
 angelus ad caput sedet, cum Iohānes clamat: In prin-
 cipio erat uerbū, & uerbum erat apud deū, & deus
 erat uerbum. Quaſ ad pedes, cum idem euangelista
 ait, Et uerbum caro factum est, & habitavit in nobis.

Cori. ii.

Deut. 33.

Marcus autem eūdem angelum in dextris sedisse describit, ut dominum de mortalitate ad immortalitatem transisse insinuet. Sicut enim per sinistram præse ns uita, sic & per dexteram futuræ uitæ immortalitas designatur, teste Salomone, qui ait: **L**eua eius sub **Canti. 12** capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et recte testis eius resurrectionis angelus in dextris apparuit, ut ostenderet eum de corruptione ad incorruptionem, de mortalitate ad immortalitatē trāfisse: quia sicut ait **A**póstolus, **C**hristus resurgēs à mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra nō dominabitur. **R**oma. 6. Et iterū, Et si nouimus Christum secundū carnem, sed iam nunc nō nouimus. Et ut inimicum humani generis perfecte à dño superatū declararet, nō stans, sed sedens angelus apparere uoluit, **S**tare enim pugnantis est, **S**edere regnantis, siue iudicantis. **S**ed et enim rex in throno gloriae sua, miles aut post victoriā quiescit. Quia ergo dñs caput antiqui serpentis contriuerat, omnesq; electos dei de eius potestate liberauerat, recte testis resurrectionis eius, non stans, sed sedens (ut dictum est) apparuit. Qui etiā bene stola cādida cooperitus apparuit, ut ineffabile gaudium dominicæ resurrectionis in ipso habitu demonstraret. **C**um enim in ueteri testamento sēpissime ab hominibus angelii uisi legantur, non facile reperies quenq; stola candida induitum apparuisse, quia hoc priuilegium dominicæ resurrectioni seruabatur. Et quia cōfuerudo est Palæstinis dies festos celebrantibus, ut alba uestimenta induant, cū angelus stola cādida induitus apparuit, festiuitatē dominicæ resurrectionis se celebrare ostendit. Vbi si quis quærat, utrum suā, an nostrā, intelligere potest, & suā, & nostrā. **D**omini

IN DIE SANCTO

enim resurrectio festiuitas angelorum fuit, quoniam
 numerus eorum, qui retrogradiens per apostolam an-
 gelum imminutus fuerat, ex animabus fidelium adi-
 pletur. Nostra festiuitas est, quia de perditiōe nos li-
 berans, ad societatem angelorum reuocauit. In sua igi-
 tur festiuitate & in nostra angelus in candidis uesti-
 bus apparuit, ut ineffabile gaudiū huius festiuitatis
 ostenderet. Si ergo gaudiū est in celo corā angelis su-
 per uno peccatore penitentiam agente, quale putā-
 mus gaudiū fuisse, qñ tot millia animarū sanctorum
 ad suū consortium transire uiderūt. Hæc est nangdi-
 es quā fecit dñs, exultemus & letemur in ea. Et ob-
stupuerunt. Consuetudo mortaliū est, ut cum alii
 quid super se uiderint, infra se primeuant. Ex eo em̄
 tempore, quo primus homo a cōsortio angelorum
 peccādo discessit, in tantā dilapsi sumus miseriam, ut
 supernos ciues sine metu uidere nō possim⁹. Et ideo
 sancte mulieres, non solum quia angelū uiderūt co-
 opertum stola candida, obstupuerunt: sed etiam, qā
 vacuum monumenti locum cōspexerunt. Nā idem
 ipse angelus testis dominicæ resurrectiōis in tali spe-
 cie apparuit, ut ex ipsa sua uisione, & terrorē repro-
 bis, & blandimentū pijs mentibus exhiberet. Quod
 Matthæus euāgelistā manifestat, dicens: [Erat aspe-
 ctus eius sicut fulgor, uestimenta eius sicut nix.] In
 fulgure eterni timoris terror, in niue blādimentū le-
 nitatis oñditur. Quia ergo in fulgereō uultu & in
 niueo candore angelus apparuit, ostendit, quia dñs
 Iesus Christus, q̄ est angelus magni cōsiliū dictus, in
 ultima & generali resurrectione, & terribilis repro-
 bis, & blādus apparebit iustis. Quasi em̄ in fulgereō
 vñth. 19 uultu apparebit illis, qbus dicturus est: Discedite a-

PASCHAE

21

me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est dia
bolo & angelis eius, Quasi in niueo candore illis, q-
bus dicet: **Venite benedicti patris mei, ecce regnum**
quod uobis paratum est ab origine mundi. Hanc de-
scriptionem ostendit angelus testis dominice resurrectio-
nis, qn̄ p̄ timore illius exterriti sunt custodes, & sa-
eti sunt uelut mortui: mulieres autē, ne timeret, p-
tinus blandā consolationē acceperunt. Vnde subdi-
citur: **Qui dicit illis: Nolite erupauescere.** Ac si di-
ceret: Pauent illi, qui supernō cuiū aduentum nō
diligunt: p̄t mescant illi qui sepulchrū dñi maligno
animo custodiunt. **Vos autem timere non debetis,**
quaē concines uestros conspiciatis. Et quare mulieres
timere nō deberent, causam protinus demonstrat, cū
subiungit: **Iesum quæratis.** Iesus Hebræo sermo-
ne, latine saluator, sive salutaris dicitur. Ac si diceret:
Quae saluatorē quæritis, saluatoris nuncium nō de-
betis timere, sed magis diligere. Et ne forte de alio
aliquo Iesu dici putaretur, subiungit: **Nazarenū.**
Nazarenus dictus est dñs, eo quod in ciuitate **Naza-**
reth sit conceptus, atq; nutritus. Sed quia **Nazarenus**
sc̄tūs interpretatur, recte hoc nomine specialiter illi
congruit, qui ē sanctus sc̄torum, & rex regū, atq; dñs
dominantium. De quo p̄ Prophetam dicit: Non da-
bis sanctum tuum uidere corruptionē. Et ne aliquis
in Nazareth tali nomine uocaretur, adiunxit. **Cru-**
cifixum. Crucifixus est, p̄ nobis, ut ḡ lignum sancta
crucis, lignum pr̄euaricationis excluderet. **Sur-**
rexit. Surrexit p̄ humanitatem, qui nullū casum pa-
titur in diuinitate. Et ideo resurgere uoluit, qui nun-
quam cecidit, ut ille erigeret, q̄ stare noluit. **Quod**
autē ait, **Non est hic de praesentia corporali dixi;**

psalm. 15.

B iii

IN DIE SANCTO

quia per diuinitatis potentia ubiq̄ est totus, ubiq̄ est
 præsens, sicut ipse ait per prophetam: Cælum & ter-
 rā ego impleo. Et ut omnē dubitationem à cordibus
 eorū expelleret, adiecit: Ecce locus, vbi posuerūt
 eñi. Ac si diceret: Si meis non creditis uerbis, saltē ua-
 cuo credite sepulchro, & omnē dubitationē à cordi-
 bus uestris repellite. Sedite dicte discipulis eius, & Petro. Cōsideranda est in hoc loco specialis
 dñi misericordia erga sexū fœmineū. Ne em̄ mulier
 semp̄ in opprobriū haberetur, q̄a fœnia prima uiro p̄-
 pinauerat mortē, per fœminas primū uitio suā uoluit
 nūciare resurrectionē. Ac si diceret hoībus: De cuius
 manu sump̄sistis pocula mortis, ab eius ore audire
 gaudiū resurrectionis. Sed querendū est, quare disci-
 pulis nominatis, Petrus ex nomine designet. Ait em̄
 angelus: [Dicite discipulis eius, & Petro,] Ad h̄d di-
 cendum, quia sicut euangelica narrat historia, cū per-
 geret dominus ad passionem, Petrus pauore perter-
 ritus, tereñ negauerat: & fortassis inter ceteros disci-
 pulos ad uidentum dominum, post domini resurrec-
 tionem accedere non auderet, nisi eñi angelus ex no-
 mine exprimeret. Vocabur ergo ex nomine, ne despe-
 raret ex negatiōe. Forte etiam mouet aliquem, qua-
 re dominus tam dilectum discipulum, in tam grāue
 facinus cadere permisit, ut dominum ac magistrum
 suum ad uocem unius ancillæ negaret. Sciendum au-
 tem, quia prouidētissima dispensatione domini hoc
 factum est, ut quem cunctæ ecclesiæ præferre dis-
 posuerat, semetipsum negare permitteret, ut ex sua fra-
 gilitate disceret, alios peccantibus qliter misereri de-
 buisset. Primum ergo sibi eum ostendit, & tunc cæte-
 ris præposuit, ut intelligeret, quod distinctionem ui-

ejus cōpassionem deberet naturæ, sicut ei alibi à domino dicitur: Ego pro te rogaui Petre, ut non defici Luce.22
 at fides tua, & tu aliquando conuersus, confirmas fratres tuos. Quod autem ait, Quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis sicut dixit vobis, idipsum est, quod pergens ad passionem dixerat, Postquam autem surrexero, præcedam uos in Galilæam. Et pulchre dominus post resurrectionem à discipulis in Galilæa uidendus prædictus, quia iam de corruptione ad incorruptionem, de mortalitate ad immortalitatem transferat. Galilæa namq[ue] transmigratio facta interpretatur. Quia ergo de corruptione ad incorruptionem, de mortalitate ad immortalitatem transi, recte in Galilea uidendus dicitur. Quia sicut ait apostolus Petrus, Christus semel propter peccatis nostris mortuus est, justus pro iniustis, ut uos offerret deo. Et iterum: Si autem mortuus est ex iniuritate dei, siue iuxta aliam intelligentiam Galilæa, q[uod] uolubilitas siue ora interpretat, gentilem populi significat. Cum ergo in Galilæa uidendus prædictus ostendit Iudeos, propter perfidiam esse relinquentes, gentes autem per fidem colligendas, quæ ante dñi aduentum nescientes deum, in uolubilitate seculi morabantur. Siue aliter, post resurrectionem in Galilæa uidendus nunciatur, quia illi ad speciem eius contemplan dam puenire merebuntur, qui non transmigrant de uirtutis ad uirtutes, de amore mundi ad amorem dei, declinantes à malo, & facientes bonum. Vnde bene Galilæa (iuxta aliam interpretationem) reuelatio dicitur: quia quod nunc uideamus in spe, tunc reuelata facie uidebimus in re. Vnde Apostolus, ait: Videmus, Corin.13. nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.

Corin.

Et iterum : Nos autem fratres reuelata facie gloria domini contemplantes, transformamur à claritate in gloriam, & tanquam à domini spiritu. Ad quam uisionem ille nos perducere dignetur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amē.

FERIA SECUNDA

Paschæ. Actuum .X.

In diebus illis Stas Petrus in medio plebis, dixit: Viri fratres, uos scitis quod factum est uerbi per uniuersam Iudeam, incipiens enim à Galilæa post baptismū quod prædicauit Iohannes, Iesum à Nazareth. Et rel.

Beuiter omnia quæ in symbolo continentur. Cōplexus est apostolus Petrus in lectione præsenti, quam audistis fratres charissimi, quod Iesus fit Christus, & omnism sit dominus. Stans enim in medio plebis, dixit: Viri fratres, uos scitis quod factum est verbum p vniuersam Iudeam, incipiens enim à Galilæa post baptismū quod prædicauit Iohannes, Iesum à Nazareth. Totum hic pariter demonstratur quod mundum deo reconciliare missus sit Christus, Iohannes uero est præconatus, quod spiritus sancto perunctus, quod deo inhabitare per miracula declaratus, quod crucifixus, & à mortuis suscitatus, quod iudex sit omniū in fine uenturus, quod etiā ecclesiam suā per fidē rotō sit orbe illuminatus. Denique subiungitur: quomodo vnit eum deus spiritu sancto et virtute. Vnctus est ergo Iesus non oīco uisibili, sed dono gratiæ spiritualis.

que omnia pleniter continebat, quod uisibili significatur unguento. Quod baptizatus unguit ecclesia, dum per impositionem manus episcopi, spiritus septiformis inuocatur, in qua similitudine super eum baptizatum spiritus sanctus in specie columbae descendit, tunc & ecclesiam suam præfigurare dignatus est, in qua præcipue baptizati accipiunt spiritum sanctum. Tunc enim intelligendus est unctus, cum uerbum caro factum est. Id est, quando humana natura sine ullis præcedētibus bonorum operum meritis, deo uerbo est in utero uirginis copulata, ut pariter diuina & humana natura una esset persona, & ob hoc eum constitueretur natū de spiritu sancto & Maria uirgine, qui pertransiuit benefaciendo et sanando omnes oppresos a diabolo, quoniam deus erat cū illo, id est, pater cū filio semper manebat, melius est intelligere, quam diuinitatem filij cum homine quæ assumpsit cohabitatem significaret, ut Christi personam geminaret, & in errorem maximum incideret. Sequitur: Et nos testes sumus omnium quæ fecerit in regione Iudeorum & Jerusalem. Recte autem esse testes testatur, qui per uniuersum mundum missi sunt euangeliū predicare, ut in Psalmo legimus: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Deus & pater, per duas in Christo operatur naturas, per unam quæ ei communis est cum deo patre, ex eo quod deus est, per alteram quæ ex uirgine Maria homo factus est. Per has duas naturas in uno filio dei, duas pariter facit resurrectiones humani generis, id est, animarum & corporum. Habet enim & animæ mortem suam, in impietate atque peccatis, secundum quam mortem mortui sunt, de quibus

psalm. 18.

h vñ deest
aliqd, vel
abudat.

T FERIA II.

LXXX. 9.

Idem dñs ait, **S**ine mortuos sepelire mortuos suos, ut scilicet in anima mortui, in corpore mortuos sepi-
rent. **M**ors est uidelicet animæ, qñ deus deserit eam
ob peccatorum magnitudinem. **C**orporis mors est, qñ ab anima deseritur. **A**b his duabus mortis generib⁹
resuscitatos, duas dicimus resurrectiones. **N**unc autem
animæ in ecclesia per filium dei (hoc est, uerbū dei)
sit resurrectio, quando per gratiam dei uiuificati re-
surgent à morte iniquitatibus. **E**t hæc est prima resurrec-
tio, quam qui habent, in secunda quæ est corporum,
fideliter resurgent in uitam æternam. Resurgent im-
Matth. 25 pñ, unusquisque in carne sua, ut cum diabolo & an-
gelis eius puniantur. **H**oc certissime sciendum est, qñ
nemo nisi per indebitā misericordiā dei liberabitur,
& nisi per debitum iudicium damnabitur. **T**unc
sancti scient plenius, quid boni eis contulerit gratia
dei, uel quid essent cōsecuti, si diuina eos gratuīto mu-
nere non elegisset misericordia. **T**unc erit ipse deus
sanctorum societas beatorum iucunditas, & omnia
quæcumque ab eis honeste desiderari posunt, & uita
& salus & copia gloria & honor & pax, æterna beati-
tudo & beata æternitas, cui sit honor & gloria nunc
& semper & in secula seculorum, Amen.

S FERIA SECUNDA

Paschæ. Luca: XXIII.

In illo tempore Duo ex discipulis Iesu
ibāt ipsa die in castellum, quod erat in spa-
cio stadioꝝ sexaginta ab Ierusalem, nomi-
ne Emaus. **E**t reliqua.



In exordio huius lectio-
nis solet mouere non
nulos ad quærendum, q
nam isti duo discipuli fue-
rint, qui ipsa die resurrecti-
onis ab Ierusalem recedē-
tes, ad castellum Emaus
properauerint. Quod em̄
ex duodecim ap̄lis nō fu-
erint, in fine huius lectio-
nis euangelista compro-
bat, cum dicit eos reuer-
sos in Ierusalem, & inuenisse cōgregatos undecim.
Vñ apparet eos ex septuaginta fuisse discipulis, non
ex duodecim apostolis. Et unius nomen quidem in-
fra declaratur, cui nomen Cleophas fuisse dicitur:
alterum vero nonnulli putant uocatum fuisse E-
maus, sicut & castellum quo ibant, & ideo superfluo
utrum fuisse euangeliste, ut uno breui uersiculo
unum nomen geminaret. Alij etiam arbitraniur hūc
fuisse Lucam euangelistam, qui hoc scripsit euange-
lium, & humilitatis causa suum nomen siluisse. Con-
suetudo enim est sanctor̄, ut cum de se mira & ma-
gna loquuntur, propter custodiam humilitatis, sic de
sua persona quasi de aliena loquātur, sicut Moyses fe-
cisse inuenitur, qui sic de se quasi de alio loquebaſ,
dicens: **E**t erat Moyses vir micissimus super om̄es ho-
mines, q morabātur in terra. Similiter & beatus Job
de se, quasi de alio ait: **V**it erat in terra Has, nomine Job.
Lob. Qui em̄ Lucam unū ex his duobus discipulis fui-
se putat, secundum hoc exemplum suum nomē silu-
sse dicunt. Sed quilibet horū fuerit, sciēdam est quia

Num. 28

de domini resurrectione dubij ab Ierusalem recedebant, quod non solum uerbis, sed etiam factis ipsis demonstrant. Qui enim usq; in tertiam diem in Ierusalem expectauerant, aestimantes eum tertia die resur-recturam, sicut ipse promiserat, quia sponsionem non uiderant, dubitantes ab Ierusalē recedebant. Sed igno-scendum est eorum fragilitati, quoniam sicut dicit eu-angelista, non dū erat spiritus datus, q; a Iesu nondū fuerat glorificatus. Vnde bene spatium itineris, quo tendebant, eorum mentibus congruere uidetur. Se-xaginta em̄ stadia ab Ierusalem usq; Emmaus numerātur. Stadium em̄ a stando dictum est, uel statuendo, eo quod munus aliqd in cerro loco statuere ad exer-citationem currentium. Et cum apud ueteres stadio-rum mensura diuersa habeatur, legitimi tamē stadij autorem Herculem tradunt, qui sub uno anhelitu cē-tum uiginti quinq; passus cucurrisse dicitur, ac p; hoc (si recte computetur) sexaginta stadia septimum mi-liarium & dimidium complēt. Et sex quidem ad bo-na opera pertinēt, quia sex dies sunt in quibus licet operari: septem autem ad requiem animarum, quia septimo die requieuit deus ab omnibus operibus su-is; octo ad resurrectionem, quia octauo die dñs resur-rexit. Et per Salomonem dicitur: Da partes septem, necnon & octo. Quasi enim discipuli isti sextū miliarium cum domino cucurserant, quando eum in pre-senti uita in bonis operibus conuersantem uiderant. Quasi uero ad septimum miliarium peruenierant, quādo illum in sepulchro colloquatum didicerāt. Verum octauum dimidium perfecerant, quia eum prius re-surrectum crediderant, sed de eius resurrectōe du-bij ab Ierusalem recedebant. Sed quamuis de domi-

PASCHÆ

19

ni resurrectione dubijs ab Ierusalem recederet, ab eis tamen amore funditus non recesserant. Vnde & bene subditur: Et ipsi loquebatur ad inuicem de his omnibus quæ acciderat. Notandum autem, quia non de superfluis, non de vacuis, neq; ea quæ ad detractionem pertinent, neq; risum mouētia loquebantur, sed ad inuicem de his omnibus quæ acciderā, scilicet qualiter conuersatus esset innocēs & sine qua rela in mundo, qualiter signa & miracula operatus sit, quomodo odijs Iudæorum & calumnijs traditus sit ad crucifigendum, qualiter se resurrecturūm p̄dixerat, qđ nō dū uidebāt. Quia ergo hæc & huiusmodi di illo loquebātur, contigit ut etiam illum, quem absenteū putabant, corporaliter uideret, & in his etiā ad literam suam promissionem dñs adimpleret, Matth. 18 in qua dicit: Vbi fuerint duo uel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Vnde & subditur: Et factum est, dum fabularētur & secum quæcerent, et ipse Iesus appropinquans ibat cū illis. Vbi notandum quia iuxta mentis illorum qualitatem, dñs suā formauit apparitionem. Illi enim in corde dñm amabant, sed de eius resurrectione dubitabāt. Dñs autem eis in corpore apparebat, sed quis esset non demonstrabat. Quia ergo amabant, uidebāt: quia uero de eius resurrectione dubitabāt, cū quem uidebant, nō agnoscēbant. Sed qđ ipa dubitatio in illorum mētibus ex antiqui hostis insidijs nata fuerat, recte subiungitur: Oculi autem illorum tenebātur, ne eum agnoscerent. Tenebantur enim eorum oculi, siue ab ipsa dubitatuī idē, siue ab antiqui hostis tentatione, ne eum quem uidebāt cognosere posset. Qui em̄ propria uirtute à mortuis resurrexit, in

FERIA II.

qua specie uoluit, discipulis apparuit. **Vñ bñ** alius ex angelista dicit: **Nost hæc appa**ruit duobus er illis in alia effigie. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos cōfertis ad inuicē ambulātes, et estis tristes. Nō ignorans dñs interrogauit, qd discipuli loqueretur, sed ex eon locutione cordis requisiuit confessionem, ut impleretur in illis quod alibi dicit, Aut ex ore tuo iustificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis. Merito autem tristes ambulabant, quos fides resurrectionis nondum laetificauerat. Nō

Matt. 12

Johan. 16 dum enim erat impletum in illis, quod dominus re promiserat, dicens: Tristitia uestra uertetur in gaudi um: sed adhuc in illa sententia tenebantur, que ait: Mundus autem gaudebit, uos uero tristabimini. Nā cuius rei gratia tristes incederent, unus eorum cui no men Cleophas, ostendit, cum ait: **Tu solus peregrinus es in Jerusalem, et nō cognovisti que facta sunt in illa his diebus?** Ahi diceret: Quo modo ex omnibus tu solus remanere potuisti, ut igno rare ea quæ facta sunt his diebus in Ierusalem, maxime autem, cum propter magnitudinem suam post nulli esse incognita possint? Sed illud prætermittendum non est, quod in peregrini specie dominus post suam resurrectionem discipulis apparere uoluit. Peregrinus enim erat illis, à quorum mortalitate longe distabat. Siue certe in peregrini specie apparuit, ut eorum mentes ad misericordiam prouocaret, & eum quem deum nondum cognoscebat, saltē ut peregrinum amarent. In peregrini specie quoq̄ appa rit, ut nos qui membra eius sumus, in hac uita peregrinos & aduenas nos esse sentiamus. Peregrinus enim dictus est, quasi pergens longius, siue peragrans aliena. Quo nomine illi censemur, qui à proprio solo expul-

PASCHÆ.

Sreditum cum gemitu suspirant. Et nos quoq; q; p;
radisi gaudia amisimus, quādiu in hac uita sumus, in
aliena patria consistim⁹. Vnde necesse est, ut quoti-
die cum gemitu ad propriam patriam redire festine-
mus, dicentes cum Apostolo: Dum sumus in corpo-
re, peregrinamur à domino: quoniam non habemus
hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Iti
hic peregrinatione se esse sentiebat David, cum dice-
bat: Quoniā aduenæ & peregrini sumus apud te, sic
ut omnes patres nostri. Et iter: Heu mihi, quia inco-
latus meus prolongatus est, habirauit cum habitanti
bus Cedar, multum peregrinata est anima mēa. Sed
adhuc causas mororis dominus diligentius inquirit,
dicens: Quæ? At illi unde tristes essent aperuerunt,
dicentes: De Iesu Nazareno, qui fuit vir, pro-
pheta, potēs in opere & sermone coram deo
et omni populo. Vira & prophetam testantur, & filii
dei tacent: uel quia dubij de eius resurrectione ab Ie-
rusalem recedebant, uel quia insidias Iudeorū metue-
bant. Iam enim conspirauerant Iudei, ut si quis eum
confiteretur palā, extra synagogā fieret. Quia ergo Ie-
sus hebreo sermone, latine saluator dicitur, recte hoc
nomine censeritur, cuius resurrectio salutem credenti-
bus cōtulit, sicuti ait apostolus Petrus: Non enim est in
alio aliquo salus, neq; aliud nomen sub cælo datum
est hōib; in quo op̄oreat nos saluari. Quia uero
Nazareus interpretatur sanctus, hoc nomen illi con-
gruit qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus
in ore eius. De quo scriptum est: Scitote quoniā miri-
ficauit dominus sanctum suum. Et item: Non dabis
sanctum tuum uidere corruptionem. Bene autem a
discipulis, licet quem uidebant ignorati bus, saluator

2. Corin. 5

Psalm. 38.

Psalm. 119

Actuū. 4:3

Psalm. 4:

Psalm. 13:

FERIA II.

32

uir appellatur. Vir nāq; à uiribus dictus est, & illi spē
cialiter hoc nomē aptatur, qui solus diaboli uires re-
zach. 6 surgendo à mortuis potuit confringere, de q̄ scriptū
est: Ecce uir, oriēs nomē eius. Discamus ergo & nos
ab illo confortati uiri esse, ut diaboli tentationibus
Job. 38 fortiter resistamus, & cunctā aduersa uiriliter tolere-
mus, sicut fecit ille cui dictū est: Accinge sicut uir lū-
bos tuos, & sicut fortis restringe luxuriam. Hinc &
Psalm. 39. in laude Ioseph dictum est: Misit ante eos uirū. Hinc
etiam P̄salmita nos admonet, dicens: Viriliter agite,
Matth. 13. & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in
dño. Sed licet de eius resurrectione dubij non exto-
to discipuli erant, cum dñm prophetarum prophetā
Luc. 13. uocabant. Nam & ipse de seipso ait: Non est prophe-
ta sine honore, nisi in patria sua. Et iter: Non oportet
Deut. 18. prophetam occidi extra Ierusalem, Et in eius perso-
na per Moysen dicitur: Prophetā uobis suscitaribit de-
us de fratribus uestris, tanquam me, ipsum audietis.
Actus. 1. Potens primum in opere, deinde in sermone dicitur,
Matth. 11. quia quod docuit uerbis, ostendit exemplis, sicut scri-
ptum est: Quia cœpit Iesus facere & docere. Ordina-
ta eñm prædicatio est, ut primū opere impleas, quod
postea uerbis doceas, iuxta exemplū dñi, qui ait: Di-
scite à me quia misericordia sum & humilis corde, & inueni
etis requiem animabus uestris. Bene quidem primū
coram deo, deinde coram omni populo potens esse
dicitur, ut in omni opere ante omnia deo placere stu-
deamus. Non enim primum placendum est homini-
bus, sed primum placere debemus deo, deinde homi-
nibus: non ob nostram gloriam, sed ut ipsi homines
placeat deo, cui nos placere uiderint, iuxta quod do-
Matth. 5. minus nos admonet, dicens: Luccat lux uestra corā

PASCHAE.

33

hominibus, ut uideant uestra bona opera, et glorifcent patrem uestrum, qui in cælis est. **Et Apostolus:** *Roma. 12, 1. Corin. 10*
Prouidentes bona, nō tantum coram deo, sed etiam
corā oībus hoībus. **Et iterum:** *Placete oībus, sicut &*
ego per om̄ia omnibus placebo, non quārens qd mihi est utile, sed quod multis, ut salui fiāt. **Et quō tradiderunt eum summī sacerdote& principes**
noſtri in damnationem mortis, & crucifixerūt eū. **Hic illud discipuli cōmemorant, qd superius textus**
euangelij declarat, qualiter scilicet à summī sacerdotib⁹ propter inuidiā traditus fit ad crucifigendum.
Sed illud quārendum est, quare dicāt eum à principib⁹ sacerdotum traditū, cum legamus quod eū Iudas tradiderit, dicens: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eū tradā? Sed ex hac qstione iterē oris alia quæſio, quō Iudas uel Iudæi eū tradidisse dicant, cū legamus qd pater eū tradiderit, dicente **Apostolo: *Pro-*
Roma. 8, 3
prio filio suo non pepercit deus, sed pro nobis omni-
bus tradidit illum. Nam & ipse filius semetipsum tra-
*didit, sicut idem **Apostolus** alibi ait: Qui dilexit me,*
& tradidit semetipsum pro me. Et iterum: Ambula-
te in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradi-
dit semetipsum pro nobis. Si ergo pater tradidit fili-
um & filius semetipsum, nunquid Iudæi & Iudas in-
culpabiles sunt, si hoc fecerunt quod pater & filius?
Non, sed uno traditionis uerbo, diuerſe uolūtates ex-
pressæ sunt. Tradidit eum Iudas propter auaritiam:
tradiderunt eum Iudæi, sed propter inuidiam: tradi-
disse eum dicitur Pilatus, cum eum crucifigi pmisit.
tradidit eum pater, sed propter nostram liberatio-
nem. tradidit semetipsum filius, sed propter nostrā
*dilectionem. Ergo pater & filius non solū sunt am-***

C

di, sed etiam glorificandi. Iudas autem & Iudei nō solum detestandi, sed etiā condemnandi, quia quod pater & filius fecerunt charitate, illi cupiditate fecerūt. Quod autem dubitātes ab Ierusalem isti discipuli recederent, suis uerbis aperuerunt, cum dixerūt: **Nos** aut sperabamus quod ipse esset redemptus Israhel. Sperabamus quippe, preteriti imperfeti temporis uerbum est. Et q̄ non speramus, sed sperabamus dixerunt, de eius resurrectione dubitare se ostēderūt. Minus em̄ spiritus sancti gratia instructi, sperauere quod resurgens à mortuis saluator, redempturus esset Israhel, id est, regnum Israhel, corporaliter multo nobilius quam quondam David regereret, reparatur. Hac suspicione p̄moti fuerant illi duo, qui suaserunt matri ut peteret ab eo, dicēs: Dñe, dic ut se deant hi duo filij mei, unus ad dexterā tuam, & alter ad sinistrā tuā, in regno tuo. Hac etiā dubitatione tenebantur illi, qui post resurrectionem interrogabat̄ eum, dicentes: Dñe si in tempore hoc restitues regnū Israhel? **Et nuncluper hæc omnia** tercia dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quedam ex nostris terruerunt nos, qua ante lucem fuerūt ad monumentum, & non inuenīto corpore eius, uenerūt dicentes se etiam uisionem angelorum vidisse, qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenierunt sicut mulieres dixerunt, ipsum uero non inuenierūt.] Quod discipuli commemorat breuiter, superior textus euangelij narrat sufficienter, scilicet quō mulieres quæ secutæ dñm fuerant à Galilæa, cum p̄paratis aromatibus ad monumentum uenerunt, & responso ab angelo accepto de eius resurrectione, discipulis nunciauerunt. Tunc

Matth. 20.

Lctus. v.

PASCHAE

38

quoq; duo ex illis, Petrus & Iohannes scilicet, eucurre-
runt ad monumentū, & ita inuenérūt sicut mulieres
dixerūt, ipsum vero nō inuenérūt. Et ait ad illos:
Dostulti & tardis corde ad credendum in omni-
bus quā locūtū sunt prophetæ. Merito non solum di-
scipulorum stultitia redarguitur, sed etiā tarditas in-
crepatur: quia cum omnia in domini doctrina, in ma-
raculis, in passione, sicut de illo prophete prædixerat,
completa cernerent, de eius resurrectione dubitare
non debuerat: & maxime, cum omnia quæ in eo uē-
tura erant, antequam pateretur, ab ipso domino pri-
us prædicta recolerent. Et non solum illorum, uerū
etiam & nostra ignavia atq; tepiditas redarguitur: q;
nec præclara dicere uolentes, nec ea quæ discimus
opere implere satagimus: & ideo ad discendum tar-
di, & ad opus pigri inuenimur. Quibus recte dicitur:
Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita in-
trare in gloriam suam? Quod interrogatiue legē
dum est, ut subaudiatur, oportui. Oportuit em̄ Chri-
stum pati, nō pro se, sed pro nobis. Dicitur autem in-
trare in gloriam suam, à qua nūquam discessit, eo qđ
nos intrare fecerit, qui longe per peccatum ab illa ex-
pulsi fueramus. Sicut enim uidere & cōfiteri dicitur,
eo quod nos aliquid uidere & cōfiteri faciat, ita quo-
que in gloriam suam dicitur intrare per passionem.
Igitur dominus in gloriam suam intrauit, ostendens
nos per multas tribulationes intrare debere in re-
gnūm dei. Tantum enim caput nostrū, qui est Chri-
stus, membra sua diligit, ut frequenter ipse agere di-
catur, ad quod faciendum nos idoneos efficit. Sed qā
ad intelligendum scripturam stulti & tardi erāt, post
increpationem piam dominus adiungit expositio-

C ii

nem. Vnde & subditur: **Incipiens a Moysi et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant.** Interpretabatur in omnibus scripturis, maxime ea quae ad passionem pertinebant & resurrectionem, ut omne dubitationem ab eorum metibus auferret, & ad credendum resurrectionem animos eorum confirmaret.

Psalm. 21. ret, quale est illud: Foderunt manus meas & pedes meos, et, diuiserunt sibi uestimenta mea & super uestem meam miserunt forte. Et, Insurrexerunt in me te stes iniqui. & cetera talia. Sed forte mouet aliquem,

quare dñs cum interpretabatur scripturas discipulis, à Moysi cœpisse dicatur, cū plures patres ante Moysen fuisse legamus, qui & uerbis & exemplis eius passionem et resurrectionem prophetauerint. Quid em mors Abel, nisi passionē Christi significavit? Sicut em ipse à fratre iniuste occisus est, ita quoq; & dñs innocenter à Iudeis occisus est. Quid em per translatio-

Gene. 4 nem Enoch, nisi ascensio domini significatur? Quid g

Gene. 5 Noe, qui arcum in diluvio rexit, nisi dominus intelligitur, qui caput est ecclesie? Et quid per Abraam, qui filium immolauit, nisi deus pater accipitur, qui proprio filio suo non pepercit? Sic quoq; immolatio Isa-

Gene. 20 ac, passionis Christi typum tenuit. Nam & Jacob pa-

Johan. 10 stor ouiu dñm nostrum Iesum Christum significat, q;

uit in euangelio: Ego sum pastor bonus. Similiter

uenditio Ioseph', uenditionem præfigurauit Christi. Sed forte mouet aliquem, ut diximus, quare dñs

cū interpretabatur scripturas discipulis, à Moysi cœ-

pissee dicatur, cum plures patres ante Moysen fuisse

legamus, q; & uerbis & exemplis eius passionē ac re-

surrectionē prophetauerint. Sed ad hoc dicendū est,

quia licet ante Moysen plures patres fuerint, tamen
corum actionem Moysē scribente cognouimus, quē
ueracis historiæ scriptorem primum fuisse non dubi-
tamus. **A** q̄ libro ergo illorū dñs scripturas interptā-
ri cœpit. **A** Moysē cœpit, q̄a illorū actiōes (ut dixim⁹) Matthew. 28
primus Moyses scripsit. Inde enim scripsit homo, q̄n
non erat homo. **E**t appropinquauerunt castel-
lo quo ibant, ⁊ ipse se finxit longius ire. Cū fin-
gere soleat esse hypocritarū, quid est quod dñs se fin-
xit sic dicitur? Ad quod rationabilis patet respōsio, q̄a
non semper fingere simulare dicimus, sed aliquando
etiam componere. **V**nde & compositores luti figu-
los uocamus, & eos qui carmina dictant, fictores, id
est, compositores carminum. Quibus exemplis disci-
mus, q̄a simplex ueritas nihil per duplicitatem egit,
sed talem se corā discipulorum oculis composuit uel
exhibuit, ut manifestum fieret, si discipuli eum, quem
deum cognoscet, saltem ut peregrinum diligenter.
Sed absit ut eos à charitatis uisceribus alienos esse cre-
damus, qui cum autore misericordiæ gradiebantur.
Nam subditur. **E**t coegerunt illum, dicentes:
Dane nobiscum, quoniam aduerserascit, et
inclinata est iam dies. Quorum exemplo disci-
mus, quia peregrini & hospites non solum cum ad-
sunt recipiendi sunt, sed etiam cum desunt uocādi at-
que cogēdi. **N**am quantum hospitalitatis uirtus ua-
leat, & ipse comprobat, qui se in iudicio fidelibus di-
cturum reprobavit. **H**ospes fui, & collegisti me. **E**t
quādīu fecistis uni de minoribus meis, mihi fecistis.
Quod etiā in opere Abraæ & Loth discimus, qui
frequenter hospites suscipiendo, aliquando angelos
suscepserunt. **V**nde nos Apostolus admonet, dicens;

Hebrei. 13. Charitas fraternitatis maneat in uobis, & hospitali-
Gene. 19. ratē nolite obliuisci. Per hācēm placuerūt quidā, an-
 gelis hospitio susceptis. Hinc & Petrus ap̄lus nos hor-
Job. 31. rat̄ dicēs: **Hospitales inuicē, sine murmuratiōc.** Hinc
 etiā beatus Job de seipso testat̄, inq̄ens: **Foris nō mā-**
peregrinus, ostiū meū uiatori patuit. **Et intravit**
cum illis. **Et factum est dum recumberet cū**
eis, accepit panem, benedit̄ ac fregit, & por-
rigebat illis. **Et aperiunt oculi eorū, & co-**
gnoverunt illum: quia fides sine operibus mortua
 est, hinc cognoscere possimus, quia deum, quem di-
 scipuli nec ex uisione, nec ex scripturarum interpreta-
 tione cognouerāt, mox ut opere, quod scripture p̄ci-
 piunt, perfecerunt, cognoverunt eū in fractiōe
 panis. Quoniam sicut Apostolus ait, **Non audiō-**
res legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iusti
ficabuntur. Et sicut dominus dicit: **Beati qui audiunt**
uerbum dei, & custodiunt illud. Nos quoq; pro mo-
 dulo nostro in fractione panis dominum cognosci-
 mus, si mundo corde & casto corpore mysterium cor-
 poris & sanguinis eius cū digna reuerentia sumimus.
Et ipse euauit ab oculis eoz. **Et dixerūt ad**
inuicem: **Nonne cor nostrum ardens erat in**
nobis, dū loqueretur in via, & aperiret nobis
scripturas? Quia sicut ait Apostolus, **Deus noster**
Hebrei. 12. **ignis consumens est.** Postquā dñs ab oculis discipulo-
 rum euauit, quo ardore in uia eius locutione accensi
 sint declarant, dicentes: **[Nonne cor nostrū ardēs erat**
**in nobis de Iesu, dum loqueretur in uia? &c.] Illo em̄
Luce. 12. igne succensi fuerant, de quo dominus ait: **Ignem em̄**
ueni mittere in terrā, & quid uolo nisi ut ardeat? **Hoc**
psalm. 55. **igne accensum se nouerat, qui dicebat:** **Concaluit****

PASCHÆ.

39

cor meum intra me, & in meditatiōe mea exardestet
ignis. Sed quia omnis qui deo docente bonum discit
per charitatis mysterium, alijs annunciare debet, pro-
bant hoc isti discipuli, de quibus subditur: Et sur-
gentes eadem hora regressi sunt in Jerusa-
lem. Non enim fatigione itineris prohibiti sunt,
non uespertinae horae impedimentum timuerunt, sed
eadem horas uerentes regressi sunt in Ierusalem nun-
ciare apostolis, quod de domini resurrectione in via
compererat. Vnde bene subingitur: Et inuenierūt
congregatos vnde decim, et eos qui cum ipli
erant, dicētes quod duxerit dominus vere.
Et apparuit Simon. Etipli narrabant quæ
gesta erant in via, et quomodo cognoverunt
cum in fractione panis. Quod si ubi uel quando
factum sit, euangelista non declarat, tamen quia fa-
ctum sit non tacet, dicens: [quia surrexit dominus ue-
re, & apparuit Simoni,] id est, Petro, teste Apostolo
qui ait: Quia uisus est Cephae, & post haec undecim.
Primum enim omnium virorum, Petro apparuisse.^{t. Cor. 15.1}
dominus post resurrectionem creditur, nō solum ut
apostolatus eius ordinē consolidaret, sed etiā ut men-
tem eius quæ in passione titubauerat, reformateret.

FERIA TERTIAS

Paschæ. Actuum XIII.

T In diebus illis Surgens Paulus, & ma-
nu silentium indicens, ait: Viri fratres, filij
generis Abraam, & qui in uobis timent de-
um. Et reliqua.

C iiiij

OMnes quibus iste loquebatur apostolus, scilicet
dum carnem filij Abra& erant, sicut & ipsi de-
scipulis in alio loco dixerunt: Semen Abra& sumus,
& nulli seruiimus unq. Et iterum: Pater noster Ab-
raam est. Et dominus illis: Scio qd filij Abra& estis.
Imitatione enim nō filij Abra& erant illi, quibus do-
minus loquebatur: uos ex patre diabolo estis. Inde
ergo Iudei filij diaboli, nō nasc&do, sed imit&do. **V**os
(inquit dominus) ex patre diabolo estis, & desideria
patris uestris facere uultis. Ecce vñ filij diaboli. Quae
sunt illius desideria? Ille homicida erat ab initio, &
uos queritis me occidere. Ecce quomodo imitatione
filij diaboli. Nam & filij erant Abrag, propter origi-
nē carnis, quibus ista Apostolus loquebatur. & filij
imitationis propter castitatem timoris, quibus spe-
cialiter dicebat: **E**t qui in vobis timent deū, yo-
bis verbū salutis huius missum est, illud uiri-
que de quo Isaías ait: Verbum misit dominus in la-
cob, & cecidit in Isrāel. Id est, misit deū filium suum,
de quo Iohānes ait: In principio erat uerbum, & uer-
bum erat apud deum, & deus erat uerbum. Ad Iacob,
id est, ad Iudæos: & uenit ad Israel, id est, ad gētilem
populum. Deus autem uerbum, ipse est dei filius. Qua-
propter cum eum pater uerbum misit a patre & uer-
bo eius factū est ut mitteretur. Ergo à patre & filio
missus est idem filius, quia uerbum patris est ipse fili-
us, in ipso dei uerbo qd erat in principio apud deū,
& deus erat uerbum. In ipsa scilicet sapientia dei erat,
quo tempore uerbum caro fieret, & habitaret in no-
bis, quę plenitudo temporis cum uenisset, misit deus
filium suum factum ex muliere, ut incarnatū uerbum
hominibus appareret. **Q**ui enim habitat Ieru-

Johānes. 8

3.1st. 9

Esd. 4.

PASCHAE

41

salem zprincipes eius ignorantes Jesum et
uoces prophetarū quā per omne sabbatū legūtur.

Hinc etiam in Actibus apostolorū scriptū est, Moyses ēm à tēporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus q̄ eum prēdicent in synagogis. In his testimoniis manifeste declarat, q̄a lectio legis, uel p̄phetares à Iudæis sabbaro sp̄ in synagogis legebant. Cumq̄z cōsummassent omnia quā de eo scripta sunt.

Hec uerba Iohannes hoc mō narrat, dicens: Postea sciens Iesus quia omnia cōsuimata sunt, ut cōsum maretur scripture, dicit: Sitio. Peractis omnibus Iesus quā ante suam mortē peragi oportebat, qñ uoluit, & sicut uoluit, tradidit sp̄m. Denonentes eū de ligno. A Moyle in eremo æreus serpens ligno suspensus est, ut dñs in serpēte mortuus, & in ære significaret æternus, uidelicet ut iudicaretur mortuus p̄ humanitatē, & ramen esset quasi æreus p̄ diuinitatē. Quid respondendū est Iudæis obijcientibus testimoniū illud, Maledictus omnis q̄ pependit in ligno? Deut. 21.

Maledictū esse hoīem q̄ in ligno pēdeat, sed noxiū, non innocentē. Neq̄ ēm innocentiae potest esse maledictū p̄cna peccati. Eterñ si Mardochetus preparato ligno appensus sententiam regiae crudelitatis ex plesser, nunquid eum hi nūc dignum ad maledictio nem iudicarent? Non omnino. Idcirco dñs noster pēdit in ligno, ut nos à delicto, quod in ligno fuerat perditionis admissum, ligno appensus absolueret.

Dosuerunt eum in monumento. In monumēto nouo positus est Iesus, in quo nōdum quisquam positus erat. Sicut in uirginis utero nemo ante illū, nemo post illū conceptus est, ita in hoc monumēto nemo ante illū, nemo post illū sepultus est. Deus

C v

vero suscitauit illum a mortuis. Radix amara
crucis euanuit, flos uitæ cū fructibus surrexit in glo-
ria. Hæc est uirga Aaron, q̄ post siccitatē floruit. Vir-
ga enim post ariditatem uirescens, Christus est post
mortem resurgens, qui est flos uirginū, corona mar-
tyrum, gloria continentium, qui visus est per di-
es multos. i. per dies quadraginta. Non tamen eis
per omes illos quadraginta dies continue apparuit,
sed quoties uoluit, quibus uoluit, & quemadmodū
uoluit, apparuit his qui simul ascenderant cū
eo de Galilæa in Ierusalē. Salua historia, uidea-
mus intelligentiam. Galilæa nanc̄ transmigratio fa-
cta interpretatur, Ierusalem uisio pacis. Illi enī cum
domino de Galilæa ascendunt in Ierusalem, qui pri-
us hic uitiorum somitē res puentes, ad uirtutum cul-
mina transmigrant. Illi scilicet cum redemptore no-
stro à passione ad resurrectionem transmigrat, & in
Ierusalem celesti quandoq̄ dominum læti uidebūt,
qui hoc modo uitij derelictis, ad uirtutum celistudi-
nē transierint. Et nos vobis annunciamus ea
quæ ad patres nostros repromissio facta est.

Gen. 22.

Sala. 3.

Abrae enim dictum est, In te benedicentur uniuersæ cognationes terræ. Iacob autem, & benedicentur
in te & in in semine tuo cunctæ tribus terræ. Quod
Apostolus exponēs, ait: Non dixit in seminib⁹, sed
in semine tuo, qđ est Christus. Semen quidē Abrae
Christus est, in cuius nominis fide omnibus terræ fa-
milijs, Iudæis uidelicet & gentibus, est benedictio re-
promissa, id est, significata. Dabo vobis sancta
David fidelia. Id est, quæcūque David fidelis pro-
misisti, eadem uobis fidelis sponsor implebo, Christū
scilicet de ejus stirpe nasciturum.

FERIA TERTIA

paschæ. Lucae XXIII.

43

In illo tempore Stetit Jesus in medio discipulorum suorum. Et reliqua.



Hauerent sibi diuinæ lectiōes, & frequē ter una pēder ex al tera, ita ut nonnunquā ex ordia subsequentis, facilis intelligātur exconsidē ratione pcedentis. **Quod** in hac lectiōe facile agnoscim⁹, si supertora huius euāgeli⁹ parūper attendamus. **Postquā** em̄ commē morauit euāgelista duobus discipulis dominum in via apparuiss⁹, postquā eum cognitum ab eis in fractione panis narrauit fuisse, adiecit continuo: **Et** surgentes eadem horā regredi sunt in Ierusalem, & inuenierunt congregatos undecim, & eos qui cū ipsis erant, dicentes quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. **Et** ipsi narrabant quae gesta erant in via, & quomodo cognoverunt eum in fractione panis. **Dum** hēc autem adiuvicem loquerentur, **Iesus** stetit in me dio eorum. **Vnde** appetet, quia hēc apparitio ipso die dominicæ resurrectionis facta est: cuius apparitionis modum Iohannes euangelista apertius declarat, dicens: **Cū** esset sero die illa una sabbatorū, & fo res essent clausa ubi erant discipuli congregati propter metū iudeorū, uenit Iesus & stetit in medio.

Vbi considerandū, quod de se colloquētibus dñs in
medio sterile dicitur, ut intelligamus quia tunc eum
nobiscū habitantē habebimus, si quoties in unū con-
gregamur, ea loquimur & agimus, quæ ad eius lau-
dem & nostrā salutē pertinent, iuxta quod ipse ait:

Matt. 18 **V**bi fuerint duo uel tres congregati in noīe meo, ibi
sum in medio eorū. Sed apparens discipulis dñs, quid
dixerit audiamus. **D**ar vobis. **E**t pulchre resurgēs
à mortuis, primo pacē discipulis cōmendauit, ut per
suam passionem, resurrectionē, angelicam & huma-
nam naturā reconciliatā esse ostenderet. Ex eo enim
tempore quo primus homo peccādo recessit à deo, dis-
cordia inter homines & angelos fuit. **S**ed qā humanam
naturam dñs redimens, ad consortium angelorum
reuoauit, resurgens à mortuis, quasi speciale munus
discipulis pacem cōtulit. **I**pse est em̄ (ait Apostolus)
pax nostra, qui fecit utraq; unū, & medium parietē
copulauit, dissoluēs inimicitias in carne sua, ut duos
conderet in semetipso, in uno nouo homine faciens
pacem, & reconcilians ambos in uno corpore deo.
Et ueniēs euāgelizauit pacē his q; longe, & pacē his

Matt. 5 qui prope. Siue resurgens à mortuis discipulis pacē
Psalm. 118 cōmendauit, ut illos ad suam uisionem peruenturos
esse demonstraret, qui pacis concordia cordē & cor-
pore seruāt, iuxta quod ille alibi dicit: **B**eati pacifici,
qñ filij dei uocabuntur. Pax em̄ (ait Psalmista) mul-
ta diligentibus legē tuā dñe, **N**on est illis scandalū,
Sed ne alium esse putarent, cuius corpus post resurre-
ctionem clarissimum uidebant, adiunxit continuo:
Ego sum. **V**bi considerandū, qā non dixit ego fui,
sed ego sum. **S**um q̄ppe substantiū uerbū, quod nec
præteritū, nec futurū sonat, sed semp̄ præsens, illispe-

cialiter congruit, cui nec futura succedunt, ne præterita transeunt, sed semper habet esse per æternitatem, sicut ipse ait ad Moysen: Ego sum qui sum. Hæc dices filiis Israel, Qui es tu, misit me ad uos. Quia uero humani oculi immortale corpus sine timore uidere non poterant, confortari a domino indigebant. Ait enim: Non poterit timere. Habet enim fragilitas humanæ naturæ hoc proprium, ut cum aliquid supra se uiderit, infra se pertimescat. Unde & subditur: Coturbati vero et contriti, eristimabant se spiritum videre. Sed ista subitanæ conturbationis discipulorum, magnus error factus est Manichæorum. Et ipsi enim, qui negabant deum ueram carnem non assumptissime, hoc in adiutorium sui erroris assumere noluerunt, quod ab apostolis dominus post resurrectionem spiritus sit estimatus. Sed hunc errorum discipulos ipse dominus falsum cōprobauit, cum ab hoc errore discipulorum animos reuocauit, dicens: Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra? Vbi notandum quia non dixit, cogitationes descendunt in corda uestra, sed ascendunt. Bonæ enim cogitationes descendunt, quia desuper a domino dantur, teste Iacobo apostolo qui ait: Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum. Malæ uero cogitationes ascendunt, quia ab immundis spiritibus ex imo immittuntur. Alter enim ros de sursum descendens terram irrigat, alter fauilla uentorum impetu in aera rapitur. Et ut omnem dubitationem de sua resurrectione a discipulorum mentibus auferret, manus & pedes palpan dos probuit, dicens: Videete manus meas et pedes, quia ego ipse sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uideris habere. Et

cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. **N**on solum manus & pedes, sed etiam iuxta Iohannis euangelium, latus quod lancea perforatum fuit præbuit, ut in manibus & pedibus fixuras clavorum, & in latero lanceæ apertioneum tidentes, resurserit exsisse cognoscerent, quem ante triduum uiderant crucifixum. **V**bi mouet aliquem, quomodo post resurrectionem corpus dñi incorruptibile & palpabile fuerit, cum omne quod est incorruptibile, sit & impalpabile: & omne quod est palpabile, sit corruptibile. **S**ed miro & ineffabili modo dñs post resurrectionem corpus suum & palpabile præbuit, & incorruptibile demonstrauit: ut monstrando palpabile, reformanaret ad fidem: ostendendo incorruptibile, inuitaret ad pmiū. **S**ive certe, & palpabile & incorruptibile post resurrectionem corpus suum exhibuit, ut ostenderet se eiusdem esse naturæ, & alterius gloriae. **S**ed quia in dñi resurrectione nostra generalis resurrectione prefigurata, cum dñs post resurrectionem corpus suum & palpabile præbuit, & incorruptibile demonstrauit, ostendit nostra corpora post resurrectionem ita esse incorruptibilia, ut possint esse & palpabilia. **V**n de mentitur & conuincitur Euthices hereticus, qui dicit corpora nostra post resurrectionem uero acripsi esse similia futura: & sicut iubar solis uideri potest, ita & corpora nostra esse quidem uisibilia, sed impalpabilia, hoc in adiutoriu sui erroris assumere uolens, quod ait Apostolus: **C**aro & sanguis regnum dei non possidebunt, non intelligens, quia caro in scripturis uarias habet significationes. **A**liquā enim carnis nomine ipsa carnis natura designatur, aliquando eiusdem carnis fragilitas, aliquā uero peccata, quæ ex car-

ne oriuntur, nōnunquam genealogia cognationis.
Carnis nomine ipsa carnis substātia designatur, sic
ut scriptum est: **Hoc nunc os ex ossibus meis, &cā** **Gene. 3**
ro de carne mea. Aliqñ autem carnis nomine, car-
nis fragilitas designatur, sicut scriptū est: **Et recorda** **psalm. 77**
tus est quia caro sunt, id est, fragiles, **Aliquādo gene**
alogia cognationis, nomine carnis exprimitur, sicut
Perro dictum est: **Non tibi reuelauit caro & sanguis.** **Matth. 16**
Et sicut ait apostolus Paulus, **Continuo nō acque-**
ui carni & sanguini. **Carnis quoque nomine, uitia &** **Gala. 1.**
peccata quæ ex carne oriuntur significātur, sicut di-
ctum est: **Non permanebit spiritus meus in homine** **Gene. 6.**
in aeternū, eo quod sit caro. Ergo in eo qd ait Apo-
stolus, **Caro & sanguis regnum dei non posside-**
bunt, non naturam carnis resurrecturam esse nega-
uit, sed uitia quæ ex carne oriuntur, cum Christo nō
posse regnare ostēdit. **Vnde & consequenter adiun-**
xit: Neq̄ corruptio incorruptelam possidebit. **Cate-**
rum credendum est, carnē nostrā in resurrectione
absque corruptiōe uel fragilitate mortis, in ueritate
substantiæ esse resurrecturam, iuxta illud quod bea-
tus Iob testatur, dicens: **Scio quod redēptor meus ui** **Zob. 19.**
uit, & in nouissimo die de terra surrectū sum, & rur-
sum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo
deū, quē uisurus sum ego ipse, & nō aliis, & oculi mei
cōspecturi sunt. Sed solet in hoc loco mendax paga-
nos stultitia simplicitatē Christianā irridere, dicens:
Qua temeritate putatis uos Christiani, qd deus ue-
stra corpora de puluere possit resuscitare, cū sicut
dicitis, ipse resurgēs à mortuis, in sua carne uestigia
passiōis nō potuit sanare? Ad qd uera fides rñdet nō
hoc fuisse impossibilitatis, sed potius pietatis, Maius

est em̄carnem suscitare, q̄ in ipsa carne passiōis uestigia sanare. Sed qui qđ maius est potuit, qđ minus est utiq̄ fecisset, nisi uarias ob causas uestigia passiōis in ipsa sua carne reliquisset. Primū, ut fidē discipulorū de sua resurrectione dubiā, facilius ad credendū reformatet. Et si em̄ tarde crediderunt apostoli, uidentes in eius corpore fixuras clauor̄, multo tardius credidissent, nisi in eius corpore signa passionis recognoscissent. Vnde unus eorū dicentibus alijs, uidimus dominū, cū qđam attestatione affirmabat, dicens: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauor̄, & mittā digitum meum in locum clauor̄, & mittam meam in latuſ eius, nō credam. Siue certe resurgēs à mortuis dñs, in carne sua uestigia passionis reseruare uoluit, quā ueniens ad iudicium in eadem forma oīnibus apparebit, iustis scilicet & iniustis: ut iusti uidētes quanta & qualia p̄ eorū erexitione autor humani generis sustinuit, in eius laude & gratiarū actione p̄ficiant: iniusti uero tanto deterius puniātur, quanto largiora dei beneficia indignius contempserunt, sicut scriptum est: Videbunt in quēm transfixerunt. Et iterū alia scriptura dicit: Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum oīnis oculus, & q̄ eū pupugerūt. Et plangēt se sup eum oīs tribus terræ. Et alio item loco: Tunc plangēt oīs tribus terræ, & uidebunt filiū hoīs uenientē in nubibus cæli cū uirtute multa & maiestate. Et adhuc aliter dñs in sua carne uestigia passionis reseruauit, ut quā aduocatus est noster, & patrē interpellat pro nobis in humanitate, qui cunctā dat cum parte per diuinitatē, ipsa uulnera, quæ p̄ nostra redemptiōne sustinuit, patri ostendat, ut eū misereri hominibus faciat, p̄ quibus unigenitus dñs tanta actalia

Zach. 12.
2. poca. r

Matt. 24.

sustinere non recusavit. & si cœum q̄ misereri non cœsat, ad miserandum prouocet. **V**el certe post resurrectionē dñs uestigia passionis in sua carne uoluit reseruare, ut ipsa signa passionis uictoriā, quam de antiquo hoste obtinuit, in perpetuo prædicent. **S**icut enim uerbi gratia fortissimus miles, cum iubente imperatore in prælium processerit, si contigerit eum uictorem quidem, sed uulneratum ad propriam patriam redire, non ita uult sanari à medicis, ut uestigia uulnerum non appareant, sed absq; deformitate apparentes, eius audaciam cunctis uidentibus indicet: ita & dñs resurgēs à mortuis, uestigia passionis in sua carne uoluit apparere, ut uictorem eum diaboli ipsa signa per infinita secula demōstrent. **E**t quia discipulorum mētes inter mōrem & gaudiū posita, nōdum perfecte eū resurrexisse credebant, uerū indiciū resurrectionis adhuc manifestat. **V**nde & subditur: **A**dhuc autem illis nō credentibus, sed prægaudio mirātibus dicit: **H**abetis hic aliquid quod manducetur? **A**t illi obtulerunt ei partē piscis affi & fauum mellis. **E**t cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.] **M**anducauit ergo & babit corā discipulis post resurrectionē, nō quod cibo carnali sustētari indigeret, sed ut in ueritate carnis se resurrexisse monstraret: quia proprie comedere ad corpus pertinet, non ad spm. **M**anducauit & babit coram discipulis, ut tanto eius resurrectionē securius prædicarent, quanto nō solū carnem eius manibus palpasset, sed etiā oculis corporalibus comedere uisissent, & securi postea dicerēt: quia uisus est post resurrectionem non omni populo, sed testibus præordiatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cibis.

FERIA III.

illo postquam resurrexit a mortuis, & præcepit nobis
prædicare populo & testificari quia ipse est, qui consti-
tutus est a deo iudex uiuorum & mortuorum. Sed nec
ipsius cibi qualitas, quæ post resurrectionem comedit, a
mysterio vacua credenda est. Obtulerunt (inq)
ei partem piscis assi et fauum mellis. Quid in piske
assio, nisi mediator dei & hominum significat esse passus?
Ipse enim ut piske latere dignatus est in aquis genitum hu-
mani, ideo ut piske captus est hamo passiōis, sed mel
le dulcior exitit in resurrectiōe. Cuim dulcedinem
degustauerat ille, quod dicebat: Quād dulcia fauibus
meis eloquia tua dñe, sup mel & fauum ori meo. Fa-
vus nanci mel in cera est. Mel ergo in cera, dulcedo
diuinitatis est, iuncta formæ humanitatis. [Et cum
māducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.]

Quod dñs reliquias ciborum discipulis tradidit, ad hoc

Psalm. 118

Luc. 9

Petri. 2

Roma. 8

punit, qasum passionē eis imitandā esse ostendit, iuxta quod ipse alibi ait: Si quis uult post me uenire, abne-
get se metu plumbi & collat crucē suā & sequatur me.
Vnde unus eorum aiebat: Christus passus est pro nobis &c. Dedit ergo eis reliquias piske assi & fauū mel-
lis, quod suam passionē amarā esse ostendit in dolore cor-
dis, sed dulcissimā in gloria resurrectiōis. Vnde unus
eorum, qui quī stigmata passionis eius in suo corpore
perferrebat, ait: Fratres, existimo em quoniam sunt co-digne-
passiones huius temporis ad futurā gloriam, quae reue-
labit in nobis. Et dicit ad illos: Hec sunt ver-
ba quae locutus sum ad vos, cum adhuc es-
sem vobiscum. Nungadē em cū eis non erat, quibus
uisibiliter loquebatur. Erat utique p presenti corporis,
sed lōge ab eis distabat p communionē fragilitatis,
quia illi erant corruptibles & mortales, ille incorru-
ptibilis & immortalis. Et ideo cū presenti liter loque-

PASCHAE

51

ref. ait: **H**ec sunt verba quæ locutus sum ad **vos**, cū adhuc essem vobis cum: qm̄ necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me.] **V**bi non solū legem, sed etiam ad suā passionem & resurrectionē confirmandam, prophetarū & psalmorū oracula adhibuit, ut (quia iuxta quod ipse ait, In ore duorum vel triū testi- **Dent.** **um** sicut omne uerbum) si quis legis testimonia de eo credere renuit, saltem multorum testimonia in propheta rum & psalmodi oraculis discredere nō presumat, sed credēda iudicet. **T**unc aperuit illis sensum, **ut intelligerent scripturas.** Et quia p se scripturas intelligere nō poterāt, aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, ut quod carnaliter audiebant, spiritualiter intelligerēt. Quid autē in lege & prophetis & psalmis de eo scriptum sit, manifestat cum adiungit. **E**t dixit eis: **O**mnis sic scriptum est et sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis die tertia. Oportebat Christū pati, & resur gere, non pro se, sed pro nobis, ut per suam indebitam passionem, à debita poena nos liberarer, & per suam sanctam resurrectionē nos secū regnatores ostenderet: quia (sicut ait Apostolus) mortuus est propter peccata nostra, & surrexit propter iustificationem nostram. **V**nde bene suam resurrectionem non lögias quām usq; in diē tertiu differre uoluit, ita ut duabus noctibus & una die in sepulchro quiesceret. **N**ox qui dem ad peccatum pertinet, & natura quidem humana duabus mortibus tenebatur astricta: anima, propter peccatum: carnis uero, propter vindictā peccati. **Q**uia enim mediator dei & hominū sola carne mortuus ē, ut nos a morte animae liberarer, recte duabus

D ij

FERIA III.

noctibus, & una die in sepulchro gescere uoluunt, qm p suam simplam mortem nostram duplam danauit. Ut quid autem nobis mori uel resurgere uoluerit, manifestat, cu adhuc subdit. **Et prædicari in noīe eius penitentiā remissionē pectorum.** Nō ergo dūrū uel asper, uidea, quod dī, [prædicari in noīe eius penitentiā:] q ualde dulce est quod sequitur, [in remissionē pectorum.] Et ubi hæc prædicāda essent, manifestatur, cu subinfertur. **In oīes gentes.** Quo uerbo Donatista hæresis cōfunditur, q localē deū inducere uolentes, in sola Africā eius fidē esse dixerunt, nō attendētes quod ipse dñs ait: [In oīes gentes.] In omnibus gentibus p apostolo ministerium penitentia & remissio pectorum prædicata est, impleta prophetia que dixit: In omnem terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Et ne aliquis ppter magnitudinē pectorum de uenia desperaret, subiūctum est: **Incipientibus ab Hierosolyma.** Nullus ergo pte magnitudine pectorum suorū remissionē se posse consequi desperet, si legitime penteat, qn̄ ipsi Hierosolymitis cognoscit indulatum, q cruentis manibus & mēdaciis uocibus ipsum sanguinem per quē genus humanū redemptū est, effuderunt: qm̄ sicut dominus ait per prophetam, **Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.**

Tezech. 13

FERIA QVARTA**Paschæ. Actuum. III.**

In diebus illis Afriens Petrus os suū dixit: Viti Israelitæ, & qui timetis deum, audite. Et reliqua.

Notandum quod uiros de genere **Israel**, & ti-
mientes dominū, ad audiendum dei p̄uocet
uerbum. **Viri** enim dicuntur à uiribus, q̄ ne-
sciunt tolerando desicere, aut in prosperis aliqua se-
elatione iactare, sed animo stabili defixi, & cælestiū
rerum contemplatione firmati, manent semper im-
pauidi. **Qui** tu metis dñm, inquit, audite. i. qui re-
uerentiam habetis nominis eius: quia eius uerba nō
meretur audire, nisi qui cognoscit & timere. **Timor**
autē dñi, quia iustus & rectus est, auditum renouat,
amorem tribuit, ardore charitatis inflamat. **De-**
us Abraam, & **deus** Isaac, & **deus** Jacob,
deus patrum nostrorum. Poterat enim dice-
re, **deus** Abraam, Isaac & Jacob, sed ter nominat
deū Abraam, deum Isaac, deum Jacob, ut tu intelli-
gas deū patrem, & filium, & spm s̄t̄m. Et ne tibi sca-
dalum terna dei nominatio generaret, addidit [pa-
trum nostrorū]. Prudēter enim personas distinxit,
& naturam uniuirt. **Glorificauit** filium suū, qn̄
post resurrectionem nimis mirabilem, totius mun-
di credulitatē deus ei in eo quod homo factus est, ha-
bere concessit. **Glorificauit** eum gloria resurrectio-
nis, glorificauit gloria ascensionis, & glorificauit suæ
dexergessiōis. **quem** vos quidem tradidistis.
Hunc enim respondit Pilatus domino, dicens: Nun-
quid ego Iudeus sum? Gens tua & pontifices tui tra-
diderunt te mihi. quid fecisti? subauditur, ut tradere-
ris mihi. Tradiderunt enim dominū sacerdotes per
inuidiam tradidit Iudas pro cupiditate, tradidit pa-
ter pro nostra liberatione, tradidit semetipsum filius
pro nostra dilectiōe. De parte enim ait Apostolus,
Qui proprio filio suo nō pepercit, sed p nobis om̄i.

bus tradidit illum. De filio autem, qui dilexit nos, & tradidit semei ipsum pro nobis, et negasti ante faciem Pilati, dicentes; Crucifige crucifige tales. Nos non habemus regem nisi Cæsarem. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filius dei se fecit, in dicante illo dimitti. Querebat enim (ait euangeliū) Pilatus opportunitatem, ut dimitteret Iesum, dicens: Ego non inuenio in eo causam, sed neq; Herodes. Pilatus mittit ad Herodem; Herodes mittit ad Pilatū. Inter duas impietas discurrit pietas, & tamen impietas pietatem non potest cōdemnare. Præsens est reus, & non inuenitur reatus. Tradidistiſtis miliū hunc hominem quasi auertentem, inquit, populum, & ecce coram uobis interrogans, nullam causam inuenio in eo ex his, in quibus eū accusatis. Dicitis q; præcipiat tribula nō solui Cæsari, comprobaui fallum esse quod obiicitis. Docere hūc contra legem dicitis, & probauit eum non destruere legem, sed adimplere. Omnia quæ obiecistiſtis, in diuerſum inuenta sunt. Et petiſtis virum homicidā donari vobis. Erat aut(ait euangeliū) qui dicebatur Barabbas uinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Barabbas enim qui filius patris eorū interpretatur, significat diabolum, qui multas seditiones in toto cōcitat orbe, homicidia, s. & adulteria & omnia crimina, quia statim ut Iesus crucifixus est, Barabbas iste dimissus, suffocat populum Iudeorū, auforem vero vitæ interfecistiſtis, illum qui plasmatuit hominem de limo terre, & inspirauit in facie eius spiraculum uitæ, & factus est hō in anima uiuētem. illū qui dixit, Ego sum uia, ueritas & uita. Et de quo Iohannes, Hic est uerus deus & uita æterna. Et hunc

fratres scio quia per ignorantiam fecistis. Si em cognouissent, ait Apostolus, nunq dñm gloriae crucifixissent. [Deus aut qui pñnicipiauit g os omniū prophetarum pati Christū suū, impleuit sic. [Hinc & ipse dñs Cleophae, & alio discipulo ait: O stulti & tardorum ad credendū in oībus quā locuti sunt prophetæ, nonne hæc oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriā suā? Et incipiēs à Moysē & oībus prophetis, interpretabā illis in oībus scripturis q de ipso erāt. Si enī Moyses & oīes prophetae Christū locuti sunt, & hūc g angustiā passiōis ingloriam suā intratur, qua ratiōne se gloriant esse Christianos, qui iuxta uiriū suā modulū negotiaturas q̄liter ad Christū pertineant īnvestigare, neq ad gloriā quā cū Christo habere cū pūr, per passiones tribulationū desiderāt attingere?

SFERIA QVARTA

paschæ. Iohan. XXI.

TIn illo tēpore Manifestauit se iterū Iesus ad mare Tiberiadis. Manifestauit autē sic: Erāt simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus. Et reliqua.

CVm memorīa dñicæ resurrectionis semp animo retinere, & ore recitare debeam, maxime tñ istis diebus de illa loquendum est, in qbus facta creditur & ueneratur. Et non debet onerosum uideri ad audiendum, quod sanctis euāgelistis utile uisum fuit ad scribendū. Non solum em̄ gloriosum est, qd discipulis post resurrectionē apparuit, sed etiā numerus eorum quibus apparuit, uel loca in quibus uisus ē, m̄ysterijs plena sunt. Quod in huius lectiōis

D iii

Serie euāgelista manifestare curauit, cū tam solicite
 modū apparitionis eius expressit, dicens. **D**anife
stat se itez **J**esus ad mare **L**iberiadis. **D**a
nifestauit autē sic &c. Et pulchre septima appariri
 one sepm̄ discipulis apparuit, quia illi ad eius uisio
 nem peruenturi sunt, qui septiformi spiritus sancti
 gratia illuminati, fluctus plentis seculi diuino amo
 re calcāt, & in lucrādis animabus inuigilāt. Septen
 tarius enim numerus, qui cōstat ex ternario & quater
 nario, i.e. ex primo impari & primo pari, dona spir
 tus sancti significat, per cuius gratiam & fides trinita
 tis cognoscitur, & quatuor euangeliorū doctrina cu
 stoditur. Sed querit aliquis, quare Petrus post con
 uersionē ad pīscationē rediit, cū ueritas dicat, Nemo
 mittens manū in aratrū, & aspiciens retro, aptus est
 regno dei. Ad quod breuis quidē, sed facilis patet re
 sponsio, quia illud opus post conuersionē sine culpa
 repetitur, quod ante conuersionē absq; culpa exerce
 bat. Quod facilius cognoscimus, si cū officio Petri &
 Matthæi euangelistæ & coapostoli oga cōferamus.
 Nam pīscatorē fuisse Petru, Matthæū uero telonari
 nouimus. Et Petrum quidē post conuersionē ad pi
 scationē rediisse, Matthæū ad telonei lucra reſedisse
 nō legimus: qā aliud est uictū cū iustitia querere in
 pīscādo, & aliud iurgādo telonei lucris infistere. **E**t
 exierunt & ascenderunt in nauē, & illa nocte
 nibil pīdiderunt. Sicut nauis seculū significat, sic
Roma.13. nox illa, pīgnorātia ponitur, ut ē illud: Nox pīcessit,
 dies autē appropinquauit. Oēs em̄ ante aduētum dñi
 quotq; laborauerunt quasi in nocte laborauerūt, qā
 spem resurgendi uel uitā æternam possidendi pīfecte
 habere non poterant, sicut modo habēt. Tora ergo

nocte nihil prædiderūt, q[uia] n[on] s[unt] d[omi]ni sua gratia cor illu-
 strauerit auditoris, q[uia] si in nocte laborat sermo docto-
 ris, teste Psalmista qui ait: *Nisi d[omi]nus edificauerit domū,*
 Psalm. 116
inuianum laborant qui ædificant eā. **Vt** autē & docto-
 res recte docere, & auditores digne ualeant audire, il-
 lius flagitāda ē misericordia, de quo subdit: *D[omi]ne*
aūt iam factō stetit Jesus in littore, non tū co-
gnouerunt discipuli quia Jesus est. Vbi forte
 mouet aliquē, q[ue]re d[omi]nus post resurrectionē in littore
 stetit, cū ante passionē nō solū coram discipulis super
 fluctus maris ambulauerit, sed etiā Petro, supra ma-
 re ut ambulare posset, dederit manū. **A**d quod dicen-
 dum est, quia nō hoc d[omi]nus propter impossibilitatem,
 sed ppter mysteriū fecit. **P**er mare ergo (ut diximus)
 seculū significatur. **D**iscipuli ergo in mari erant, quia
 inter fluctus seculi huius adhue laborabant. **D**īns autē
 in littore stetit, quia ab eorū corruptione & mortali-
 tate alienus erat. **A**c si uerbis diceret: Iā uobis in mari
 non appareo, quia inter fluctus seculi uobiscū cōmu-
 niter non uiuo. **E**t hoc ē quod alibi ait: *Hec sunt uer-*
ba quæ locutus sum ad uos, cū adhuc esse uobiscū.
Dicit ergo eis Jesus: Pueri, nūquid pulmē-
tarium haberis? **R**esponderūt ei: *Non.* **N**on
 ignorans d[omi]nus interrogauit discipulos, sed ut ex com-
 muni locutione suam demonstraret cognitionem. **E**t
 pulchre suos discipulos pueros uocauit. **P**uer enim à
 puritate dictus est. **R**ecte & hoc nomen discipulis cō-
 uenit, quia absq[ue] dolo & simulatione, purissimo cor-
 dis amore domino adh[er]ebant. **I**n quorum olim per Isag. 8
 sona per Isaiam dictum fuerat: *Ecce ego & pueri mei,*
 quos dedit mihi dominus. **T**ales em̄ paruulos om̄es
 credentes esse uolebat, cum alibi dicebat: *Nisi conuer-*
 D. v. *Matth. 18*

si fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis
 Matth. 19 in regnum celorum. Et iterum: Sinite paruulos ueni-
 re ad me, talium est enim regnum celorum. Dicit eis
Iesus: Dicite in dexterā nauigū rete, et in
uenietis. Bis in sancto euangelio legimus, quod ad
 domini iussionem retia laxata sint in pescationē: pri-
 mum ante passionē, & nunc secundo post resurrecti-
 onē. Hoc tamen inter utrāq; pescationem distat, qā
 in illa priori pescatione retia laxati iubētur, in qua ta-
 men parte mitterentur non demonstratur, in hac au-
 tem specialiter in dexteram mītri iubētur: in illa præ
 multitudine piscium rete rūpit, in hac autē multi
 pisces capti sunt, & retia rupra non sunt. Vnde appa-
 ret, quia per illam priorem pescationem significatur
 ecclesia, qualis est in præsenti uita: per hanc autē, post
 resurrectionē factam, qualis erit in futuro. Boni em̄
 soli nusquam sunt nisi in cælo, malis soli nusquam sunt
 nisi in inferno. In præsenti enim ecclesia utriusq; par-
 tis ciues inueniuntur, quia multi per fidem in ecclesi-
 am intrant, qui per bona opera ad regnum celorum
 pertinueri non sunt, de quibus per Psalmistam dici-
 tur: Annunciaui & locutus sum, multiplicari sunt su-
 per numerum. In hac ergo pescatione, quæ post resur-
 rectionem facta est, decebat ut soli boni pisces cape-
 rentrur, per quos electorum numerus significaretur.
Dixerūt ergo rete, etiam non valebant illud
trahere præ multitudine piscium. Quod exter-
 ora miracula interiorē fidē frequēter instruit, in præ-
 senti loco demonstratur, quādo dominum, quem ex
 visione & collocutione nō cognoverant, ex capture
 piscium cognoverunt. Cum ergo tota nocte labora-
 tes nihil cepissent, mox ad eius iussionē tantā multi-

tudinem pisciū ceperunt, ut rete trahere non ualeret.
Dicit ille discipulus quem diligebat Iesus.
Petro: Dominus est. Et q̄a inter om̄es uirtutes
uirginalis integritas quodā priuilegio p̄cellit, recte
incorruptibile domini corpus incorruptus uirgo pri
or recognouit, Iohannes scilicet, cuius est hoc euāge
lium. Sed cum om̄es audissent quia dominus est, qui
eum p̄cæteris amauit, prior uenire festinauit. Vñ
& subditur: **Simon Petrus cum audisset q̄z**
Dominus est, tunica succinxit se (erat eñ nudus) &
misit se in mare, & peruenit ad Iesum. In multis lo
cis euangelij demonstratur, qđ p̄cæteris discipulis
Petrus dñm dilexerit. Nā cū se passuꝝ Hierosolymis Matth. 20
p̄diceret, dicens: Ecce ascēdimus Hierosolymam, & fi
lius hominis tradet in manus peccatorum, & conde
mnabunt eum morte, Petrus assumpſit eū secreto, &
ait illi: Absit à te dñe, nō fiat istud, non enim decet ut Matth. 16
filius dei gustet mortem. Et cum eiulde passionis ar
ticulo imminēte dñs diceret, Om̄es uos scandalū pa
tiemini in me in ista nocte, ille p̄ multitudine amo
ris confusus dicebat: Etsi omnes scandalizati fuerint
in te, ego nunquā scādalizabor. Cumq; dñs quod fu
turum erat prosequeretur, dicens, Amē dico tibi, an
tequā gallus cantet, ter me negabis, ille contra dice
bat: Etsi oportuerit me mori tecū, non te negabo. Et
ut in hac lectione refert, cum dñm stantem in littore
uidisset, tunica succinxit se, & misit se in mare. Spiritus
aliter uero hoc dicere possumus, quia postquā cum
resurrexisse cognouit, tunica fidei uel amoris, qua in
negādo se nudauerat, reinduit, & misit se in mare, id
est, inter tumentes mundi potestateſ, eius nomē p̄
dicare cœpit, quē ad unius mulieris uocem ter prius

Actus, f. negavit. Ait em: Obedire oportet deo magis quam
hominibus. **Alii autem discipuli nauigio vene-**
runt id est, eadem fide uel amore flagrantes, qua Pe-
trus apostolus accensus erat, secuti sunt. Vnde & be-
ne dicitur: Non enim longe erant a terra, sed
quasi cubitis aduentis, trahentes rete pisci-
um. Quia in ducentis cubitis centenarius numerus
duplicatur, perfectam numerus iste charitatem insi-
nuat, quae ex dilectione dei & proximi constat. Qui
enim perfecte deum & proximum diligit, nō lōge est
a terra uiuentium. **Ut autem ascenderunt in ter-**
ram, viderūt prunas positas & pīscē superpo-
situm, & panem. ubi ad literam quasi sonare uidei,
qd pīscis & panis prunis superpositus esset. Sed sciendū est, qd ille q necessarius erat. i. pīscis, prunis erat
suppositus, panis uero seorsum positus erat. Notan-
dū etiā qd ipa qualitas ciborum à mysterio nō uacat.
Nā sicut in alia euāgelij lectiōe legimus, cū pīscē asso-
fauū mellis discipulū dñio obtulerūt: hic autē, panis &
pīscis memoratur fuisse. Ipse enim quasi pīscis assatus
est tēpore passionis, sed dulcedinem panis exhibuit tē-
pore resurrectionis, q de seipso ait: Ego sum panis ui-
uus, q de celo descendī. Et iter: Panis quē ego dederō,
caro mea est p seculi uira. Dicit eis Iesus: Afser-
te de pīscibus quos p̄didistis nūc. Escēdit
autē Simeō Petrus, & traxit rete in terrā, ple-
num magnis pīscibus centum quinquagin-
taribus. Et cum tāti essent, nō est scissum re-
te. Manifestū est, nec expositione indiger, quid sit qd
Petrus prior omnibus rete cū pīscibus traxit in ter-
rā. Ipsi em specialiter ecclesia cōmendata est, illi ligādi
& soluēdi data est potestas, qn ei à domino dictum

PASCHÆ.

61

Eft. **Tu es Petrus, & super hanc perram ædificabo ecclæſiam meam, & portæ inferi non præualebunt ad uersus eam. **Et tibi dabo claves regni celorum.** **Et quod cuncti ligaueris super terram, erit ligatum & in carceri: et quodcunq[ue] solueris super terram, erit solutum & in caelis.** **Nam & post resurrectionem ei à domino dictum est:** **Si mō Iohannis, diligis me plus his: Pasce oves meas.** **Sed ille Iohannes** sollicite considerandum est, quia nequaquam euangelista ipsorum piscium numerum tam sollicite expressisset, si in ipso numero mysteriū defuisse credere. **Ait enim:** **Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus.** Numerus iste ab uno incipit, sed usq[ue] ad decem & septem crescendo multiplicatur. **Si enim decem & septem ter duxeris, quinquaginta unum inuenies.** **Iterum,** si quinquaginta unum ter multiplicaueris, centum quinquaginta tria inuenies. **Decem uero ad de-** calogum legis numerum pertinēt, quia decem præcepta Moysi data sunt. **Septem uero ad spiritualem gratiam noui testamenti, propter septem dona spiri-** tūs sancti, uel propter fidem sanctæ trinitatis, & doctrinam quatuor euangeliorum. **Quinquagesimus autem numerus ad requiem pertinet, quia quinquagesimus annus iubileus, id est, annus remissionis est dictus.** **Quia ergo illi ad ueram requiem peruenturi sunt, qui decalogum legis per gratiam spiritus sancti spiritualiter implent, quasi decem & septem ter ducimus, ut ad quinquagesimum numerū perueniamus.** **Et quia uera requies in unitate est, recte ad quinquagesimum additur unum, quoniam sic de primitiâ ecclesia dictum est,** **Multitudinis autem credentium erat cor Actuum 4 unum & anima una.** **Et quoniam custodia legis & gratia****

Spiritualis in fide sancte trinitatis constat, quasi quin
quaginta unum ter ducimus, ut ad centum quinqua
ginta tria pueniamus. Quia enim (sicur supra dictū
est) per hanc punctionem ecclesia, qualis in futuro e-
rit, significatur, dignum fuit ut tot pisces caperentur,
per quos electorum summa, quae cū dño regnatura
est, significare. Ut autē dñs de sua resurrectione oēm
dubitatem à discipulorum mētibus auferret, nō
solum eis dignat⁹ est apparere, sed etiā corā eis cōe-
dere. Vnde & subditur: Dicit eis Jesus: Veni-
te, prandete. Et pulchre ultimum conuiuum cum
septem discipulis uoluit celebrare, quia illi post uni-
uersale iudicium cum domino æternum conuiuum
celebraturi sunt, qui in præsenti seculo septiformi
gratia spiritus sancti repleti fuerint. Quod uero sub-
ditur, Et nemo audiebat discubentium eum
interrogare, tu quis es? scientes quia domi-
nus est, tale est acsi diceret: Nemo præsumebat q̄s
esset interrogare, q̄a quod ipse Christus esset, nemo
poterat dubitare. Tam enim manifesta & præclara
erat eius cognitio, ut omnibus se uidentibus manife-
stum esset, quis esset: & ideo superfluum erat, quis es-
ser, interrogare, de cuius cognitione nemo discuben-
tium poterat dubitare. Et uenit Jesus, et acce-
pit panem, et dabant eis, et pisces similiter. De-
dit ergo dñs discipulis pisces, quia suam passionem
imitandā esse ostendit. Dedit & cū pisce panem, quia
post tolerantiam passiōis gaudia repromisit æterna
satieratis. Quod uero dicitur, Noc iam tertio ma-
nifestatus est Jesus discipulis suis, cum re-
surrexisset a mortuis, non ad numerum appariti
onū, sed potius ad dies, pertinet. Nā primo die quo

PASCHAE

63

resurrexit à mortuis , quinque ab hominibus uisus est. Iterum autem alia die , quando post dies octo apparuit discipulis in conclave , ubi erat Thomas. Tertio uero quādo piscatisbus ad mare Tiberiadis , septima uice apparuit discipulis.

FERIA QVINTA A.C.

Paschæ. Iohan XX.

In illo tempore Maria stabat ad monumentum foris plorans. Et reliqua.

In multis locis scripturæ virtus perseverantie laudabilis ostenditur, non minus tamen in huius exercitio lectionis, quam præcipua uirtus sit cognoscimus, si huius euangelij superiora parumper attenderamus. Supra enim retulit euangelista, quia cum ad huc tenetbra essent, Maria Magdalene uenit ad monumentum, & uidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo, & uenit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit eis: Tu uerunt dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. At illi currentes introierunt in monumentum, & ita inuenierunt sicut mulieres dixerunt. Et de illis protinus scriptum est: Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipos. De illa autem subditur: Maria stabat ad monumentum foris ploras. Vbi considerandum est, mulieris huius mentem quantus amor domini accederat, quæ etiam discipulis à monumento discedentibus, nō discedebat. Et quia ab inquisitione nō cessauit, prima eum uidere meruit. Unde cognouimus quia in omni bono opere perseverantia necessaria est, dñō dicēte. Qui perseverauerit usq[ue] 20att 14.

in finem, hic saluus erit. Hinc est, quod per legem car-
da hostia in sacrificio offerri præcipitur. In cauda q[uo]d
pe finis est corporis, & ille deo sacrificium acceptum
immolat, qui opus bonum usq[ue] in finem consummat.
Hinc est etiā, quod Ioseph inter reliquos fratres tu-
nica talari induitus esse memoratur. In talo quippe fi-
nis est corporis. Et illa talari tunica spiritualiter indui-
tur, q[uo]d bonum opus usq[ue] in fine perducit. **H**inc nos &
psalm. 117 Psalmista admonet, dicens: Constituite diem solen-
nem in condensis usq[ue] ad cornu altaris. In cornu nan-
que altaris finis est. Et ille diem solennem mente ce-
lebrat, q[uo]d in bono opere usq[ue] in fine perseverat. Quan-
to autem moerore de domino mulier hæc affigerei,
manifestatur cum dicitur: [Maria stabat ad monu-
mentum foris plorans.] Plorabat e[m], quia eum que
multum desiderabat, non uidebat: plorabat, quia de
monumento corpus furatum putabat. **D**um ergo
fleret, inclinauit se et prosperit in monumen-
tum. Iam enim monumentum uacuum uiderat, q[uo]d
& dominum de monumento furatum discipulis nū-
ciauerat. Quid est quod iterum se inclinavit, nisi q[uo]d
iterum uidere desiderat? Valde e[m] amāti semel aspe-
xisse non sufficit. Sicut enim nos, cum aliquam rem
perdimus, quamuis huc illucq[ue] querendo discurramus,
ramen ad eum locum s[ecundu]m respicimus, ubi eam ha-
buisse meminimus: ita & hæc mulier, quamuis huc il-
lucq[ue] dñi corpus quereret, anxia tamen de eius ab-
sentiâ, frequentius monumentum aspiciebat, ubi eū
positum nouerat. Vnde et si dñm statim uidere non
meruit, tamen angelorum uisione priuata non est.
Vnde & subditur. **E**t vidit duos angelos in al-
bis sedentes, unum ad caput, & unum ad pe-

PASCHAE.

63

des, ubi pōsitus fuerat corpus Iesu. Vbi forte mouet aliquē, quare Iohānes in dñi resurrectiōe sedentes describat, cum Lucas eiusdem resurrectiōis modum describens, commemoraret quod iuxta mulierem steterint. **A**d quod respondendum, quia sicut sedere regiae dignitatis est, sic stare adiuuantis uel pugnantis. **E**t quia idem mediator dei & homī rex nobis pariter & sacerdos effectus est, alios sedentes, & alios stantes describit. **E**t quia hic cuius resurrectiōis testificari uenerant, deus & homo credēdus est, recte unus ad caput, & unus ad pedes sedisse memorantur. **P**er caput eīm̄ altitudo diuinitatis designatur, sicut dicit Apostolus, **C**aput Christi deus: per pedes humanitas exprimitur, sicut per Moysen dicitur: **E**t qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. **Q**uasi ergo ad caput sedet angelus, cum euangelista prædicat: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. **Q**uasi ad pedes sedet angelus, cum idē euangelista subiungit: **E**t uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. **E**t quia consuetudo est Palēstinis, ut dies festos celebrates, albī uestibus induātur, cum in uestibus albī angelī apparuerunt, festiuitatem se celebrare ostenderent. **V**bis qui querat, utrum suam, an nostram, respondendum est, quia & suam & nostram. **I**lla enim domini resurrectio, angelorū festiuitas fuit, quia eorum numerum per apostatam angelum imminutū ex hominibus recuperauit. **N**ostra quoq; festiuitas fuit, quia nos de tenebris & umbra mortis liberatos, ad angelorum dignitatē reuocauit. **D**icūt ei illi: **M**ulier, quid ploras? **I**nterrogabant angelī non solum causas, sed etiam inquisitiones, non ut quererent

E

di desiderium minuerent, sed ut augerent. Sicut enim nos cum propter charorū amissionem flemus, si quis nos fleti causas inqrat, fletum magis accumulat: ita & illi causas doloris interrogabant, ut fleti desideriū augerent, scientes beatos esse lugentes, qm̄ ipsi consolabuntur. Sed multe cuius rei gratia ficeret, manifestat cum adiungit: Quia tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Vbi nonādum quia non dixit, tulerunt corpus dñi mei, sed tulerunt dñm meum, cum solum corpus dñi in monumētum positum nouerat. Scriptura enim sacra aliquando rotum pro parte ponere consuevit, & ideo cum solum dñi corpus quæreret, dñm sublatum de monumēto cōmemorauit. Hac cū dirisset conuersa retrorsum, vidit Iesum stantem, & non sciebat quia Jesus est. Pulchre, ut deum merereretur uidere Maria, conuersa retrorsum dicitur, qui em̄ retrorsum cōvertitur, illuc oculos dirigit, ubi prius terga habebat. Quasi ergo retrorsum conuersa est, qñ dubitationis nebulas postponens, Christi resurrectionem ex parte credere ceperit. Cui tñ dñs ita suā uisionē tēperauit, ut quia amabat, sed eum resurrexisse non credebat, illum & uideret, & nō recognosceret. Vñ & subditur: Illa existimans qz hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eū, dicio mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam. In qbus uerbis eiā considerandum, quantus amoris ardor mentem mulieris imbuerat, quæ antequam personam eius significasset, quem quarebat, quasi scienti loquebatur, dicens: [Si tu sustulisti eū, dicio mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam.] Habet em̄ ius amoris hoc proprium, ut quem quisq; multum amat, omnes amare

puret. Sed non in toto mulier errauit, cum dñm hor
tulanum existimauit. Sicut em̄ ad hortulani officiū
ptinet, noxias herbas eradicare, ut bona quoq; pos
sint, pficere: ita domin⁹ Iesus Christus de horto suo,
.i. de ecclesia sua, q̄tidie uiria eradicat, ut uirtutes pro
ficere ualeant. Cum uero sexus fœmineus fragilis sit
ad onera deferenda, & pauidus ad mortuorum cada
uera baiulāda, quicquid alijs impossibile est, hec pro
pter magnitudinem amoris leue & possibile arbitra
batur, dicens: Si tu sustulisti eū, dicio mihi ubi posui
sticu[m], & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Da
ria. Conuersa illa, dicit: Rabboni, quod dici
tur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tange
re. Quia dominus superius mulierem cōmuni sexu[m]
appellauerat, & cognitus non est, uocauit etiam pro
prio nomine, ut saltē cognoscētem se recognosce
ret. Ait enim: [Maria.] Cum em̄ apud deum certus
sit numerus electorum, magna gratia aliquibus da
tur, quando proprijs nominib⁹ deo noti esse memo
ratur, qualis erat Moyses, cui dictū est: Noui te ex no
mine. Et, Inuenisti gratiam coram me. Vnde mulier
postquam proprio nomine à domino uocata est, sta
tim cognoscentem se recognouit, dicens: [Rabboni,
quod dicitur magister.] Nam uero post hæc quid mu
lier fecerit, euangelista non declarat, tamen ex eo qđ
dominū dixisse adiungit, [Noli me tangere,] decla
rat, quia mox ut mulier dominum recognouit, uesti
gia eius adorando tenere uoluit. Cui à domino dicit
[Noli me tangere.] Vbi nō est putandū, quod post
resurrectionem tantum renuerit tactum fœminarū,
cum de duabus à monumento illius recedentibus di
ctum sit, quia accesserunt & tenuerunt pedes eius, sed

illam à suo contactu prohibuit, cuius mentem rectā
in fide non sensit. Sed quare à muliere se tangi nolue-
rit, manifestatur cum subditur. **H**oc dū em ascen-
dī ad patrem meum. Nunquid enim post ascēsiō-
nem eum corporaliter tangere ualebat? Non. In eius
quippe mentē nōdū ad patrem ascenderat, quę cū
mortuū inter mortuos requirebat, & qualem patri eū
non credebat. **V**ade autem ad fratres meos. **D**ic eis: Ascēdo ad patrem meum & patrem uestrū,
deum meū & deum uestrū. Magna dignatio redem-
ptoris erga apostolos declarat. Qui em serui nō fue-
rāt digni, fratres uocātur, iuxta illud qđ in eius perso-
na per **P**lāmīstā dicitur: Narrabo nomē tuum fratri-
bus meis, in medio ecclēsī laudabo te. Nec ab hac di-
gnitate nos alieni erimus, si morū sanctitatis partici-
pes fuerimus, dñs ipso dicēre. Quicunq; fecerit uolū-
tātē patris mei qui in cælis est, ipse meus frater & so-
ror & mater ē. **Q**uā ergo maiorē remunerationē po-
test habere adoptat̄ seruus, quam ut appelletur fra-
ter illius, qui est unicus filius? Et ideo qui digni non
fuimus serui uocari, fratres appellamur. **S**ed cū dice-
ret, [Ascendo ad patrē meū & patrē uestrū, & reli.]
quare cōmuniter nō dixit nostrū: Nimirū quia aliter
illi pater est, & aliter nobis. Qm̄ quod ille habet per
naturā, nos accepimus per adoptionis gratiā. Deus il-
lius, quia descēdit ad nos, & minoratus est paulo mi-
nus ab angelis, humanitatem nostrā assumens. Deus
vero illorū, quia per illū ad patrē alcēdere meruerū.
Venit **D**aria **M**agdalena nuncians disci-
pulis, quia uidi dñm, & hac dixit mihi. [M]isericor-
dissima dei pietas in hoc loco erga sexū sc̄mitiū de-
claratur. Quia enim perfēminā mors mundo illata

Plām. 21

Mattth. 12

fuerat, ne semper in opprobrium sexus fœmineus haberetur, per sexū fœmineū uoluit nūciare uiris gaudia resurrectionis, per quem nunciata fuerat tristitia mortis. Ac si diceret hoībus, De cuius manu sumptifis poculū mortis, ab eius ore audite gaudia resurrectionis. Postq; aut̄ mulier andiuit, Vade, dic fratrib⁹ meis &c. recte subiunctum est, **Venit Maria nūcians discipulis.** Quia omnis qui recte intelligit, alijs nunciare debet, iuxta illud qđ in **Apocalypsi** legitur: Qui audit, dicat, **Veni.**

FERIA SEXTA

Paschæ. Matthæi XXVIII.

TIn illo tempore Vndeclim discipuli abiherunt in Galilæam, in montem ubi consti-tuit illis Iesus. Et reliqua.

Domi⁹ iussionem obedientia comitur discipulorum. Cum enim se passurum & resurrecturus dñs prædiceret, etiam locū ubi uidēdus esset à discipulis, designauit, dicens: Postq; resurrexero, 2 Marc. 14 præcedā uos in Galilæam. Et cū eius resurrectionem iam factam angelus mulieribus nunciaret, ait: Ite, dicate discipulis eius, & Petro, quia surrexit. Ecce præceder uos in Galilæam, ibi eū uidebitis, sicut dixit uobis. Hac promissiōe discipuli subleuati, ut præsens euangelij lectio narrat, abiherunt in Galilæa, in montem ubi constituerat illis Iesus. Vbi nō absq; consideratione prætereūdum est, quod se in Galilæa post resurrectionem dominus uidendū promisit atque (ut præsens lectio commemorat) exhibuit. Galilæa

ſea nāq̄ in nr̄a lingua, trāsmigratio facta interpretat.
Et post resurrectionē in Galilæa uidet, ut ipsius loci
noie insinuaret, q̄a iam transmigrauerat de corrupti
one ad incorruptionē, de ignobilitate ad gloriā, de
mortalitate ad immortalitatē, sicut dicit Apostolus:
Et si noueramus Christum secundū carnem, sed nūc
iam non nouimus. Et itē, Christus resurgens à mortu
is, iam nō moritur, mors illi ultra non dñabitur. Siue
certe cū in Galilæa (i.e. in trāsmigratione) uidetur, nos
mystice cōmoner, ut si cum uidere optamus nunc p
speculū & in ænigmate, & postea facie ad faciē, trans
migrare studeamus de uitijis ad uirtutes, & de amore
mundi ad amorē dei, dicentes cū Apostolo: Nos aut̄
reuelata facie gloriam dñi cōtemplantes, & rel. Nulla
nos hic mundi concupiscentia teneat, nulla nostra
transitoria delectatio hic mente manere persuadear,
ut cum Apostolo dicere ualeamus, Nostra aut̄ cōuer
fatio in cælis est, Vñ bene nō solū in Galilæa uidetur,
sed etiā in móte, mōns em̄ in hoc loco celstitudinē si
gnificat pfectio[n]is. In monte ergo discipuli dñm ui
derūt, q̄a illi eum quandoq̄ uidere merebuntur in al
titudine cælor̄, qui nunc desideria calcant terrenor̄.
Merito aut̄ post resurrectionē dñm discipuli adoraue
runt, quem etiā ante passionē in miraculis deum esse
cognouerunt. Quod uero dicitur, **Quidam aut̄**
dubitauerunt, illud est quod Lucas euāgelista ait:
Quia cum uidissent dñm in cōclau residentes, existi
mabant se spiritum uidere. Nam & unus ex his cū au
ditset alios dicētes, **Vidimus dominū**, hoc fieri posse
dubitauit, dicens: **Nisi uidero in manibus eius fixuras**
clauorum, & mittam digitum meum in locum clauo
rum, & mittam manum meam in latus eius, non cre-

2. Cor. 5.
Roma. 6.

4. Cor. 13.

3. Cor. 13.

Philipp. 3

PASCHÆ.

71

dám. Vnde & Marcus euangelista dicit: Recumbe
tibus illis undecim apparuit, & exprobrauit incredu
litatem eorum & duritiam cordis &c. Illorum enim
dubitatio, nostræ fidei fuit confirmatio: quia quanto
magis dubitauerunt, tanto diligentius inquisierunt.
Et quanto perfectius inuenerunt, tanto firmius, qđ
credere debeamus, ostenderunt. Et nō solum nostrā
fidem corroborauerunt, sed etiam hæreticorum pra
uitatem destruxerunt. **E**t accedens **J**esus, locu
tus est eis. Quia ergo aliquos discipulorum de sua
resurrectione dubitare cognouit, nō solum propius
accedere dignatus est, sed etiā colloqui, ut eū quē de
um nō cognoscebat ex uisione, cognoscerent saltem
ex collocutione. Ait eī: **D**ata est mihi om̄is po
testas in cælo & in terra. Quod à parte assumptę
humanitatis loquit, in qua minoratus est paulo mi
nus ab angelis. In humanitate ergo accepit potesta
tē inter om̄ia, qui in diuinitate omnipotens est super
om̄ia, sicut ipse ait: Om̄ia quæ habet pater, mea sunt. **J**ohan. 10.
Erite. Ego & pater unum sumus. Non solum eī in
terra, sed etiam in cælo potestatem se accepisse dicit;
quia humanitatem, quam pro nobis pati tradidit, re
surgendo etiam super angelos eleuauit, teste **A**posto
lo qui ait: Propter quod & deus exaltauit illū, & do
nauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in
nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terestri
um & infernorum. Hæc autem potestas non spernit
peccatores, sed colligit. Vnde postquam dixit, **S**data
est mihi omnis potestas in cælo & in terra, **I**adiūxit.
Euntes ergo docete omnes gentes, baptizā
tes eos in nomine patris & filii & spiritus san
cti. In quo loco ordo recte baptizandi ostenditur.

E iiii

cū doctrina baptismū p̄cedere docetur. Ait em̄, [Do cete oēs gētes;] deinde subiūxit, [Baptizātes eos.] Prius em̄ doceri debet qui baptizandus est, ut prīmū discat credere, quod postea per baptismū possit accipere. Quia ut fides sine operibus mortua est, ita opera si nō s̄nt ex fide, nihil prossunt. Qd̄ in parvulis qui dē non obseruatur, q̄a per fidē parentum, uel eorū à quibus suscipiūtur, in sacro baptismate saluari credū tur: ita tñ, ut cū ad intelligiblē æratem peruerentur, non solū doceātur quid in corde debeāt credere, sed etiā quid in opere seruare. Vñ & bene subditur: **Do centes eos seruare omnia quæ cunq; māda- ui yobis.** Non alia ergo docēda sunt, sed quæ Christus p̄cepit: & illa nō ex parte, sed om̄ia. Notandum vero qd̄ non ait, Baptizantes eos in noībus patris & filij & spiritus sancti, sed in noīe, ut individuā trinitatē dei esse insinuaret, quia etsi trinus est in uocabulis, unus tñ ē in natura. qm̄ deus pater, deus fili⁹, deus est spiritus sanctus. Et ne fragilitas apostolorū ad docendas om̄es gentes, se minus idoneā esse dubitaret, magna pius magister intulit consolationē, cū subiunxit, **Ecce ego uobiscū sum om̄ibus diebus usq; ad consummationē seculi.** Vñ queritur, quare dicat, Ecce ego uobiscū sum om̄ibus diebus usq; ad consummationē seculi,] cū alibi dixisse legat: **Fi lioli, adhuc modicū uobiscū sum, & q̄retis me, & nō inuenietis.** Ad quod dicendū, q̄a mediator dei & hominū dñs Iesuś Christus, sicut uerus homo, ita uerus deus est credendus: & aliquando de assumpta humilitate loquitur, aliquando de potentia diuinitatis. Quod ergo ait, **Adhuc modicam uobiscum sum, ad assumptā pertinet humanitatē, in qua potuit de loco**

ad locum ire: quod uero hic dicit, [Ecce ego uobiscum sum omib⁹ diebus usq; ad consummationē seculi] ad maiestatem p̄tinet diuinitatis, per quam ubiq; est præsens, ubiq; totus, nec in tēpore accedit, uel in tem-
pore recedit, sed semp æquilater, semp ineffabiliter manet, sicut ei per Psalmistā dicitur: Tu idem ipse es Psalm. 102
& anni tui non deficiunt. Cum uero usq; ad consum-
mationem seculi cum apostolis se manere p̄misit,
oñdit usq; ad cōsummationē seculi nō deesse futuros
electos, cum quibus ipse manere dignetur. Cum em̄
multo longiora tempora post apostolos futura es-
sent usq; ad consummationem, nō putanda est hæc
p̄missio ad solos apostolos pertinere, sed ad omnes
electos, qui usq; ad cōsummationē seculi futuri sunt,
iuxta quod alibi ipse ait: Prædicabitur hoc euange- Watt. 24.
lium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis.

SABBATO POST pascha. Iohannis XX.

In illo tēpore Vna sabbati Maria Mag-
dalene uenit mane, cum adhuc tenebrae es-
sent, ad monumentum. Et reliqua.

Si quis huius mulieris præteritas actiones cū pre-
senti lectione conferat, quātum misericors de-
us erga cōuersos peccatores sit, cognoscet. Hæc
est em̄ illa mulier, quæ (ut Lucas ait) cū esset in ciui-
tate peccatrix, ut cognovit quod Iesus accubuisset in
domo Simonis leprosi, atrulit alabastrū unguenti, &
stas retro secus pedes dñi, lachrymis coepit rigare pe-
des eius, & capillis suis tergebat, & osculabat pedes

Luce. 7.

Marc.yl. eius, & unguento ungebatur. Hæc est de qua Marcus scribit, Surgens autem Iesus mane prima sabbati, ap- paruit primo Mariæ Magdalena, de qua eiecerat se- ptem dæmonia. Sed quia iuxta saluatoris uocē di- missa sunt ei peccata multa, qā dlexit multū, in ipso dilectionis seruore usq; ad passionē dñi persecuerat, nec à mortuo potuit separari, quē uiuentem summo dilexerat amore. Deniq; (ut euāgelistæ referunt) mox ut dñm in monumento positū uidit, emit aromata, & mane prima sabbati ante lucem (ut præsens euā- gelij lectio narrat) ad sepulchrum dñi uenit. Et cum sexus fœmineus timidus esse soleat ad ambulandum in tenebris, nihil ista metuit, quæ totu; corde domi- num dilexit. Erat em in illa pfecta charitas, quæ fo- ras mittit timorē. Sed quæritur, quare Iohannes di- car, Maria Magdalene uenit mane cū adhuc tenebrae es- sent ad monumentū. Marcus uero dicat eam ue- nisse ualde mane, orto iā sole. Ad quod simpliciter respondere possimus, qā potuit fieri ut primū sola ante lucem ad monumentum uenerit, ppter amo- ris magnitudinem, & postea orto sole cum duabus eiusdē noīs fœminis iterū ad monumentū redierit. Non em semel in die, sed frequenter ad dominī mo- numentū sancta mulieres uenisse putādæ sunt. Siue certe quod Iohannes dicit, uenisse eam cum adhuc tenebrae es- sent ad monumentū, & Marcus orto iam sole, unus partes orientis, alter occidentis describit. Quotidie enim oculis cernimus, quia cum sol con- cauas terrarum partes relinques, primo crepusculo terris luce reddere incipit, ita fit lux in oriēte, ut te- nebrae non desint in occidente. Et qd ait Iohannes, cum adhuc tenebrae es- sent, partes occidētis attēdit:

quod uero Marcus dicit, orto iam sole, partes orientis considerauit. Spiritualiter uero tenebrae in corde mulieris erant, cum ad dñi uenit monumentum: quia resurrectionis eius ignara, uiuentem inter mortuos requirebat. Tunc autem in eius mente sol ortus est, quoniam eum non solum resurrexisse uidit, sed etiam creditur. **Et vidit lapidem sublatum a monumento.** Qualiter uel quoniam reuolutio huius lapidis facta sit, Matthæus manifestius describit, dicens: Angelus quippe dñi descendit de celo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Vbi non putandum est, quod dñm in resurrectione angelus iuuerit, sed ad hoc lapide reuoluit, ut eius resurrectione facta hoibuscum demonstraret. Sed mulier postquam lapidem a monumento sublatum uidit, quia dominum nondum resurrexisse credebat, furatum creditit, atque festina quod uidit discipulis nūciascit. **Hec est ueraciter, quæ in Canticis canticorum uoce ecclesiæ dicit:** In lectulo meo per noctem quæsiui quoniam diligit anima mea. quæsiui illū, & non inueni. Surga & circuibo ciuitatem, quærrens quem diligit anima mea. Inuenierunt me uigiles qui custodiunt ciuitatem. Num quoniam diligit anima mea uidistis? Et factum est dum pertransisset illos, inueni quoniam diligit anima mea. Tenebam illū nec dimittam, donec introducam in domum patris mei, & in cubiculum genitricis meæ. Vnde & subdit: **Lucurrit ergo et venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus,** & dicit eis: Tulerunt dñm meū de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Quod cum audirent, illi per ceteris cucurserunt, & præ ceteris amauerunt, Petrus, & Iohannes, cuius est hoc euangelium. Vnde & benedic: Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & ue-

Canticorum

nerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & uenit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, uidit posita linteamina, nō tñ introiuit. Venit ergo Simo Petrus sequens eū, & intravit in monumentū. Et uidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cū linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in unum locū.] Cursus autem iste discipulorū à mysterio uacuus non est putandus. Non enim se Iohannes priorē uenisse & non intrasse dixisset, si in ipsa sua trepidatiōe mysterium de esse sensisset. Per duos ergo discipulos spiritualiter duo ordinis populi præfigurantur, Iudeorū scilicet & gentiū. Per Petrum autē seniorēm, significatur genitilis populus: p iuniorem uero Iohānem, synagoga Iudeorū. Prior ergo Iohannes cucurrit, sed in monumentum nō intravit: quia in cognitiōe dei & notitia legis prior synagoga fuit, sed ad fidem intrare renuit. Venit autē Simon Petrus sequens eum, & intravit. quia genitilis populus post dñi incarnationem conuersus, tardius quidem uenit, sed prius ad fidēm intravit, iuxtail lud quod ait in euāgelio dñs: Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cū linteaminibus positum, sed separatim inuolutū in unum locum.] Quid per linteamina, nisi bona actiones significantur? Lintum nāq; quod cū labore texitur, sed cum decore induitur, bonorum actiones significat: quae cum studio pīj laboris p̄ficiuntur, sed cū decore animae induantur, de q̄bus ecclesiā uoce per prophetam dicitur: Viuo ego, dicit dñs, quia omnibus his uelut ornamento uestieris. Per sudarium uero,

POST PASCHA

77

Ecum quo sudor laborantiū tergi solet, unde & nomē
acepit, labor dñicæ passionis exprimitur. **Vnde &**
ipse per Prophetam: Laboravi clamans, rauca factæ Psalm. 69
sunt fauces meæ. **Aliter: Per sudarium quod sup ca-**
put eius positū fuerat, eius diuinitas intelligi potest.
Caput nanc̄ Christi (ait Apostolus) deus est. Quod i. Cor. 11
separatim inuenitur, q̄a creator oēm creaturā excel-
lit. **N**on ergo cū linteaminibus, sed separatim in unū
locum sudarium capitī dñi inuenitur: quia dñi pas-
sio longe à nostra passione dissimilis fuit, quoniā
quod nos cum peccato uix portamus, ille sine pētō
pertulit: & nos quidem pro nobis ipsiis tribulatio-
nes patimur, ille autem pro nobis, & nō pro se passus
est. **B**ene aut inuolutū inueniri dicitur. **L**intēum eñ
quod inuoluitur, eius nec initium nec finis uidetur.
Et q̄a hic, qui passus ē in humanitate, nec initiu nec
finē haberet in diuinitate, recte sudariū capitī eius
inuolutum inuenitur. **R**ecte etiam in uno loco inue-
niri dicitur: q̄a in scissura mentium dñs non est, sed in
illorū cordibus habitat, q̄ puro corde unitatem reti-
nent. **V**nus eñ dñs, unitatem diligit. **V**num ergo di-
uidi non potest, q̄a ubi diuisiō est, **C**hristus inhabita-
re non ualeat: qm̄ ipse est, qui facit inhabitare unani-
mes in domo. **Vnde & de primitiua ecclesia dicitur:** Psalm. 69
Multiudinis credentiū erat cor unū & rel. **T**unc
ergo introiuit ille discipul⁹, qui venerat pri-
m̄us ad monumētum. Postquā intravit Petrus,
intravit & Iohānes, qui prius uenerat: q̄a sicut Apo-
stolus ait, **C**um plenitudo gentium introierit, tunc Roma. ii.
om̄is Isr̄ael saluus fieri. Et nō prius quod spiritale est,
sed quod animale, deinde quod spiritale. **E**t vidit **i.**
Credidit: **Quid putādū est q̄idisse uel credidisse?**

78

T SABBATO

Nungd quod dñs surrexerit à mortuis? Nō. Sed qđ
dit lnteamina posita , & credidit (sicut mulier dixe-
rat) dñm furatum de monumēto. Nam si eius resur-
rectionē credidisset, nequaquam euangelista subiun-
geret: Nondū enim sciebant scripturas, quia
oportebat eum a mortuis resurgere. In quo
loco quanta utilitas sit in intellectu scripturar̃, de-
monstrat, qñ apostoli ideo dicuntur dñi resurrectio-
nem ignorare, quia scripturas nondū intelligebant,
scilicet quia eo reuelante, à quo procedit omnis sapi-
entia, ea spiritualiter nondum intelligere didicerant,
nondū enim audierant, Quia sic scriptū est in lege
& psalmis & prophetis de me, &c. usque, in remissio
nem peccator̃. Sin autem apostoli ideo non crede-
bant resurrexisse dominum, quia non sciebant scri-
pturas, cesseret eorū dementia, qui preclara discernere
nolunt, & alios discere uolētes reprehendūt, solumqđ
in alijs inuident, qđ aut agere nō possunt, aut nolunt,

Luce. 24.

S IN OCTAVA

Paschæ. I. Iohannis .I.

T Charissimi, Om̃e quod natū est ex deo,
uincit mundū: & h̃ac est uictoria qua uin-
cit mundum, fides nostra. Quis est autem
qui uincit mundum, nisi qui credit qm̃ le-
sus est Christus filius dei? Et reliqua,

A Vdistis in epistola cū legeretur, fratres cha-
rissimi, Iohannem apostolum nos instruen-
tem atqđ dicente: Om̃e quod natū est ex
deo. i. genus spirituale & deo seruiens, vincit mun-

Dum id est, mundi amatores, uel opera uincit incredulitas, & concupiscentiam mundi, uel omnē idolorum culturam, in obseruatione mādatorum Christi. Et hæc est victoria quæ vincit mundum.
Fides nostra. Ergo firma fide in Christo uincimus mundum, & omnia terrena desideria, omnemq[ue] terrenum amorem atq[ue] peccatum, necnon & diabolū, qui princeps est & inuentor peccati. Quis est qui vincit mundum nisi qui credit quoniam Jesus est filius dei? Quod mundus, i. amator mundi, non credit, nos credamus, & mandatis eius fideliter obediamus. Hic est qui venit per aquam & sanguinem Jesus Christus. Acs̄ diceret, Hic est q[uod] uenit maledictionē terræ suo delere baptismate in Jordane, & mundum suo sancto redimere sanguine. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Non enim solo baptismate uenerat redimere mundū, sed etiā propria morte & sui sanguinis effusione. Spiritus est qui testificatur, qm̄ Christus est veritas. Sp̄s em̄ sc̄tūs, per quē nobis in baptismo omnium datur remissio peccatorum, nos per adoptionem filios dei facit: q̄s ipse dñs in morte crucis & suo sanguine redemit, & per gratiam eiusdem sancti spiritus, quem in baptismo suscepimus, uerae fidei lumen & agnitionis dei recepimus, unde salutem consequi debemus æternā. Om̄ tres sunt qui testimoniant in terra aqua & sanguis & spiritus. Quidam hic sanctam trinitatem mystice significatā intel ligunt, q̄ Christo testimoniu[m] perhibuit: In aqua patrē significari intelligunt, quia ipse de se dicit: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ. In sanguine, ipsum CHRISTVM, qui pro salute mundisuum sanguin

IN OCTAVA

nem fudit. In spiritu, eundem spiritum sanctū. Hæc sancta trinitas Christo testimonium ita perhibet, ipso per euangelium loquente. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Et cū uenerit paracletus, quem ego mitram uobis à patre meo sp̄m ueritatis, ille testimonium phibebit de me. **Et h̄t̄res vñ sunt.** i. pater & filius & sp̄s sanctus. Vnum in natura, unum in diuina substantia, coæquales in omnibus, & coæternales per omnia, in nullo dissimiles. In ista trinitatis substantia nihil ē creatū, q̄a nihil est inchoatum: nec aliquid ibi superius cognoscit, q̄a nihil anteriorius aut posterius inuenitur. In eo qđ trinitas est, unum est, æternum est, uera est. Hæc est una fides, q̄a hæc est uera fides, & ideo hæc est catholica fides, unus substantiae sanctam credere trinitatē, & in dei filio carnis animæ nostræ naturalem cognoscere ueritatem. Ista fide iustificamur, hac fide mundamur. Ista fide saluamur, in hac fide credidimus, q̄a nobis tribuit remissionem omnium peccatorum. Si ergo certissima spes omnibus nobis, quia uera resurrectio carnis, quæ precessit in Christo, sequetur in nobis. Caro ista omnium hominum mortuorum siue fidelium, siue infidelium resurget in fine: sed caro fidelium resurget ad gloriam, caro infidelium resurget ad poenam. Animæ fideles cū suis corporibus semper lætabuntur. Animæ quoq; infideles cū suis corporibus semper torquebuntur, ac sic quicquid ibi animæ in carne sua recipiet, non amittere, qñ nec bonis poterit auferri gaudium, nec malis unquam poterit remoueri supplicium. Accipimus itaq; uitam æternam per sanctam ecclesiam. In ista sola ecclesia est uita æterna, q̄a rex eius est ui-

PASCHAE

91

ta æterna. Huius ecclesiæ pars exultat iam & regnat
in cælis, pars autem peregrinatur adhuc & laborat
in terris. Ista est una sancta ecclesia, in qua nunc iusti
ficamur, in qua tunc glorificabimur. Istam bonam
matræ sicut boni filij unanimiter diligamus. Huius
ergo matris gemitus nemo despiciat, in omniōes ei⁹
nemo contēnat, de sinu eius nemo discedat. Ipse em⁹
ad dei patris perueniet hæreditatē, qui ecclesiæ ma-
triis in fide & dilectiōe seruauerit unitatem. In ecclæ-
sia ergo catholica permanere, diuinis eloquijshumili-
ter obedit, præcepta dei solicite custodite. Qui em⁹
præcepta domini contemnunt, semper ardebunt: q
uero mandata eius custodiunt, sine fine gaudebunt.
Et sicut cōtemptroribus erit æterna mors & æterna
miseria, sic obediētibus æterna uita dabitur & æter-
na lētitia per Iesum Christum filium dñm nostrum,
qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen,

IN OCTAVA

Paschæ. Iohannis ,XX.

In illo tempore Cum sero esset die illo
una sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi
erant discipuli cōgregati propter metum
Iudæorum. Et reliqua,

Voties legimus discipulos in domini passiōe
timuisse, & post eius resurrectionem propter
metum Iudæorum in conclavi resedisse, non
cum indignatione accipiendū est, sed fragilitati eorū
concedendū. Fragiles nanq; & infirmi, necdū gratia
spū sancti pleniter fuerant corroborati, q; a sicut eu-

F

§2 **TIN OCTAVĀ**

Sohān. 7. angelista ait: Necdum erat spūs datus, q̄a Iesu non-dum fuerat glōrificatus. Sed q̄ prius, ppter metū lūdorum in cōclauī residebāt, postquā spm sanctū uisibiliter acceperunt, rāta constātia sunt cōfirmati, ut absq; ulla trepidatione ante prīncipes & sacerdotes dñm confiterent. factumq; cernimus in apostolis per quandā similitudinē, quod solet fieri in aquis, q̄ clūm naturaliter liquidæ sunt, si nimio gelu ractæ fuerint, ad tantā duritiā perueniunt, ut in crystallū durissimū lapidē conuertant, ita ut uix ferro secari possint. Sic & discipuli ante donationē spūs sancti, infirmitate carnis grauati timēbāt, sed postq; spūs sancti gratia sunt cōstipulati, int̄m fortes sunt redditū, ut q̄ prius, ppter metū lūdorum residebant in cōclauī, postmodū gaudentes à conspectu cōcilij irent, dicentes se esse dignos pro noīe Iesu contumeliā pati. Videlamus quanta fortitudine Petrus apostolus, accepto spū sancto, durus erat. Qui em̄ prius ad uocē ancillæ dñm & magistrū suū negauerat, postea ante tremendos prīncipes, & metuendas prātes, libera uoce eū cōfessus est, dicens: Obedire oportet deo magis q̄ hoībus. Et iterū: Si iustū est, uos potius audire q̄ dñm, iudicate. Non em̄ possumus quæ uidimus & audiui-mus, nō loqui. Quod aut̄ ait, [una fabulator] ipsam diem dñicā resurrectionis intelligere debemus, quā ob honorem & reuerentiam eiusdem resurrectiōis, dominicam nominamus. Quinque autem in eadē die dñs hominibus resurgēs à mortuis apparere uoluit. Primo apparuit Mariæ Magdalenæ, de qua eic̄ erat septem dæmonia, flenti ad monumentum. Secundo, eidem Mariæ cum altera sc̄mina, eodem nomine nuncupata, pergentibus nunciare discipulis su-

Ectū. 5.

Ectū. 5. Et iterū: Si iustū est, uos potius audire q̄ dñm, iudicate. Non em̄ possumus quæ uidimus & audiui-mus, nō loqui. Quod aut̄ ait, [una fabulator] ipsam diem dñicā resurrectionis intelligere debemus, quā ob honorem & reuerentiam eiusdem resurrectiōis, dominicam nominamus. Quinque autem in eadē die dñs hominibus resurgēs à mortuis apparere uoluit. Primo apparuit Mariæ Magdalenæ, de qua eic̄ erat septem dæmonia, flenti ad monumentum. Secundo, eidem Mariæ cum altera sc̄mina, eodem nomine nuncupata, pergentibus nunciare discipulis su-

POST PASCHA

85

Is illius resurrectionem, quando accesserunt & tenuerunt pedes eius. **Tertio**, Simoni Petro. Quod quāvis euāgelistā, qualiter uel quō ei apparuit, non manifestet, si quia apparuerit non taceat. **Quarto**, eunis bus duobus discipulis in castellum Emaus, quando cognoverunt eum & in fractione panis. **Et** illis regressis in Ierusalem, & inuenientibus undecim cōgregatos, & dicentibus, quia surrexit dñs uere & apparuit Simoni, tūc quinta uice uenit Iesus, & stetit in medio. **Et** hoc ē , qd nūc euāgelistā dicit, [Cū esset sero, & reliq.] **R**ationabiliter aut̄ quāri potest, quō dñs post resurrectionem uerum corpus habens, ad discipulos foribus clausis intromitti potuit. **Sed** qd hoc mirabile factum, ex se non facile cognosci potest, de aliis mirabilioribus eius opibus uel miraculis unum ad memoriam reducamus. **Nam** universalis ecclesia conficeret eum ex uirgine esse natum. **Quid ergo est** mirum, si incorruptibilia & immortalia membra ad discipulos ianuis clausis introduxit, q mortale & corruptibile corpus ex utero uirginis clauso eduxit? Igī si quod maius est fecit, non est mirum, si quod minus est facere potuit. **Nō enim** diuina mysteria humana ratiōne pleniter cōprehendi possunt, teste Psalmista, q ait: **Nimis**, p̄fundæ factæ sunt cogitationes tuæ. **Hinc** **Psalm. 92** & Propheta alias dicit: **Quis** cognouit sensum domini nři aut quis consiliarius eius fuit? **Vnde** & Apostolus **Paulus**, ut magnitudinē mysteriorū dei pleniter cōprehēdi non posse ostenderet, ait: **O** altitudo diuitia rum sapientiæ & scientiæ dei, q incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius! **Sed** quid stans in medio eius dixerit, audiamus: **Haec vobis.** **P**ulchre dñs post resurrectionē discipulis suis primū

F. ii

Psalm. 92
31a. 40

Roma. 13

pacem cōmendauit, ostendens nimirum discordiam angelorum & hominē, per suā resurrectionem pacificā tam. Ex illo eīm tempore, quo primus homo peccādo à consortio angelorū segregatus est, inter eos magna extitit discordia. Vnde in ueteri testamento angelī ab hominibus frequēter adorati fuisse legūtur. Sed post dñi resurrectionem nō permittunt se ab hominibus adorari in terris, qm̄ deum hominē adorat in cælis. Qua ex re (ut ait Iohānes in Apocalypsi) dū uellet angelum adorare, prohibuit eum angelus, dicens: Vide ne feceris. conseruus tuus sum & fratrū tuorum habētūm testimonium Iesu. deum adora. Hanc ergo pacē per suam resurrectionem redditam ostendens, ait discipulis dicens: [Pax uobis] Quia (sic ut Apostolus ait) ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium parietem dissoluēs macerāe, & legem mandatorum decretis euacuās, ut condat inse duos in unum nouum hominem, & reconciliās ambos in corpore suo. per crucem interficiens inimicities in carne sua. Et ueniens euāgeliz auit pacē his q; prope, & his qui lōge erant: qm̄ per ipsum accessum habemus om̄es ad deum in uno spiritu. Et cū hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Lucas eu angelista, qui hanc apparationem descriptiſt, dicit: q; a cū steriſſet Iesus in medio eorū, conterri & turbati, existimabant se spiritum uidere. Ad horum ergo dubitationē auferendā, atq; fidem corroborandam, ostendit eis manus & latus, ut per infixiōnē clavorum & apertōnē lateris, illum esse intelligerent, quem ante clavis uiderant affixū, & lancea perforatum. Turbatio igitur apostolorū, nostrā fidei cōfirmatio est. Bausiſſunt ergo discipuli viſo dñi.

Apoc. 19.

fol. 1.

Merito discipuli q de passione dñi contristati fuerāt,
de eius resurrectiōe lārati sunt, ut impleretur quod
eis à dñō predictū fuerat: Iterū uidebo uos, & gau **Johan.** r⁶
debit cor uestrū. Nec absq; magno gaudio esse pote
rant, cum dñm uiuentem uidebant, quē saltem mor
tuum cernere cupiebant. **Dicit ergo eis iterum:**
Pax vobis. Semel & iterū post mortē uel post re
surrectionē pacem discipulis cōmēdauit, ut q̄s ante
passionem in pace reliquerat, post resurrectionē in
ea eos inueniret. Nam pergens ad passionem, pacem
eis commendauit, dicens: Pacem meam do uobis, pa
cem meā relinquo uobis. A mortuis autē resurgēs,
eandē reconsignauit, dicens: **Pax vobis.** Ac si dice
ret: In pace uos dimisi, in pace uos inueniam. Vel cer
te geminam pacem discipulis commēdauit, ut illos
sua uisione dignos esse ostenderet, qui pacem & con
cordiam puro corde cōseruant, & geminā dilectio
nem, dei uidelicet & proximi, habent. Hanc autem
pacem reprobinon retinet. Quamvis enim adulteri
cum adulteris, fornicatores cū fornicatoribus, rapa
ces cum rapacib; homicidæ cum homicidis, pacē
habere uideantur, tamen nō ueram pacem possidēt,
teste Psalmista uel ppheta q̄ ait: Non est pax impijs,
dicit dñs. Et **Apostolus:** Sine pace & castimonia ne
mo uidebit deū. Fideles nanc̄ eandē pacem firmius
retinent, cum contra aduersa patiētiam continent.
De talibus q Psalmistā dicitur: Pax multa diligenti
bus legem tuam, & non est illis scandalū. Quam dñs
cōmendans discipulis, ait: Habete sal in uobis, & pa
cem habete inter uos. Sicut misit me p̄, & ego mitto
uos. Missio in scripturis aliquā ad incarnationē, aliquā
ad dilectionē pertinet. Ad incarnationē, sicut **Apo**

Gala. 4

Roma. 8

Iude. 12

stolus ait: At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erāt redimeret. Et iterum: Misit deus filium suū in similitudine carnis peccati. Ad directionem, sicut idem Apostolus ait: Misit deus spm filij sui in corda nra, clamantē abba pater. Sed utrūq genus missionis, dñs uno uersiculo cōprehendit, cū air: Sicut misit me pater, et ego mitto vas. Misit eñ deus pater filium suū, qñ cōstituit eū incarnari. Misit filius apostolos, qñ ad eādem incarnationem prēdicandam in uniuersum orbem eos direxit. Vel sicut misit deus pater filiū suū, ad diuersa opprobria & passiones sufferēdas, sic & filius apostolos nō ad honorē & gloriam huius seculi accipiendā, sed ad angustias, & iniurias, & opprobria, & uarias persecutions sustinendas. Hoc cū ditisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite spm sanctū. Bis scriptū legimus apostolos manifesta datione spiritū sanctū accepisse, nunc primum domino cōsistente in terra, postmodum uero eo præsidente in cælo. Quæri potest, quare dominus discipulis dixerit, [Accipite spiritū sanctū.] Nūquid haec tenus spiritū sanctū non acceperant, quando eis potestate dederat cancelli supra omnem uitutem inimici, dicens illis: In nomine meo dæmonia ejscite, leprosos curate, gratis accepistis, gratis date? Et quō hoc faciebant, si spiritū sanctū non habebant? Habant utiq. Sed & nostram assertionē approbat dominus, dices Iudeis: Si ego in Beelzebub ejscio dæmonia, filij uestri in quo ejscunt: Ergo prius spiritū sanctū habuisse credendi sunt. Quia nisi spiritus sancti gratia essent illuminati, neq; dæmonia ejceret, neq; uitutes face-

rent, neq; illum uerum deum esse crederent. Sed pri-
mum spiritum sanctum habebant, ut bene uiuerent:
postea eundem perfectius acceperunt, ut ad prædi-
candum idonei essent, ut & corde crederent ad iusti-
tiam, & ore cōfiterentur ad salutem. **Vnde impletū**
est, quod per Moysen dictum fuerat: Suxerunt mel
de petra, & oleū de firma petra. Nunquā legimus qđ
populus, qui per quadraginta annos manna in cibū
acepit, mel uel oleū de petra suxerit, sed tñ aquā.
Quodēm in illis historialiter impletum non fuit, in
apostolis credimus esse spiritualiter completū. **Petra**
enim (ut ait apostolus) erat Christus. Dulcedo mel
lis & suauitas olei, gratiam spiritus sancti significat,
quæ omnibus suauitatibus suauior inuenitur, dicēte
Psalmista: Quā dulcia fauibus meis eloquia tua do
mine, super mel & fauum oti meo. **Quasi ergo** mel
de petra apostoli suxerunt, qñ Christo in terra con-
sistente, spm sanctū ab eo acceperunt. **Quasi** oleū de
firma petra, qñ iam eo in cælo præsidente, eundē spi-
ritum sanctum in linguis igneis uisibiliter è cælo ac-
cipere meruerunt. **De hoc** oleo scriptū est: **Compu-**
trescit iugum à facie olei, id est, iugum peccati à facie
spiritus sancti. **Sive aliter:** **Quia** sicut ait **Apostolus:**
Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spi-
ritum sanctum, qui datus est nobis. **Recte** bis spm sanctū
acceperunt, qd eadem charitas duobus præceptis im-
plet̄, dilectione dei uidelicet & pximi. In terra quip
pe datur sp̄s, ut diligatur proximus: è cælo dat ip-
ritus, ut diligatur deus. **Et** quia per dilectionē prox̄
mi peruenimus ad dilectionē dei, recte primū in ter-
ra datur sp̄s, & postmodum è cælo, sicut ait aposto-
lus Iohannes: **Qui** non diligit fratrem suū quē uider,
F **iiiij**

Deut. 32**1 Cor. 10****Psalm. 103****Isaie. 41****Roma. 13**

deū quem non uidet, quō potest diligere? Et pulchre insufflando spm sanctū dedit, ut ipsum se esse ostendet, qui in facie primi hoīs spiraculum uitæ spirauerat. Vel certe qā anhelitus ab interiore exterius trahit, insufflando spm sanctū dedit, ut ostenderet oēm diuinitatē in se esse: & sicut à patre, ita quoqā à se spm sanctū procedere.

Gene. 2.

Coloss. 2. In ipso em(ut ait Ap̄lus) inhabitat om̄is plenitudo diuinitatis corporaliter. Vñ & consuetudo ecclesiastica obtinuit, ut in eorū facie, qui p̄ gratiam spiritus sancti regenerandis sunt, à sacerdotibus insuffletur. Nam illud pr̄termittendū non est, quod per dationem spiritus sancti omniū p̄ctōrum remissio tribuitur, & ipsa quoqā remissio septē modis efficitur. Primo, per sacramentū baptismatis. Secundo per eucharistię perceptionē. Vnde & dñs in

Johan. 6.

euangelio dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Tertio per martyrium. Quarto per elemosynam: quia ut scriptum est, Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit p̄ctū. Quinto per

Actuū. 3.

Penitentiā. Penitemini (inquit apostolus) & cōuer timini, ut deleantur uestra p̄cta. Sexto, p̄ charitatem: quia (sicut apostolus dicit) charitas operit multitudinem p̄ctōrum. Septimo, quando in nobis peccantibus dimittimus: quia sicut dñs dicit, Si non dimiseritis hominibus peccata eorū, nec pater uester cælestis dimittet uobis p̄cta uestra. Quia ergo per spm sanctū remissio p̄ctōrum tribuitur, recte p̄ eundē spiritum datū discipulis dicitur.

1. Petri. 4.

Quorum remissio peccata remittuntur eis: et quoqā retinueritis resēta sunt. Et reuera magna gratia apostolis data est, ut nō solum per spm sanctū à propriis

Matth. 6.

peccatis absoluuerentur, sed etiā in alienis peccatis di-

mittendis potestatē acciperent. Quorum locū & ordinem episcopi & sacerdotes nūc in ecclesia retinēt, qui ligandi soluendiq; potestatem habent, sicut in persona oīm primo pastori specialiter dictū est: **Tibi** da- **Matth. 16**
bo claves regni cælorum. Et quodcumq; ligaueris su-
per terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumq; sol-
ueris super terram, erit solutum & in cælis. **Vnde** in
lege figuraliter præcipitur de leprosis, ut si quis le-
pra percussus esset, ostenderet se sacerdoti, & ad eius
iudicium aut ejiceretur extra castra, aut recipere tur.
Non quod ipse leprosum mundare, aut mundatum
leprosum facere posset, sed quia ad ministerium ipsi^o
sacerdotis pertinet, ut discernat inter lepram & leprā,
id est, inter peccatum maius & minus. **S**ubtiliēm ex-
aminatione prouidēdum est, qui sunt digni intra ec-
clesiam recipiendi, & qui extra eandem propter pec-
cata reisciendi. **N**ō solum quippe iudicio qualitas &
quantitas peccati est consideranda, sed etiam per-
sona peccantis, & satisfactio pœnitentis. **I**llos em̄ sua
sententia pastor absoluere potest, q̄s uiderit per com-
punctionem cordis & dignam emendationem à deo
esse solutos. **G**randis honor, sed graue pondus istius
honoris. **V**alde nang; dur; est, ut ille alienas aias iudi-
candas suscipiat, qui suā ipsam custodire nescit. **S**unt
enim nōnulli, qui ministerium religionis ad potesta-
tem retrorquent honoris, & putat se soluere noxios,
& ligare innoxios. **D**e quibus scriptum est: **Mortui-** **Jere. 13.**
Ecabant animas quæ non moriuntur, & uiuiscabant
animas quæ non uiuunt. **Q**uasi em̄ non morientem
mortificat, qui eum qui in culpa reus non est, sua sen-
tentia damnat. **Q**uasi non uiuentem uiuiscat, quan-
do illum qui in peccatis gmanet, se posse soluere pu-

IN OCTAVA

Jerem. 6

90

tat. De talibus alibi scriptum est: Et curabat contritionē populi mei cū ignominia, dicentes, pax pax, & nō erat pax. Sed siue iuste siue iniuste pferatur sententia pastoris, timenda est, ne forte culpa quę nō sit ex opere, fiat ex elatione. **Thomas unus et duodecim, qui dicitur** Didymus, non erat cum eis, qn̄ uenit Iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli: Vidimus dñm. Ille autem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixaram clauorum, & mittā digitum meū in locū clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.] Cū Lucas dicat, quod duo ex discipulis reuersi in Ierusalē inuenierunt cōgregatos undecim, &c. quid est qd Iohannes defuisse dicit Thomā, qui unus ex illis erat? Ad quod dicēdum, quia primū cū illis fuit Thomas, sed ad tēpus egressus est, in q̄ spatio egressionis uenit Iesus. Quod nō calu contigisse putandū est, sed diuina dispensatione factum est, ut dño apparente discipulis, unus electus discipulus defuisse, qui audita resurrectione dubitaret, dubitās quæreret, qugrēs inueniret, & à nostris cordibus omnē dubitationē expelleret. Multo magis incredulitas Thomae nobis pfit, q̄ citissima credulitas Mariæ: qa dū dubitauit, diligenter quæsiuit, quærens inuenit, inueniēs palpauit, palpās nō solū nostrā fidē corroborauit, sed etiā hæticorū errorē exclusit, qui dicebant eū uerum corpus non habuisse. Nam quia nō malitia, sed ignorātia dubitauit, noluit pius magister tā dilectū discipulum in infidelitate relinquere, sed ad fidē eius reformādam, iterum dignatus est apparere. Vnde & subditur: **Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et Thomas cū eis.** Uenit Iesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit eis: Pax vobis.

z

PASCHAE.

91

bis. Et pulchre dominus non solū semel & iterum,
sed etiam tertio pacem discipulis commendauit, ut
eloquium primæ maledictionis per suam resurrecti
onem solutum esse ostenderet: & (ut quidam tradūt)
trinā maledictionē auferret, quæ dicta fuerat Adg.
Maledicta terra in opere tuo, in laboribus come-
des ex ea cunctis diebus uita tuæ, spinas & tribulos
germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in sudore
uulnus tuu uesceris pane tuo, donec reuertaris in ter-
ram. Sed omnibus discipulis pace commendata ge-
neraliter, specialiter Thomæ dubitationem cura-
uit, dicens: Infer digitum tuu huic, & vide ma-
nus meas, & adfer manum tuam, & mitte in la-
tus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.
Quare dicatur, quare dicat, infer digitum tuum huc &
uide, cum uisus proprie ad aspectum oculorum per-
tineat! Ad quod dicendum, quia uidere in hoc loco,
pro sentire uel intelligere possumus est. **Hoc autem ge-**
nus locutionis adeo nobis usitatissimum est, ut per oës
sensus currere uideatur: sicuti uerbi gratia, cum dici-
mus, audi & uide quammodum modulate cantat, olfac & ui-
de quam suave redolet, palpa & uide quam lene sit,
gusta & uide quam dulce sit. Ne ergo discipulus infi-
delis permanerer, dominus suam carnem ei palpabi-
lem præbuit, ut postmodum libera uoce prædicaret.
In qua re duo mira & iuxta humanam rationem in-
comprehensibilia dominus ostendit, cum post resur-
rectionem corpus suum palpabile præbuit, & incor-
ruptibile demonstrauit, maxime cum illud quod pal-
pari potest, possit & corrumpi: & quod nō potest pal-
pari, non possit corrumpi. Sed miro & ineffabili mo-
do ipse post resurrectionem corpus suu palpabile & in-

corruptibile demōstrauit, ut in uno corroboraret fidem apostolorum, in altero inuitaret ad præmiū. Siue certe corpus suū post resurrectionem palpabile et incorruptibile demōstrauit, ut ostenderet se eiusdē esse naturæ, cuius fuerat ante passionem, id est, carnem habere: & alterius glorie. i. eādem carnē incorruptibilem esse. Et q[uod] in sua resurrectione nostrā uoluit præmonstrare resurrectionem, ostendit nostra corpora post resurrectionem incorruptibilia & immortalia esse, non tñ impalpabilia. Vnde mentitus est Euthices, qui dixit corpora nostra post resurrectionē uento aeriq[ue] esse subtiliora, et sicut iubar solis uideri potest, & palpari non potest, sic nostra corpora uisibilia esse, sed impalpabilia: illud in adiutorium sui erroris assumens, quod ait Apostolus: Caro & sanguis regnū dei non possidebunt, non intelligens quia caro in scripturis uarias habet significaciones. Aliquando enim carnis nomine ipsa conditio humana designatur, sicut scriptum est: Hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Aliquando fragilitas eiusdem carnis, sicut per Psalmistā dicitur: Et recordatus est quia caro sunt. Aliquando propago cognationis, sicut ait Apostolus: Continuo non acquieci carni & sanguini. Et dñs: Caro & sanguis non reuelauit tibi, Aliquando carnis nomine peccatum designatur, sicut ait dñs ad Noe: Non permanebit spiritus meus in homine in æternū, quia caro est, id est, peccator. Et Apostolus ad Romanos: Vos autem nō estis in carne, sed in spiritu. Nisi enim in carne essent, epistolas eis non mitteret corporaliter. Sed in carne non esse dicuntur, quia carnalibus peccatis non succumbebant. In eo ergo quod ait Apostolus, Caro & sanguis regnum dei nō

1. Cor. 15.

Sene. 2.

Psalm. 77

Salat. 2.

Datt. 16.

Sene. 6.

4. Cor. 15.

PASCHAE.

93

possidebunt, non naturā humanā negauit esse resur-
recturam, sed peccata eiusdem carnis regnū dei possi-
dere non posse confirmavit. Quod securus Aposto-
lus exposuit, dicens: **Nec** corruptio incorruptelā pos-
sidebit. Resurget igitur corpora nostra immoralia
& incorruptibilia, non tñ inuisibilia & impalpabilia,
teste beato Iob, qui ait: **Credo quod redemptor me-** Job.19
us uiuit, et in nouissimo die de terra surrecturus sum,
& rursum circundabor pelle mea, & in carne mea ui-
debo deum. His contra Euthicen dictis, ad propria re-
deamus. **Infer digitum tuum huc**, & uide man^o
meas: & adfer manum tuam, & mitte in latus meum:
& noli esse incredulus, sed fidelis.] **Vbi notandū, qā** Luke.7.1.
ut omānem à cordibus eorum auferret dubietatem, non
solum manus & latus, sed etiam (secundum aliū euā-
gelistam) pedes qui clavis erant affixi, ostēdit, dicens:
Videte man^o meas & pedes meos, qā ip̄e ego sum. Pal-
pate & uidete, quia spiritus carnem & ossa nō haberet,
sicut me uidetis habere. **Sed in hoc loco solent pagani** Christiani simplicitatem irridere, dicētes: **Qua te-**
meritate putatis uos Christiani, quod deus uester ue-
stra de puluere corpora suscitaturus sit, cum sic (ut di-
citis) ipse à mortuis resurgēs uestigia passionis in cor-
pore suo, ut non apparerent, curare nō potuit? Ad qd
uerā fides respondet, non hoc impossibile esse, sed po-
tius pietatis. Maius est enim carnem à mortuis resus-
citare, quam uulnera clavos in carne sanare. Qui er-
go quod minus est fecit, & quod maius est facere po-
terat, nisi uarias ob causas ipsa uulnera in corpore
suo seruare uoluisset. Primū, ut fidem apostolorū ad
credendum inuitaret uel reformaret. Qui em̄ uiden-
tes fixuras clavorum tarde crēdiderūt, multo magis

tardius credidissent, nisi uestigia passionis in eius mortali corpore recognouissent. Siue alio modo, uestigia suæ passionis in carne sua reseruare uoluit, ut patrem pro nobis interpellans: quia (ut ait Iohannes apostolus) apud patrem aduocatum habemus Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ostendit ei cicatrices clauorum, quatenus eum, qui nunquam obliuiscitur misereri, ad miserandum inuitet. Siue certe ipsa sua passionis uestigia reseruare uoluit, ut universal iudicio hoc omnibus ostendat, non solum iustis, sed etiam iniustis: ut iusti uidentes quanta & qualia redemptor generis humani pro eorum liberatione sustinuit, in eius amore amplius exardescant, & in laude proficiant: iniusti autem tanto deterius confundantur, quanto magis tantis beneficiis extiterunt ingratii, sic ut scriptum est: Et uidebit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum conunes tribus terra. Vel certe cicatrices clauorum & lancearum apertione dominus Iesus Christus in carne sua reseruare uoluit, ut ipsa eius uictoriæ de antiquo hoste ostendant. Sic ut em (uerbi gratia) miles fortissimus, cù iubente rege singularc certamen pro salute suæ gentis inierit, & cum reuersus uictoriæ sua genti deportauerit, acceptis aliquantis plagiis, si dixerit ei medicus: Vis ut ita resinem, ut cicatrices plagarum non appareant: an, ut absque deformitate appareant? & ipse responderit, Volo ut absque deformitate tantum appareat, quatenus omnibus me intuentibus signum meæ uictoriarum manifestent: sic & dominus IESVS CHRISTVS uulnera passionis suæ in cælum reportare uoluit, ut ipsa eum uictoriæ habuisse de antiquo serpente de-

monstrent. **R**espondit Thomas.] Thomas interpretatur abyssus. Quæ interpretatio nominis recte illa congruit, quia sicut abyssus immensam habet profunditatem, sic ipse palpando dominicum corpus, profundum diuinitatis in eo intellexit, de quo scripsit: **Iudicia tua abyssus multa.** Aliud enim palpauit corpore, & aliud creditur corde. Palpauit hominem, creditur deum. **E**t ideo exclamans dixit: [**D**ominus meus, & deus meus.] Dominus, à dominatu dicitur: deus, à timore, sicut quidam de sapientibus dicit:

Primus in orbe deos fecit inesse timor.

Et Salomon: Deum time, & mandata eius obserua. **Ecclesiastes.13**
Et iterum: Time deum & recede à malo. sanitas quippe erit umbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. **Proverbi.10**
Quod nomen recte illi essentialiter conuenit, qui est rex regum & dominus dominantium, & super omnia timendus, colendus & uenerandus, cui per prophetam dicitur: Tu enim fecisti omnia, cælum & terram, & uniuersa quæ cæli ambitu continentur, dominus uniuersorum tu es. **Esther.13**
Quanquam aurem remunerationem habeat fides, manifestatur cum subditur: [**D**icit eis Iesus. Quia uidisti me Thoma, credidisti, beati qui non uiderunt, & crediderunt.] In hoc uersiculo non solum fides Thomæ collaudatur, sed etiam nostra salus futura prædictitur. ac si diceret dñs: **Tu quidem beatus es, quia uidisti me & credidisti, sed & illi beatior erunt, qui non uidentes me corpore, credituri sunt mente.** Quod autem ait, [**beati qui non uiderunt, & crediderunt,**] præteriti temporis uerbo usus est, quia apud eius præsentiam omnia futura præterita sunt.

Multa quidem & alia signa fecit Jesus in cōspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Si quis euangelium sancti Iohannis cum cæteris euangelistis conferat, multa de miraculis saluatoris in eis scripta reperiet, quæ in Iohannis euangelio non habentur, quoniam Iohannes, qui ultimus suum euangelium scripsit, quod ab alijs scriptum nouit, multis in locis prætermisit. Sed nec in quatuor euangeliorum libris omnia miracula domini scripta habentur, sicut Iohannes in calce sui textus testatur, dicens: Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt, libros. Tantum autem sancti euangelistæ de miraculis conscripserunt, quantum ad fidem credentium corroborandam sufficere posse cognoverunt. Vnde & subditur.

Hec autem scripta sunt, ut credatis quia Jesus est Christus filius dei. Quia ergo hæc scripta sunt, ut credatis quia Iesus est Christus filius dei, erubescat Photinus, qui tantum hominem, & nō deum credere uoluit. Nos autem euangelica lectione instructi, credamus quia Iesus Christus filius dei in una eademq[ue] persona pfectus deus, perfectus & homo, deus ante tempora, homo ex tempore: deus ex patre, homo ex matre. Quid autem ex hac credulitate cōsequamur, manifestatur cum subinfertur: **Et ye credentes, vitam habegatis in nomine ipsius.** In nomine ergo eius uita datur, q[ua] se meti plumb credib[us] donat, qui est uia, ueritas & uita, sicut ipse alibi ait: **Hec est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM.**

Johan. vi.

Johan. 14

Johan. 17

50 DOMINICA II. 597

post Pascha, Misericordia dos

mini .I. Petri. II.

PCharissimi, Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Et reliqua.

FRatres charissimi, in lectio[n]e apostolica quam audistis, beatus Petrus Christi nos imitari exēpla admonet, dicens: Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplū, ut sequamini uestigia eius. Id est, quod ipse dominus ait in euāgeliō: Si quis uult post me uenire, abnega[re]t semet ipsum, id est, uoluntates proprias relinquat, & dei se omnimodis subiiciat uoluntati, & tollat crucem suā, id est, carnales mortificet delectatiōes, & sequat me, mundi desiderijs repugnet, quantū ualeat diuina grātia largiente. His enim modis, & cibis his similibus moribus sanctis, Christi debemus uestigia sequi, qui peccatum non fecit, nec inuēctus est dolus in ore eius, ut de ipso pphera ait. Solus enim sine peccato, qui peccata mundi tollere uenit. Et alibi: Nōcō tendit, neq; clamauit, neq; audiuit quis in plateis uocem eius. Sequitur: Qui cum male diceretur, nō maledicebat. Subdolum & mendacium, nec detrac[t]io inuenta est in ore ei^r. Nos ergo si uolumus Christi imitari exempla, hæc eadem mala omni studio uitare debemus. Omnem dolum & odium, omnemq; malitiam & simulationes, & inuidias atq; detractio[n]es deponere, & in bonis operibus certamen magnū habere, Christo domino famulari. Cū patereetur,

G

non cōminabatur. Inuria vindictam non pro-
misit, sed etiā pro suis crucifixoribus exorauit, ut nos
alibi docuit dicens: **Orate pro persequentibus & ca-**
lumnianibus uos, ut sitis filii patris vestri qui in cæ-
lis est. **T**radebat autem indicati se iniuste. Per
diuinitatem tradidit humanitatem, quam assumpse
ad passionem, judicanti se populo iudaico ut crucifi-
geretur. Si enim ipse q̄ sine peccato erat, propter pec-
cata nostra, ut nos redimeret à morte, se tradidit, qd
retribuere condignum eius misericordiae possumus,
nisi tantum ut nos pura confessione & penitentia la-
chrymis, eleemosynarum largitate operibus q̄ mis-
ericordiae & pietatis, ad eius nos semper uoluntatem
præparemus fideliter, ut dignis & sanctis moribus
æterna cū eo gaudia possidere ualeamus. **Qui pec-**
cata nostra ipse pertulit in corpore suo super
lignum. Ad hoc enim in ligno crucis pati uoluit, ut
ligni præuaricationem, quam Adam fecerat, deleret,
& iter nobis ad regnum cælorū, quod p̄ peccatum Adæ
mundo clausum fuerat, aperiret. **vt peccatis mor-**
tui, iustitia vivamus, cuius lino re sanati su-
mus. **V**i sicut antea p̄ peccatum deo mori ui eramus,
ita & nunc per passionem & resurrectionem eius ad
immortalitatem æternam perduceret, & deo nos pa-
tri suo reconciliaret, nobisq̄ potestatem tribue-
ret mundo mori posse & peccatis omnibus per con-
fessionem, & per iustitiam vivere deo. **Erat** enim
sicut oves errantes. Error ouium culpa pastorum
esse intelligitur, qui negligunt corripere delinquentes.
sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. Conuersi à dia-
bolo ad Christum, de tenebris ad lucē, de morte ad

POST PASCHA

99

uitam, de infidelitate ad fidem, de infirmitate ad salutem: in qua si permaneritis usq; in finem, bonis certando operibus, salui eritis in æternum. Non enim q;ccepit bonum, sed qui perseveraverit in bono, hic saluus erit. Tunc enim placet deo nostra conuersio, quando bonum quod inchoamus, perseveranti fine complemus. Bonum ergo non cœpisse, sed perfecisse uirtus est. Nam inchoantibus præmium promittitur, sed perseverantibus datur, per eum qui promisit, qui est uerus promissor & largitor Iesus Christus dñs noster. Qui uiuit & regnat cū patre & spiritu sancto deus per omnia secula seculorum, Amen.

DOMINICA II.

post Pascha, Misericordiado-
mini. Iohannis .X.

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis: Ego sum paster bonus, Et reliqua.



Superius textus euangelij narrat, qualiter dñs inter bonos malosq; pastores discretionē fecerit, dicēs de malis: Qui nō intrat p ostiū in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille Joh. x. fur ē & latro. De bonis aut: Qui intrat p ostiū, pastor ē ouium. Huic ostiarius aperit, & oues uocem eius audiūt.

Alienum autē non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia

G ii

DOMINICA II.

non nouerunt uocem alienorum. Cum aut̄ cerneret eos dñs hoc prouerbium non intelligere, apertius de quo pastore loqueretur exposuit, dicens: **Ego sum pastor bonus.** Sed in exordio huius lectionis ingrediū est, quare se dñs pastore noiati uoluerit. Nunquid ideo pastor dicitur, eo quod more terreni pastoris oves ad pascua ducat & reducat? Non. Sed persimilitudinem talia nomina ei applicantur, ut per uisibilia inuisibilia intelligamus. Sicut enim ovis dicitur propter innocētiā, agnus propter mansuetudinē, uitulus propter suę carnis immolationē, leo propter fortitudinem, petra propter firmitatē, sic dicitur pastor, non solum quod fideles suos spiritualiter pascat & reficiat, sed etiam quod eos à morsibus luporū sua protectione defendat. **Iste est enī uerus pastor, qui nobis rationabilem sensum tribuit, & spiritualem intellectum ministrat.** Ipse uerus est pastor, qui sacramento sui corporis ac sanguinis nos in praesenti reficit, & in futuro ad satietatem suæ contemplationis producit, qui ait in euangelio: **Ego sum panis uiuus q̄ de cælo descendit.** Et iterum: **Pet me si quis introierit, sal uabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.** Et rursus, **Qui manducat carnem meam, & reli.**

Johan. 6.

Johan. 10. cælo descendit. Et iterum: Pet me si quis introierit, sal uabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.

Johan. 6.

Et rursus, Qui manducat carnem meam, & reli.

Psal. 22.

Et, Caro mea uerus ē cibus, & sanguis meus uer⁹ est potus. Sub cuius pastoris regimine abundantia pascua se inuenisse gaudebat propheta, cū diceret: **Dñs pascit me, & nihil mihi deerit.** et iterum: **Satiabor dum manifestabitur gloria tua.** **Iste uero pastor fidelibus ovi bus promittebatur, cū dñs per prophetam dicebat:**

Psal. 16.

Ecce ego suscitabo uobis pastorem unum, seruum meum David, qui pascit oves in iudicio & iustitia.

Huius pastoris typo uel figura, Jacob patriarcha oves

POST PASCHA.

101

pauisse legitur. Sicut enim ad pastoris officium pertinet, non solum fortiores oves ad pascua deducere, sed etiam infirmis medicinam impendere, sic etiam iste pastor non solum perfectiores quosque in ecclesia gerit, sed etiam infirmis animabus per misericordiam descendit, & per penitentiam curam salutis impendit. Quod significant eiusdem Iacob uerba, dicentis: No-sti domine mi quod habeo oves foetas teneras mecum, Gen. 32. quas si in ambulando plus laborare fecero, morientur cuncti greges una die. Vnde per Iezchielem prophetam dicitur: Ecce ego ipse requiram oves meas, & Jeze. 34. uisitabo eas. Sicut uisitat pastor gregem suum in die quoniam fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic uisita bo oves meas, & congregabo eas de cunctis locis, in quibus dispersae fuerant. Quod perierat requiram, quod abiecsum fuerat reducam, & quod confractum alligabo, & quod infirmum consolidabo, & quod pingue & forte custodiad. Ipse est etiam qui sanat contortos corde, psal. 145. & alligat contritiones eorum. Et Ier. 3: Dns soluit compeditos, dñs illuminat cecos. Quantum autem huius pastoris benignitas infirmantibus ouibus compatitur, illa parabola euangeli indicat, in qua legit, quia pastor bonus relictis non aginta nouem ouibus in montibus, abiit querere unam, quae in uallibus errauerat: quam inuenitam imposuit propriis humeris, & sic reportauit ad gregem. Ad praedicti autem pastoris mensam si uolumus accedere, necesse est ut in bonis operibus nos præparemus. Salomone testante: Ad mēsam potentis accessisti diligenter attende quae apponuntur tibi, scies quia similia te præparare oportet. Quia ergo dominus pergens ad passionem, mysterium corporis & sanguinis sui nobis tradidit, tunc ei similia præ-

G iii

DOMINICA II.

paramus, si pro eius amore tribulationes & angustias sustinemus, quia (sicut ait **Apostolus**) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Et

Psal. 115. Psalmista: Quid retribuam dño pro omnibus quare tribuit mihi? Queritur autem, quare dñs se pastorem uocauit, cum paulo superius ostium se esse dixerit, di-

cens: Ego sum ostium. Ad quod dicēdum, quia aliud est ostium, & aliud ostiarius, atq; aliud pastor. Ipse est enim ostiarius, qui nos ad fidem introducit, sicut ipse ait in euangelio: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Neq; enim cognouit patrem quis, nisi filius & cui filius uoluerit reuelare. Ipse est ostium, quia per eum ad

Johann. 10. fidē intramus, sicut ipse ait: Per me si quis introierit, saluabitur. Et bene quidē postquam dixit, [ego sum pastor,] Iadiūxit [bonus, ad] discretionem illorum, qui indigne nomen pastoris usurpat, eo quod uel boni, uel digni nō sint, de quibus dominus superius ait, Omnes quotquot ante me uenerunt, fures fuerūt & latrones. Fuerūt em̄ boni pastores, qualis fuit Pe-

trus, cui à dño dictum est, Si diligis me, pasce oves me-

as. Et iterū, Tu es pastor ouiū. Talis erat Paulus, qui optabat se esse anathema, p̄ fratribus suis, dicens: Ego cupiebā anathema esse pro fratribus meis, q̄ sunt cognati mei, qui sunt Israelitae. Sed aliud est bonū esen-tialiter, sicut dño: & aliud nuncupatiue, sicut discipu-lis: aliud per naturam, & aliud per gratiā. Illi uero ut boni essent à dño accepérunt, ipse aut à nemine, nisi à seipso, ut bonus esset, accepit: & ideo bonitati eius si cōparentur, minus boni inueniuntur. Quārum uero bonus pastor oves sibi cōmissas diligere debeat, ma-nifestatur cum subditur: **Bonus pastor animam suam dat p̄o omib⁹ suis.** Fecit quod monuit,

T

POST PASCHA

103

& quod docuit uerbis, ostēdit exemplis. Prius animā suam pro ouibus suis posuit, ostēdens bonis pastori- bus etiā si necessitas euenerit, pro ouibus sibi cōmis- sis mortem nō debere timere. Vnde cum Petro oues suas regendas tertio cōmendasset, quid pro eisdē ouibus passurus esset intimauit, dicens: Amen amen dico tibi, cū esse junior, cingebas te & ambulabas ubi uo lebas: cum autē senueris, extēdes manus tuas, & alius te cingeret, & ducet quō tu nō uis. Hoc autē dicebat, ait euangelista, significās qua morte clarificaturus esset eum. Veniq̄ & Paulus apostolus pro ouibus sibi cō- missis, mori paratus erat, cum diceret: Ego iōpe impen^{2. Cor. 4.} debam, & superimpēdebar pro animabus uestris. Et itērum: Ego autē non solum alligari, sed etiā mori pa- ratus sum in Ierusalem propter nomen dñi Iesu. Non enim facio animam meam preciosiorem, quam me. Et rursus: Melius est mihi mori, q̄ ut gloriam meam ^{1. Cor. 9.} quis euacuet. Sed post q̄ dñs boni pastoris opus ostē dit, etiā uiria mali pastoris declarare curauit, dicens: Mercenarius autē, & quinon est pastor. Mer- cenarius dicitur mercede cōductus. Quo noīe recte mali pastores figurantur, qui nō ob amorem dei, nec propter dilectionēm gregis, sed propter lucra terrena curā aīarum suscipiunt, querentes quae sua sunt, non quae Iesu Christi, sicut Apostolus dicit: Quæstū existi- ^{1. Tim. 6.} mant pietatem. Quos per prophetā redarguit domi- nus, dicens: Ipsi regnauerunt, & nō per me: principes ^{Qseq. 8.} extiterunt, & non cognoui. Tria quidē sunt, quae mer- cenarij ab ouibus exquirunt, lac, lanam & carnes: q̄a mali pastores, qui magis præesse quā prodesse deside rant, hæc tria à sibi subiectis exigūt, lac adulatioonis, lanam obsequij corporis, carnes delectationis carna-

G iiiij

Jeze. 34. lis. Quos dñs p̄ Iezechielē prophetam redarguit, dicens: Vḡ pastoribus Israēl, qui pascebant semetip̄sos. Nonne greges pascentur à pastoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crastum erat occidebatis, gregem aut̄ meum nō pascebatis. Qd̄ infirmum fuit, non cōsolidatus: & quod ægrotum, nō sanatus: quod confractum, non alligatus: & quod abiectū, non reduxistis: quod perierat, non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis & cū potētia. Quos enim ab extraneis defendere debuerant, hos etiam more prædonum frequenter opprimūt, de quibus do minus ait in euāgelio: Attendite à falsis prophetis, q̄ uenient ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. à fructibus eorum cognoscetis eos. Tales fures in ecclesia Apostolus præuidebat, qñ discipulis dicebat: Scio quia post meum discessum intrabunt in uos lupi graues, lupi rapaces, non parcentes gregi. Et ex uobisipsis consurgent uiri loquentes mendacium, ut abducant discipulos post se. Recte aetē de talibus subditur: Luius non sunt oves propriæ. Non enim ut proprias oves recognoscunt, sed ut alienas nesciunt. Non facile aut̄ tempore pacis cognoscitur, quis sit pastor, quisve mercenarius: sed lupus ueniens indicat, quo quisq; animo super gregē suum inuigilat. Vnde & sequitur: Vident lupum venientē, & dimittit oves, et fugit, et lupus rapit, & dispergit oves. Lupi noīe in hoc loco potentes quilibet designātur & iniusti: qui dum pauperū substantias diripiunt, more luporū quasi carnes ouiuū dilacerant. Sed mercenarius uidet lupum ueniētem, & dimittit oves, & fugit: q; a carnalis pastor terrena patrimonia amittere timens, sub silentio se abscondit,

Matt. 7.

Lctu. 20.

Fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium: quia cum subiectos a potentibus uidet opprimi, non contradicit, ut liberet pauperem & egenum de manu ipsorum, sed magis adulando decipit. De quibus per prophetam dicitur: Domines principes tui fugerunt, durebant ligati sunt. Et iterum: Quasi vulpes in deserto, prophetae tui Israel erant. Quorum uituperabilem timorem dominus alibi per prophetam redarguit, dicens: Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis me pro domino Israel, ut staretis in prælio in die domini. Est et alius lupus inuisibilis, qui quotidie non corpora, sed animas peccantium lacerat, ille scilicet de quo ait Petrus apostolus: Aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Dum enim alium ad superbiam, aliud ad adulterium, aliud ad rapinam, aliud ad fornicationem, aliud ad homicidium trahit, more luporum quasi carnes ouium laniat. Sed mercenarius uidit lupum uenientem, & dimittit oves & fugit, cum is qui non pro diuino amore gregem dei pascit, contra haec uitia nullo zelo accenditur, nullo dolore mouetur, nulla prædicationis arma opponit. Fugit enim, cum se sub silentio abscondit. Fugit etiam, cum subiectos per diuersa uitia uidet coinquinari: & tacere, quia non corrigit, non considerans illud quod Apostolus Timotheo præcepit, dicens: Testor coram deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, prædicta uerbū, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa. Tales enim non solum de proprijs, sed etiam de subiectorū peccatis reddituri sunt rationē, sicut dominus per lezechiel terribiliter cōminatur, dicens: Speculatorē dedi te domui Israel. Si non annuncias iniquitatem suam, sanguinem eius

Isaiæ. 22

Jezech. 13

Jezech. 13

1. Petri. 5. 8

2. Tim. 4

Jezech. 5

de manu tua requirā. Considerandū est etiam, quāl
ter mercenarius ursō ueniēte fugiat. Per ursum nāq;
qui uersutum & callidum est animal, ut quidam di-
cunt, hæretici designantur, qui per prauā doctrinam
mites in ecclesia decipere nō cessant. Sed mercenari-
us, & qui non est pastor, uidet ursum ueniētem & fu-
git, quādo subiectos ab hæreticis uel prauis doctori-
bus, intra sanctam ecclesiā & simplices decipi uider,
& non per autoritatē diuinarū scripturarum contra
dicit. De talibus dñs per prophetam ait: Canes muti
non ualentē latrare, uidentes uana, dormientes &
amantes somnia, & canes impudicissimi nescierūt sa-
turitatē. Ipsi eſſi pastores ignorauerunt scientiā. De
quibus adhuc subdit: **Mercenarius autē fugit,**
quia mercenarius est, et nō pertinet ad eum
de ouibus. Si causam queris, quare mercenarius fu-
giat, nullā inuenies uiciniorem, niſi quia mercenari-
us est. Qui ēm̄ non amore diuino, sed dilectiōe cupi-
ditatis & potestati gregē dñicūm pascit, mox ut ti-
mor hæc amittēdi acceſſerit, ille recedit, & ſinō cor-
pore, tñ mente, quia iuxta Psalmistæ uocē, Illic trepi-
dat timore, ubi nō erat timor. De talibus per letemi-
am prophetam dicitur: Mercenarij quoq; tui, q; uer-
ſabuntur in medio tui, quāl uituli faginati erant, fu-
gerunt simul, nec stare potuerunt. Diligunt ēm̄ prin-
cipaliter, quod perdere potuerunt laudabiliter, i. res
terrenas: & non timēt amittere, quod ſine grauipe-
riculo non poſſunt relinquere, i. animas subiectorū.
De quibus ſub ſpecie struthionis per beatum Job di-
citur, Quando dereliquit in terra oua ſua, obliuiscit
quod pes hoīs conculcet ea, & bestiæ agri conterat,
Sunt aut̄ nonnulli rectores, qui quis bene doceat, in

Iſai. 56

Pſalm. 33

Tere. 46

Job. 36

quia male uiuūt, magis inter mercenarios, quam in
ter pastores computantur: qm̄ quos bene docendo
erudiunt, hos male uiuendi exemplo destruunt. **D**e
quibus per prophetam dicitur: Cum ipsi lypidissi-
mam aquam bibe: etis, reliquam pedibus uestris tur-
babatis. Et oves meæ, quæ pedibus uestris concul-
catæ fuerant, pascebantur: & quæ pedes uestri turba-
uerant, haec bibebat. Sed mercenariorum uitij pate-
factis, dominus ad boni pastoris officiū sermonem
conuertit, dicens: Ego sum pastor bonus, & co-
gnosco oves meas, & cognoscunt me meæ.
Quod est aperte dicere, [Cognosco meas,] id est, de
ligo eas. [Et cognoscunt me meæ] i.e. diligentes me
uocí meæ obaudient. **D**e quibus alibi dominus air,
Oves meæ uocem meā audiunt, & ego dominus co-
gnosco eas, & sequuntur me, & uitā æternā do eis, &
in æternum non peribunt, nec rapiet eas quisquam
de manu mea. Hunc ergo bonum pastorem alij pa-
stores imitari debent, ut quis sub suo regimine cogno-
scant, puro & sincero animo diligent. Vnde primus
pastor ecclesiæ reliquos pastores admonet, dicens: Se-
niiores qui in uobis sunt, obsecro consenior & testis
Christi passionum, qui & eius que in futuro reuelan-
da est gloriae communicator, pascite qui & in uobis
est gregem dei, prouidetre nō coacte, sed sp̄tanee,
secundum deum: neque turpis lucri gratia, sed uolu-
tarie: neque ut dominantes in cleris, sed forma facti
gregis & ex animo: ut cum apparuerit princeps pa-
storum, percipiatis immarcescibilem gloriae coro-
nam. Sicut enim mercenarij non solum de suis uitij,
sed etiam de subiectorum suorum criminibus
durius damnandi sunt: sic boni pastores cum tatis &

pro tantis remunerationem accipient, quantos suo
exemplo uel prædicatione lucrificerint. tunc scili-
cer, qñ illam desiderabilem uocem audire merebu-
tur. **Euge serue bone & fidelis,** quia super pauca fu-
isti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudi-
um dñi tui. **Vnde bene nato domino angelus pasto-**
ribus apparuit, eosq; claritas dei circumfusit, ut intel-
ligamus quia illos gratia dei in præsenti pfectius il-
luminat, & sublimior merces in futuro remunerat,
qui gregē dñicum diuino amore bene docēdo pasce-
re non recusant, qm̄ sicut ait Daniel: **Qui docti sunt,**
fulgebunt quasi stellæ in firmamento: & qui ad iusti-
tiam erudiunt multos, sicut stellæ in perpetuas æter-
nitates. Sicut nouit me pater, & ego agnosco
patrem. Nouit pater filiū non temporaliter, sed æter-
naliter, coæternū & cōsubstantialē sibi gignēdo filiū
.i. uerbum & sapientiam. **Nihilo minus filius patrē,**
quia genitus est à patre, sicut ipse ait in euāgeliō: **Ne-**
nō nouit filiū nisi pater, nec pater nouit qs nisi filiū,
& cui filius uoluerit reuelare. **Et animā meā po-**
no pro ouibus meis. Aci si diceret: Si inde me ma-
nifesto scire patrem & cognitū esse à patre, quia ani-
mam meā pono, p ouibus meis, rāto unusquisq; pa-
stor uerius deum cognoscere ostendit, quāto gre-
gem sibi cōmissum sollicitius custodit, non solū ad-
monendo & exhortando, sed etiam (si necessitas exi-
git), p necessitate illorū utilitatem suā postponēdo.
Nemo em̄ maiorem hac dilectionē habet, quam ut
animam suam quis ponat, p amicis suis. Vnde & lo-
hānes dicit: Si Christus animā suā pro nobis posuit,
& nos debemus animas nostras, p fratribus ponere.

Sed nunquid summus pastor solummodo pro salute

Mat. 25.

Dani. 12.

Iudeorum animam suam posuit: Non. Decebat enim ut cum dei filius moreretur, non tantummodo per unam gentem, sed pro omni populo. Vnde Caiphas tempore passionis eius prophetauit, dicens: Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem (ait euangelista) a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tamen pro Iudeorū gente, sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unū. De quibus ait: Et alias oves habeo, quae nō sunt ex hoc ouili. Ex eo tempore quo dominus Abram a ceteris gentibus segregauit, & eius progeniem sibi in peculiarem plebem elegit, duo populi & duæ gentes nominari coeperunt, Iudeorū scilicet & gentium. Sed postquam ex ipsis Abram stirpe natus est, ex utroque populo una ecclesia copulauit, ut impleretur quod Genes. 12 ei dominus promiserat, dicens: In semine tuo benedicentes omnes familiae terræ. Vnde cum inter Iudeos corporaliter ambulareret, de nostra uocatione dicebat: Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ouili. i.e. ex hac gente & ex hoc populo. Et illas oportet me adducere. Id est, per prædicationem meorum apostolorum ad fidem meam uocare. Et vocem meam audient. Id est, præceptis meis obedient. Et fiet unus ouile. Id est, ex utroque populo una collecta ecclesia in præsenti, siue in die iudicij, quia uenturit sunt Iudei ad fidem. Et unus pastor. Ipse scilicet dominus Iesus Christus, de quo per apostolum Petrum credentibus dicitur: Eratis enim aliquando scut oves errantes, sed cōuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum.

HO **SODOMINICA TERTIA**

post Pascha, Iubilate. .I. Petri .II.

TCharissimi, Obsecro uos tāquam aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desiderijs, quae militant aduersus animam. Et reliqu,

PUichre satis admonet & exhortatur nos apostolus Petrus, fratres charissimi, ut audiuit in præsentilectio dilectio uestra, Obsecro (inquit) **vos tanquam aduenas & peregrinos.** Adueneg nos sumus & peregrini, quām diu sumus in hac terra, ut Paulus apostolus ait: Nō em habemus hic manentem ciuitatem, noster autem municipatus est in cælis. Aduena enim uel peregrinus aut hospes, non cogitat quid in domo sit aliena, Sic & nos quantum possumus, domino largiente, ista omnino debemus despicer, & de cælestibus meditari, unde in æternū uiuere debeamus. **abstinere vos a carnalibus desiderijs.** Ideo à carnalibus bonū ē abstinere desiderijs, & cælestia semper desiderare, que nobiscum ualeant æternaliter permanere. Carnalia autem decipiunt, & ad perditionem perducunt permanentes in eis. Vnde & subditur, **que militant aduersus animam.** Semper nos carnalia trahere conantur ad inferna, quibus resistere omnimodis debemus, & insistere bonis & iustis laboribus, in castitate & continencia, quibus & supplicia deuitemus, & præmia mereamur æterna. **Conuersationē vestram inter gentes habentes bonam**, ut exēpla bona alijs ostendentes per operum honorum consuetudinem, sicut

Hebrei.13

POST PASCHĀ

iii

luminaria sitis lucentes in mundo. vt in eo quod
detractant de vobis tanquam de malefacto
ribus. Malis semper ac malevoli bonorum hominū
facta bona detrahunt, & ad malam famam conātur
euertere: metuentes ne mala cor& delectatio, ut usus
essimus in quo morantur ut pereant, honorū alio-
rum factis destruatur & publicetur. Sed nos hoc au-
dientes, oportet multo instantius perseuerare in bo-
nis operibus, ut etiam alijs meliores saluentur, & isti
inexcusabiles fiāt, si cōuerti noluerint à malitia sua.
Sequitur, er bonis operibus vos consideran-
tes, glorificant deum in die visitationis. vt Matt. 5
ipse dñs in euangelio docet: Sic luceat lux bonorum
operum uestrorum coram hominibus, ut uos laudē
ex eis nequaquā desideretis, & alijs uidētes bona ope-
ra uestrā, glorificant non uos, sed patrem uestrum q
in cælis est, qui in seruis suis tanta bona ad suorum
etiam & aliorum querit salutē. Subiecti estote
omnium humanæ creaturæ, propter deū. Omni-
bus hominibus honorem date, unicuiq; secundum
dignitatē suā, nō , ppter terrena desideria, nec , ppter
humanæ laudis appetitum, nec propter turpis lucri
questum, sed tñ propter deū, qui nos docet, dicēs: Di Matt. 5
scite à me qā mitis sum & humilis corde, & inuenie-
ris requiem animabus uestris. Et iterum: O manus qui
se humiliat propter dñm, exaltabit à domino. sue
regi quasi præcellenti, quia princeps est populi.
Cui & ipse dñs in euangelio honorem debitum red-
dere iuber, dicēs: Reddite ergo que sunt Cæsaris Cæ- Matt. 22
sari, id est, debitum tributum & subiunctionem obedi-
entia cum fidelitate: & quæ sunt dei deo, fidē rectā,
spem firmam, & charitatem perfectam. sue duci

bus, tanquā ab eo missis ad vindictam ma-
lefactorum. De quibus & Paulus ait: Om̄is anima

Roma. 13. potestariibus sublimioribus subdita sit, non est enim

pt̄as nisi à deo. Dei eñi ministri sunt ad coercendam

hoīm malitiā missi, ut qui sp̄ote mala noluerit uita-

Roma. 13. re, eorū timore uel inuitus uitet laudem vero bo-

norum. Similiter Paulus dicit: Vis pt̄atem nō time-

re: Bonū fac, & habebis laudē ex illa. Quia sic est

voluntas dei, ut benefaciētes obmutescere

faciatis imprudentiū hominū ignorantia.] Vt tam

cauti & r̄a perfecti in dei opere sitis, ut nihil habeant

qd̄ detrahere de uobis scdm eorum malā uoluntatē

habeat, quasi liberi, ab om̄i peccato, per ueram pe-

nitentiam & confessionem purā, et non quasi ve-

lamen habētes malitiæ libertatē. Nulla fraus,

nulla malitia sit in uobis, sed deo quasi dño digne-

iustis & sanctis opibus, cū omni fide & uolūtate de-

seruire cōtendite. Sicut serui dei, cū charitate in in-

uicem om̄ibus, ppter deum debitū impendite serui-

tium. Om̄es honorate scdm uniuscuiusq; digni-

tatem, tñ pauperibus & minime ualentibus studium

maximū impendite seruendi: quia in ipsis Christus

maxime honoratur, ut ipse in iudicio dicturus erit:

Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nā

sequitur, fraternitatem diligite. Vt ipse dñs in eu-

angelio oēs fratres & proximos esse ostendit, dicē:

Iohann. 15. Om̄es enim uos fratres estis, unde & diligere nos in

uicem iubet, cum ait: Hec mando uobis ut diligatis

inuicem. Et Iohannes: Qui fratrem suum quem ui-

dere, non diligit, deū quem non uidet, quō potest diligere? Quia nec deus uere sine pximo, nec proximus

Roma. 13. uere diligitur sine deo. Et Paulus: Dilectio proximi

POST PASCHA

119

malū nō operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio.
Deum timete, regem honorificat. Monet ergo
congruū cunctis impendere honorē, & iuxta imperi
um dñi, Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo reddere quæ
dei sunt. Qui timet deum, facit bona: quia initū sapi
entia, timor dñi. De timore dñi omne bonū nascit,
& p timore dñi omnis malitia hoīs euacuatur. Quia *Eccle. 15.*
qui timet deū, diligenter se à peccatis custodit. Sic er
go timeamus deū, ut diligamus eū, quia perfecta est
charitas, quæ foris mittit timore seruilem. **S**erui,
subditi estote in omni timore dñis non tantū
bonis & modestis, sed etiā dyscolis. Hæc est enim gra
tia in Christo Iesu dño nostro.] Propter dei timore
pariter & amorē, dignū & iustū est unicuiq; homini,
suo dño fideliter seruire, siue presentibus, siue absen
tibus: qd quicquid hō boni fecerit propter deum, ni
hil perdit, quia ipse reddet unicuiq; scdm opera sua.
Semper em in vita hoīs finis queritur, qualis sit ex
tremo tempore uitæ suæ: qd de fine tuo unusquisq; aut
iustificatur, aut condēnatur. Ideo instatissime bona
quæ coepit unusquisq;, perficere contèdat, ut per
petuam à dño mercedem accipiat, ipso largiente, qui
uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

SO DOMINICA III.

post pascha Iubilate. Iohan. XVI.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis
suis: Modicum & iam nō uidebitis me, &
iterum modicum & uidebitis me, quia ua
do ad patrem. Et reliqua,

H

Modicum tamen non videbitis me mortalem, corruptibilem, comprehensibilem, sicut nūc uideris. et iterum modicū et videbitis me immortalē, incōprehensibilem, incorruptibilem. Quoties euangelicā lectiōne recitamus, considerandum est, quā solet cōtingere, ut quādā pars eius specialiter ad discipulos, quibus corporaliter loquebat, pertineat, quādā uero gñaliter ad uniuersalē ecclesiā. Quod in hac lectiōe facile cōprobatur, si textus eiusdem diligentius consideretur. Quod uero ait, [modicum & tamen non videbitis me, & iterum modicū & videbitis me,] specialiter ad discipulos pertinet, quibus per corporale præsentiam loquebatur. Quod aut̄ illis nō intelligētibus, inferius exposuit, dices: **Amen amen dico vobis**, quā plorabitis & fletibitis uos] &c. usq; vertetur in gaudiū, sic apostolis specialiter cōuenit, ut etiā uniuersali ecclesiā gñaliter congruat. Quia ergo ea qua tradendus erat nocte, haec discipulis loquebatur, modicum erat quo eum uisuri nō erant, qm̄ ipsa nocte comprehēsūs, & in crastino crucifixus, in sepulchro est collocatus, & tunc cœperūt eum non uidere. Nocte uero ac die sequenti in sepulchro quiescens, mane prima sabbati resurrexit, & discipulis ianuis non apertis apparuit. Siue certe futurum erat modicū, quo eum uisuri erāt, qn̄ post resurrectionē per quadraginta tantūmodo dies in multis argumentis eis apparens, quadragesimo die illis uidēibus in cælū ascendit, **Vnde & subditur: Quia vado ad patrem**. Quod non de diuinitate, sed de humilitate loquit. Iterum se dicit ire ad patrem per humilitatem, à quo non discessit per diuinitatē, sicut ipse Iohān. x. ait: **Ego & pater unū sumus**. Sicut enim patrem non

POST PASCHA.

iiij

deseruit, cum apostolis apparuit, sic apostolos non
dereliquit, cum ad patrē rediſt, sicut ipſe dicit: **Ecce** *Matt. vij*
ego uobis sum omnibus diebus usq; ad cōſum-
mationem ſeculi. **Manens ergo cū patre per diuinita-**
tem, discipulis apparuit per humanitatem: & reuer-
tens ad patrem per humanitatem, mansit cū discipu-
lis p diuinitatē, sicut alibi dicit: Exiū à patre & ueni *Johān. 16:*
in mundū, Venire quippe & redire, humanitatis eſt:
manere & eſſe, diuinitatis. Quod facile illorum intel-
lectui patet, qui in uno mediatore dei & hoīm utrāq;
naturam, diuinam ſcilicet & humanam, conſitetur.
Et bene ad patrem ire dicitur: quia quām diu cū di-
ſcipulis conuerſatus eſt, ſimili carne induitus qua & il-
**li, potuit ſimul cum illis comprehendī, ligari, flagel-
lari, ſomno grauari, fatigari, crucifigi & mori, & hiſ
ſimilia ad humanitatem pertinētiā pati: ſed poſt re-
ſurrectionem, abiecta carniſ mortalitatē, ita à patrē
clarificatus eſt, & impaſſibilis atque immortaliſ fa-
etus, ut nullum iam horum patatur. **De quo p** *Pau-*
lum dicitur: Et ſi noueramus Christum ſecundū car-
nem, ſed iam nunc non nouimus. Et iterū: Christus *2. Corinθ.*
reſurgens ex mortuis, iam non moritur &c. Et quia *Roma. 8*
piaſ mētes diſcipulorū, piſ magiſtri absentiam corpo-
ralem ſine graui tādio & dolore ferre non poterāt,
manifestatur cum ſubiungitur: Dixerunt ergo ex
diſcipulis eius ad iuicē: Quid ē hoc quod
dicit nobis, modicum & non uidebitis me, & iterū
modicū & uidebitis me, & quia uado ad patrē? Dice-
bāt ergo: Quid eſt hoc qd dicit nobis modicū? Nesci-
mus qd loquitur.] Habet aut̄ humana mēs hoc p-
riuum, ut quod omnino nō uult, aut tarde intelligat,
aut tardius credat. Et ideo diſcipuli, quia nolebant,**

H ij

DOMINICA III.

nec credebāt quod pius magister ab eis corporaliter separaretur, quāuis manifeste diceret, modicum & iam non uidebitis me, non hoc intelligebant. **Vnde** & inter se conquerentes dicebant: [Quid est hoc qđ dicit modicum? Nescimus qđ loquitur.] Iuxta hūc sensum, cum alibi eis suam passionem prædiceret, di
Matth. 20 cens, Ecce ascendimus Hierosolymā, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis, &c. subiūctū est, Et ipsi nihil horū intellexerunt, erat enim uerbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebātur. Quare? Quia quæ pati non optabant, ut pati posset non intelligebant. Sed qđ querelas suas ad callida argumēta non conuerrerunt, sed pium magistrum humiliter interroga re disposuerunt, ille qui cordis est scrutator, eorū cogitationes præueniēs, antequā interrogaretur, respōdit, ut qui in multis se deum esse ostendit, etiā in cor dium inspectione se eum esse declararet, illum scilicet, de quo scripturā est: Dñs nouit cogitationes hominum, qm̄ uanae sunt. Et Psalmista: Intellexisti cogitationes meas de longe. Et iterum: Cogitatio hominis confitebitur tibi. Et Salomon: Tu deus solus nosti corda filiorū hominum. Et iterum: Quæ sunt in corde hominū, oculi tui uidēt dñe. Et rursus: Homo uidet in facie, deus autem in corde. Siue cogitationes eorū præuenire uoluit, ut offideret eos non debere dubitare ex eius pmissionibus, quæ tam facile occulta suarum cogitationum uidebant dīoscere. **Vnde** & subditur: Cognovit autem Iesus, quia volebant eū interrogare, et dixit eis: De hoc quæ ritis inter uos quia dixi, modicum & non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me. Ac si diceret: Si
Psalm. 138.
Psalm. 75
2. Paral. 6

POST PASCHA

117

hoc uos conturbat, & uestras mētes solicitat qā dīxi, modicū & nō uidebitis me, adhuc audite: **Amen amen dico vobis**, quia plorabitis et flebitis uos, mundus autē gaudebit. Vos autem contristabi mini, sed tristitia ueretur in gaudium.] **Flebant** em̄ amatores Christi, cū eum quē sine culpa in mundo cōuersari conspexerāt, quasi reum cōprehendi, ligari, flagellari atq̄ crucifigi uiderūt. **Nec** em̄ si ne graui dolore uel fletu eius mortē uiderē poterāt, cuius uitā nimio amore dilexerāt: quemq̄ prius mortuos fuscitare uiderant, mortuū uidebant. **At** ē contra mundus gaudebat. i. **Iudæorū** populus, qui ppter mundi amorē recte mundus uocatur, cū cerneret eū crucifigi, q̄ grauis erat etiā eis ad uidēdū, existimantes nomen eius esse deletū. Sed nunquid semp reprobū laetabuntur, & electi contristabuntur? **Non.** Dicā quid dicat: [**Tristitia uestra ueretur in gaudium.**] **Sed** tristitia apostolorū uera est in laetitiam, qn̄ (sicut ait euangelista Lucas) gauisi sunt discipuli uiso dñō. **Econtra** falsa laetitia **Iudæorū** cōmūrata est in mœstiam, intantum ut eius resurrectione audita, militibus pecuniam pmitterent, dicentes: **Dicite** qā nobis dormientibus uenerūt discipuli eius nocte, & fūrati sunt corpus eius, & si hoc auditū fuerit à präside, nos suadebimus ei, & seuros uos faciemus. **Sed** qā partem huius lectionis superius ḡthaliter ad uniuersalem ecclesiā pertinere diximus, suis uerbis dñs fide libus luctū & fierū indicat, quibus dicit: **Ame amen dico vobis**, quia plorabitis &c. usq; uertetur in gaudiū. In conualle nanḡ lachrymarū positi, sarcina p̄ctōrum grauati, non solū pro remittendis peccatis desinent, sed etiā pro expectatione æterna uitæ

H iii

Psalm. 6 quotidie gemunt, dicētes cum Psalmista: **Lauabo p**
Psalm. 79 singulas noctes &c. **E**t iterum: **Cibabis nos pane la-**
Psalm. 119 chrymarū. **E**t rursus: **Heu mihi quia incolatus meus**
&c. **E**t alibi, **Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die**
ac nocte. **R**ecolunt enim unde ceciderūt, & considerat
ubi **p**eruenerint. **D**umque reproborum pœnas & glo-
riam iustorum ante mentis oculos reducunt, in con-
spectu piissimi iudicis maculas peccatorū fonte ab-

Psalm. 37 luunt lachrymarum, dicētes cū Psalmista: **D**ñe, ante
te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non

Psalm. 55 est absconditus. **E**t iterum: **D**eus, uitam meam nuncia
ui tibi. Nec solum pro suis, sed etiam aliquoties pro
alienis sancti deflent peccatis, cum eo si irrevocabili-

Cor. 12. **s**tolas, qui dicebat: **Lugeo multos ex his qui antea**
peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super impu-
dicitijs quas gesserunt. At uero mundus gaudet, id
est, mundi amatores, cum extolluntur in honoribus,
in salute corporum, in abundantia rerum, in procrea-
tione filiorum. Rechte autem mundus uocantur, ga-

totū desiderium suū in mundi amore ponūt & nullā
aliā uitā diligūt, de quibus dñs ait in euāgeliō: Pater
iuste, mūdus te non cognouit. Et Iohānes apostolus:

Mundus totus in maligno positus est. **Sed umbrati-**

ca atque fumarica eorū lætitia in tristitia uertitur, quia

Job. 21. **s**icut ait beatus Job, **Ducunt in bonis dies suos, & in**

puncto ad inferna descendunt. quibus dñs ait in euāge-

lio: Vox qui ridetis, quæ plorabitis, quibus eris per pro-

phetam improperat, dicēs: Ecce serui mei latabantur,

uos aut confundemini, Ecce serui mei exultabunt

in lætitia, uos clamabitis præ dolore cordis, & præ

contritione spiritus uestri ululabitis. Iustorum autem

Luc. 6.

Isai. 65

T POST PASCHA

119

brevis tristitia in æternam lætitiam conuertetur, qñ
mortale hoc induc̄ immortalitate, & corruptibile
hoc induetur incorruptione. Et qui modo seminat̄
in lachrymis, tunc in gaudio metent. Et quando im-
plebitur illud quod dominus ait: Beati qui lugent,
qñ ipsi consolabuntur. Et Iob: Os ueracium imple- Job. s.
bitur risu. Tunc ergo reproborum lætitia in tristitia
uertitur, quando cum post uniuersale iudicium uide-
rint sanctos in gloria coronari, & se in tartaru pre-
cipitari. Et incipient lugere, dicentes: Isti sunt quos Sapien. s
aliquñ habuimus in derisum & in similitudinem im-
properij, nos insensati, uitam illorum æstimabamus
insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo
nunc inter filios dei sunt computati, & inter sanctos
sors illorum est? Sed quia discipuli nondum erant ca-
paces ad supradicta intelligēda, uolens dominus ex
rebus terrenis dare similitudinem, & ad eorū tristiti-
am consolandam, similitudinē intulit, dicens: Du-
lier cum parit, tristitiam habet, quia venit ho-
ra eius. Luxta literam ita est, quoniam mulier cum
parit, cum mœrore & tristitia parit: quia ex eo tēpo
re, quo primæ matri nostræ dictum est, In dolore pa- Gen. s.
ries filios, mulieris narura est cum mœrore & dolore
parere. Spiritualiter hæc mulier sancta significat ec-
clesiam, quæ nō propter mollitiē mulier dicitur, sed
propter cōiunctionem uiri, de quo iure canitur: No-
bilis in portis uir eius, quādo federit cū senatoribus
terrae. Ex fecunditate prolis mulieri comparatur, qā
hæc mulier tot quotidie filios dei parit, quot fideles
per undam baptismatis & gratiam spiritus sancti re-
generat. De qua regeneratione dominus alibi ait: Ni Joha. s.
si quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, etc. Hæc

H iii

120 DOMINICA III.

est enim illa mulier, de qua dominus in euangelio si-

Matth. 13 gurate loquitur, dicens: **Simile est regnum cælorum** fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum, quia ecclesia doctrinam sancti euāgeliū in tribus partibus mundi seminavit, **Asia, Africæ, Europa,** donec fermentaretur totum, id est, donec totum genus humanum prædicationem Christi audiret. De qua etiā per Sa-

lou. 31

lomonē dicitur: **Mulierē fortē quis inueniet?** Procul & de ultimis finibus precium eius. confidit in ea cor uiri sui, & spolijs non indigebit. In cuius typo uel figura regina Saba à finibus terræ uenit in Ierusalē audiens sapientiam Salomonis. Sed hæc mulier cū parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: quia sancta ecclæsia, cum in prædicatione inuigilat, aliquando ab exterioribus hostibus, semper autē ab interioribus premīt. Bellum enim quotidie agit, non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in cælestibus, sciens scriptum: **Multæ tribulationes iustorum.** Et iterum, Per

Psalm. 33

Actuū. 14

multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Ad cuius mulieris mēbra nouerat se Apostolus

pertinere, cum spiritualium filiorum lapsum gemebunda uoce deflebat, dicens: **Filioli mei, quos iterum parturio,** donec formetur Christus in uobis. Et propheta,

Sala. 4

cum dicebat: **A timore tuo domine concepimus,** & parturiuimus spiritū salutis. **Cum autē pepere-**

ris puerum. Sicut mulier nato puerō gaudet, sic ecclæsia, cum fidelium animas ad æternā uitam trans-

mittit, gratulat. **S**eper enim inter pressuras tribulatio-

vum subleuat spe præmiorū, illud Apostoli in me-

DOMINICA III.

121

moriam reducens. Non enim condigne passiones sunt
huius temporis ad futurā gloriam, quae reuelabitur
in nobis. Quale autem quantumve ibi sit gaudium,
his uerbis manifestatur, quibus dicitur: Ianō me-
minit pressurę præcedentis, propter gaudiū sub-
sequens: quia natus est homo in mundo. Tanta
enim gloria datur sanctis, ut non solū de futuro non
timeant, sed etiam præteritarum pressurarum obliui
scatur, sicut per Iohannē in Apocalypsi dicitur: Abs-
terget deus omnem lachrymam ab oculis sancto-
rum, & iam nō erit amplius neq; luctus, neq; clamor,
neq; dolor ullus, quoniā priora transferunt. De quo-
rum spirituali lætitia etiā per Psalmistam dicitur: Ex-
ultabunt sancti in gloria, latabuntur in cubilibus su-
is. Tanta enim ibi erit securitas, ut etiam morti insul-
tent, dicentes: Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est con-
tētio tua? Vbi est summa uita, imago mortis erit nul-
la: quia qui nunc pugnant in certamine, tunc corona
buntur in remuneratione. Recte autem homo natus
in mundo dicitur, cum anima fidelis ad futuram uitā
transit: quia sicut consueta narratione nasci dicimur,
cum de utero matris in mundū progredimur: sic fide-
lis anima spiritualiter nasci creditur, qñ de ærūna præ-
sentis uitā ad beatam uitam transire meretur. Vnde
mos ecclesiasticus obtinuit, ut dies beatorum marty-
rum siue cōfessorum, quibus de hac uita migrauerūt,
non funebria, sed natalitia uocemus: quia tunc felici-
us uiuere cōperunt, cum per mortis umbram ad uitā
æternam peruenire meruerunt. Quam uicam dñs si-
delibus promittit, dices: Qui credit in me, etiā si mor-
tuus fuerit, uiuet. Illa autem nativitas multo felicior
est ista, quia prima nativitate terris nascimur mortiu- Johan. 12.

H. v.

Psalm. 83

ri, secūda uero cælo nascimur sine fine uicturi, canētes
cum Psalmista: Melior est dies una in atrijs tuis super
millia. Exponens aut̄ dñs quid in similitudine, quam
de muliere proposuerat, intelligere ueller, adiunxit:

Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrū nemo tollet à uobis.] Aci diceret: Sicut mulier cū parit, tristitia habet, sic & uos de mea passione cōtristabimini: & sicut mulier nato pueru gaudet, si uos mea resurrectio lētificabit. Sed quid est quod ait, [Iterū aut̄ uidebo uos.] Nunquid aliquo interuallo temporis ab eius uisione abscondimur, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia: Nō. Sed quod ait, [uidebo uos.] tale est acī dixisset: Eruam uos de tribulatione, & liberabo uos de angustia. Vide eī nos dicitur deus tunc proprie, quando miseratus à pressura tribulationis absoluit, sicut ipse ait Moysi: Videns uidi afflictionē populi mei. &c. Et illud quod Psalmista precabatur, dicens: Vide humilitate meā & eripe me. Videlicet ergo apostolos dñs, qñ eos de angustijs, quas de eius passione sustinuerāt, liberauit. Siue certe quod ait, uidebo uos, tale est acī diceret per tropicam locutionem, uidere uos faciam. Vide enim deus dicitur, quando ut nos uideamus illuminat, sicut & cognoscere dicitur, quando ut cognoscamus facit, uelut ipse ait Abrae. Nūc cognoui quod timeas deū, id est, cognoscere te feci. Quod autem ait, [et gaudebit cor uestrum] datur intelligi, quia gauisum est cor discipulorū, quod de eius passione fuerat contristatum, quando eū à mortuis resurrexisse uiderūt. Et adhuc huberiori gaudio sunt iucundati, qñ hominem deo coniunctum, collaudantibus

Exodi. 3
Psalm. 115

Sene. 22

¶ POST PASCHA

123

angelis, in cælos ascendisse conspexerunt, sicut Lucas euangeliſta ait: Et ipſi adorantes, regrediſſi ſunt in Ie- rusalem cum gaudio magno, & erant ſemper in tem- plo laudantes & benedicentes deum. Quæritur autē quare dicat, [& gaudium ueſtrum nemo tolleret a uo- bis.] cum post eius ascensionem non ſolum frequen- ter cæſi, ſed etiā uinculis ſtricti & carceribus immiſſi legantur. Sed ſciendum quia gaudiū, quod de eius re ſurrectione & ascensione percepereunt, nulla tristitia, nulla pſecutio, nulla anguſtia ab eis auferre potuit, quin potius (ur scriptura refert) ibat gaudētes à cōſpe- ctu conciliij, dicentes dignos ſe eſſe pro nomine Iesu contumelias pati. Vnde & unuſ eorum gratulabun- Jacobusdus aiebat: O mē gaudium existimate fratres, cum in uarias tribulationes incideritis, ſcientes quia tribula- Roma. 5tio patientiam operatur, patientia autem probatio- nem, probatio uero ſpem, ſpes autem nos confun- dit, q̄a charitas dei diuifua eſt in cordibus noſtris per ſpiritum sanctum, qui datus eſt nobis. Hoc inuiſibile & inenarrabile gaudium dominus promittebat apo- ſtolis, cū dicebat: Petite & accipietis, ut gaudiū meū in uobis ſit, & gaudiū uōrm impleat. Huius ineffabilis gaudiū, qđ nemo ab ap̄lis auferre potuit, participē ſe nouerat eſſe ap̄lus Paulus, cū dicebat: Quis nos ſepa- Roma. 5rabit à charitate Ch̄ri? Tribulatio, an anguſtia? an fa- mē? an pſecutio? an nuditas? an gladius? Certus ſum q̄a neq; mors, neq; uita, neq; preſentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundū, neq; alia creatura poterit nos ſeparare à charitate dei, quæ eſt in Christo Iesu. Et nos igitur ſi pro modulo noſtræ fragilitatis in pre- ſenti uita cum apostolis contriſtarī non renuerimus, ad illud ineffabile gaudium, quod ille promittebar,

2. Cor. i.
Roma. 8

peruenire merebimur, quando introibimus in cōspe
ctu dñi in exultatione: quia (ut ait Apostolus) si fue-
rimus socij passionū, erimus & consolationis: et si cō-
patimur, & conregnabimus. Quod gaudiū nemo tol-
let à uobis, q̄a nulla uarietas, nulla tristitia, nullus me-
tus mortis in æterna lætitia inueniri poterit, sed (sic-
ut ait scriptura) gaudium & lætitiam obtinebūt qui
redempti fuerint à dño, & conuenient in Sion lærā-
tes, & lætitia sempiterna super capita eorum.

DOMINICA IIII.
post Pascha, Cantate. Iacobi. I.

Charissimi, Omne datum optimum, &
omne donum perfectum de sursum est.
Et reliqua,

Et generaliter de omnibus, & specialiter de una-
quaque deo data virtute intelligitur. Potest au-
tem & specialiter datum optimum, de continē-
tia matrimonij, & donū perfectum de uirginitate in-
telligi. **Descendens a patre lumenum.** Pater lu-
minum dicitur deus, quia ab ipso sive inuisibilium lu-
minū, ut sunt angeli, de quibus in principio dixit de-
us, Fiat lux: sive animarum illarū, quibus ait Iesus, Vos
estis lux mundi, seu inuisibilium, solis & lunę & stellarū,
generaliter omnia facta sunt. **apud quem non est**
transmutatio. Non enim mutabitur, qui dixit: Ego
sum qui sum. Motus & tempus, incrementum & de-
fectus, omnino diuina non accepit natura. **Nec vi-**
cissitudinis obumbratio. Non enim deus sicut di-
es post lucem obumbratur tenebris, q̄ semper lux lu-

etis creator omnis & origo est luminis. Voluntarie
enim genuit nos per gratiam utiq; non naturam.
Solum enim uerbū est, quod substātialiter ac proprie
dicitur filius dei: ceteri autem potestate ab illo acce-
pta, vocantur filii. Quotquot aut̄ reperit eum, ait
euangelista, dedit eis potestatē filios dei fieri. Ver-
bo veritatis. Veritas, deus pater. Verbum, filius est
eius. Sue ueritas, Christus: uerbum ueritatis, euange-
lūm est eius. Per euangeliū (inquit Paulus) ego uos
genui. Ut sumus initium aliquod creature ē-
eius. Initium creatura rationalis, angeli in cælo, in
terra Adam, in ecclesia ueteris testamenti patriarchæ,
in ecclesia Christi sanguine redempti apostoli sunt.
Nam uni eorum dicitur: Tu es Petrus, & super hanc
petram ædificabo ecclesiam meam. Quā ecclesiā apo-
stolus Paulus nouā creaturam appellat. Sit autē
omnis homo velor ad audiendū, tardus aut̄
ad loquendū. Sciebat enim apostolus eos ad quos
epistolas mittebat, primatum uebi uoluisse tenere,
& docere plusquam doceri: ideo admonet eos humi-
litatem seruare. Velocitas enim audiendi, facit homi-
nē docibilem: tarditas autem loquendi, mansuetum.
tardus ad iram. Quod naturaliter accidit, penit-
uetare non potuit. Tarditatem indixit, quia ira dila-
ta decrescit. Aliter: Tardus ad iram, id est, secundum
legem ueteris testamenti ad vindictam. Lex enim (in
quit: Apostolus) iram operatur, id est, oculū pro oculo,
dentem pro dente. Ira enim viri, iustitiā del-
non operatur. Iram euim uiri dicit iram hominis,
qua secundum testamenti ueteris usum, semper cu-
pit exercere vindictā. & in novo testamēto ubi scri-
piū est, Nolite resistere malo, nō operatur iustitiā. Ali-

DOMINICA III.

ter: Ira uiri iustitiae operatur, subintelligit ira dei, quae humano dicitur affectu iustitiam operari, ut in Sodomyis, in Pharaone, in Aegypto, in mari rubro, & in iudeo Israelitico populo in deserto. **Vñ** Psalmographus canit: Irat enim fure ore dominus in populu suu. & multis in locis legimus, ubi ira dei, quae semper iustissimo fit examine, restringim opera iustitiae. **D**ropter quod ab inefficientes oem immunditiae. Alij in hoc loco immunditiae, specialiter idolatria intelligere uoluerunt. Alij fornicatione immunditiae, quae sit cum mulieribus, cum masculis, cum pecudibus, & his similia. Postremo, ut generaliter de omni intellegeres malitia, addidit, et abundantia malitiae. Sicut enim radix uirens in terra uirgilia germinat, sic malitia latet in corde uitia generat. In mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas uestras. In mansuetudine, hoc est, sine ira & disceptatione suscipite per fidem rectam in mente pura. Insitum, a deo missum, & in membris nostris susceptum: ut ubi abundauit peccatum, superabut gratia. Verbum, inquit, hoc est, uerbum credulitas, uerbum euangelij. Postremo, uerbum illud de quo Iohannes ait: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Qui & saluator dicitur, quia potest saluare animas uestras.

DOMINICA IIII. post Pascha, Cantate. Iohan. XVI.

D In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum quem sis me, & nemo ex uobis interrogat me, quo uadis? Et reli,



Frequenter ab initio suae prædictiōis domin⁹ discipulos se diligere ostēdit, maxime tamen tunc affectum dilectionis in eis exhibuit, cū imminēte passionis articulo, per corporalem præsentiam ab illis recessurus erat, sicut idem ipse euangelista alibi manifestat, cum dicit; *Johanniz*

Sciens Iesuſ quia uenit hora eius ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset ſuos qui erant in mūdo, in finem dilexit eos. **S**icut em̄ doctus paterfamilias, cū in lōginquā regionē profecturus eſt, tunc maxime ſibi ſubiectos, qualiter ſe prouidere debeāt, cōmonet: ita dominus Iesuſ Christuſ ab apostoliſ corporaliter recessuruſ, ſpecia-liter quomodo in mundo cōuerari deberēt, eis ostēdere dignatus eſt, dicens: **I**n hoc cognoscent omnes quia mei diſcipuli eſtiſ, ſi dilectionem ad inuicem ha- bueritis. **E**t iterum, Mandatum nouum do nobis ut diligatis inuicem. & cætera hiſ similia. **Eadem** q̄ no-ete qua à diſcipulo tradenduſ erat, non ſolum pedes diſcipulo rum lauit, ſed etiam myſterium corporis et ſanguinis ſui eis tradidit. **E**t cum multipli ci sermonē de ſua ac patris diuinitate eis loqueretur, non ſolum reſurrectionem, ſed etiam ſuam aſcenſionem prædi- cere uoluit, dicens: **V**ado ad eum qui miſit me. **V**bi querēdū, quare dicat, [V]ado ad eū q̄ miſit me.] cum alibi diſcipuliſ dixiſſe legatur, **E**cce ego uobis cuſum omnibus diebus uſq; ad conſummatiōneſ ſecū

Illi: Sed hæc quæstio facile eorum mentibus patet, qui in uno mediatore dei & hominum utrancq; naturam, sci licet diuinam & humanam, confitentur. Manet ergo cum discipulis per diuinitatem, & uadit ad patrem p humanitatem, à quo nunquam discessit per diuinitatem, sicut ipse dicit: **Ego & pater unum sumus.** Venire & abire, humanitas ē: manere & esse, diuinitatis, & ideo cū discipulis māsit per hoc, quod in principio erat uerbum, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbum. **V**adit ad patrem per hoc, quod uerbū caro factum est, & habitauit in nobis, sicut ipse alibi ait: **E**xui à patre & ueni in mundum, & iterū relinquō mundum, & uado ad patrem. **E**t iterum: **N**emo ascendit in cælum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis q̄ est in cælo. **Q**uod autem subiungit, **E**t nemo ex vobis interrogat me, quo vadis, tale est acī dicere: Tam lucida & præclara erit ascensio mea, ut nullus uestrum indigeat me interrogare quo uadim, uidentibus cunctis q̄od cælum ascendam. **N**am cum superius iturum se ad passionem prædiceret, dicens:

Johan.13. **F**ilioli, adhuc modicum uobiscum sum, & sicut Iudeus dixi, quō ego uado, uos non potestis uenire, interrogauit eum Petrus, dicens: **D**omine, quo uadis? **V**isa autem ascensionis gloria, non necesse habuerūt interrogare quō pgeret, q̄a(sicut Lucas narrat in Actibus apostolorū) uidentibus cunctis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorū. **E**t cum intueretur in cælum euentem illum, continuo duo uiri astiterūt iuxta illos in uestibus albis, qui & dixerunt: **V**iri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? **H**ic Iesus qui assumptus est à uobis in cælum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euentem in cælum. **E**t quia nouerat

T POST PASCHA

129

dominus quod hæc sua uerba tanto maiorem tristitiam in cordibus apostolorum generarent, quāto se uicinus ab eis recessurum prædicebat, adiunxit, dicens: Sed quis hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Nec enim absq; gravi uerore eius absentiam corporalem audire poterant, cuius gratia de mundo electi erant, cuius doctrinæ instruebantur, cuius sermonibus informabantur, cuius miraculis iucundabantur. Et quem obicem & defensorem in omnibus sentiebāt, sine magno dolore ab eo separari non poterant. Vnde cū suā passionē alibi prædiceret, phibere uolens eum Petrus, aiebat Proprius esto, tibi dñe, nō fiat istud, non enim decet ut filius dei gustet mortem. Et cū in ultima cœna recumbens diceret, Vnus uestrum me traditurus est, cōtristati ualde, cōperunt dicere singuli: Nunquid ego sum dominus? Sed eorum hanc tristiciam plius magister benigna cōsolatione lenire curauit, dicens: Ego ueritatē dico vobis, expedīt vobis ut ego vadam. Acsī diceret: Ego qui ueritas sum, ueritatē uobis dico. Necessæ est ut hæc forma serui, quam in me cernitis, quam sincero amore diligitis, à uestris conspectibus corporalibus subtrahatur, ut formam diuitatis in me perfectius intueriualearis, sicut ipse alibi dicit: Si diligenteris me, gauderetis utiq; quia uado ad patrem, quia pater maior me est. Vnde recte subditur: Sicutem non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, missam eū ad vos. Nunquid poterat dare spiritum sanctum in terris, cum manifeste legatur post resurrectionem, quoniam insufflavit & dixit, Accipite spiritum sanctum. Poterat utiq; Sed quādiu apostoli deum hominem

Joh̄.14

DOMINICA III.

secum conuersantem, conuescentem, colloquenteis
bebant, eius præsentia delectati, minus ad sciendā di-
uinitatem oculos mentis erigebant. Postquam autē
dominicū corpus ad patris dexteram collocatum
nouerunt, illō totum suum desiderium transtulerū,
quo caput præcessisse cognoverunt, iuxtra illud quod

Matth. 6. alibi à domino dicitur: **Vbi** est thesaurus tuus, ibi ē &

Luce. 17 cor tuum. Et iterum: **Vbi** fuerit corpus, illuc congre-
gabuntur & aquilæ. Et ideo tanto perfectius spiritu

sanctum post ascensionem accipere uisibiliter merue-
runt, quanto in eius amore amplius exarserūt: & hoc
est quod ait, [Si ego non abiero, paracletus non ueni-
et ad uos,] Bene autem spiritus paracletus nomina-
tur. παράκλησις enim græce, latine consolator siue ad-
uocatus dicitur. Bene consolator dicitur, qui non so-
lum tūc corda apostolorum de domini absentia mo-
rentia consolari dignatus est, sed etiam quotidie pro
peccati perpetratione lugentibus, dum spem promit
tit uenia, maximam consolacionē tribuit. Cuius con-
solationis ope se subleuatum nouerat, qui dicebat:

Psalm. 93 Consolations tuæ dñe letificauerunt animam meā.
Pro quo in græco legit: ἀπαρεκλήσομαι, εὐφραντυγε-

Psal. 118 θυλαγμω. Et iter: Memor fui iudiciorū tuorū dñe a se-
culo, & cōsolatus sum. Recte etiā idē spiritus aduoca-

tus dicit, quia pro nostris excessibus quotidie patrem
interpellat, sicut ait Apostolus: Nā quid oremus, sic-
ut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro no-
bis gemitibus inenarrabilibus. Quantum autem de
eiudē spiritus dono apostoli profecturi essent, ma-
nifestatur cū subditur: **Et cum venerit ille**, arguet
mūdum de peccato & de iustitia & de iudicio. Ma-
nifestum est autē quod dñs Iesus Christus per semet

Roma. 8

POST PASCHA

131

spsum mundū, id est, amatores mundi, de peccato & de iustitia & de iudicio redarguit. **D**e peccato redarguit eos, qā in eū credere noluerunt, de quibus alibi ait: Si nō uenissem et locutus fuisssem eis, peccatū non haberent. Nunc aut̄ excusationem de peccato suo nō habēr, qā uiderūt me, & odio habuerūt me gratis. **D**e iustitia redarguit eos, qā iustitiā & simplicitatē aplo-
rū imitari noluerūt. **A**d quā cōparationem recte iu-
dicādi sunt, qbus ipse ait: Si ego in Beelzebub ejicio **Luce. 10.**
dæmonia, filij uestrī in q̄ ejiciūt. Ideo ipsi iudices uiri
erūt. De iudicio redarguit eos, qbus cū diabolū iā iu-
dicatū ostēdisset, dicens: Videbā satanam sicut fulgur **Luce. 10.**
de celo cadētem, magis sub eius durissima seruitute
manere uoluerūt, q̄ ad liberatoris leue iugū trāsire.
Sed qđ dñs per semetiūm in una gente Iudeor̄ fecit,
hoc sp̄m sanctū, p̄mittit factū in uniuersas gētes per
ſicationē ap̄l̄or̄. Redarguit em̄ sp̄s sanctus mun-
dū (id ē, mūdi amatores) per ap̄l̄os de peccato, qñ in-
credulitatē infidelū condemnauit, sicut p̄ ap̄l̄os sp̄s
sanctus nō credētibus dicit: Vobis quidē oportuerat **Act. 10. 13.**
primū loqui uerbū dei, sed quia repellitis illud, & in-
dignos uos iudicatis æternę uitę, ecce cōuertimur ad
gentes. Et pulchre in primordio dñs p̄st̄m increduli-
tatis, quasi speciale posuit: qā sicut fides origo est om̄i
uirtutū, sic incredulitas fundamētum omniū uitior̄:
& sicut iustus ex fide uiuit, sic q̄ nō credit, iā iudicatus
est. **D**e iustitia vero, quia ad patrē vado, et iam
nō videbitis me. Sicut iustitia apostolor̄ in eo ma-
xime cōprobata est, q̄ eum quē humiliē hominē uide-
runt, sublimē deum crediderūt: sic & iustitia cæterora
fidelium in hoc laudabilis appetet, qđ eum quē cor-
poraliter nō uident, mēte diligūt & credūt. **Vnde bñ**

I 13

dicitur. [De iustitia uero, quia ad patrem uado, & si non uidebitis me.] Quod est dicere: Non me uidebitis mortalem, corruptibilem, esurientem, fientem, quem me uidere adhuc possunt reprobi. Sed uidebitis me immortalem, incorruptibilem, qualem me uide re potuere soli oculi iustorum. De iustitia ergo redarguit illos spiritus sanctus, quos iustorum bona opera imitari piget, qui cum deum corpore non uident, eum tamen se bonis operibus diligere ostendunt. De iudicio quantum, quia princeps mundi huius iam iudicatus est.

Principem mundi diabolum dicit, qui quoniam principatum in eorum cordibus sibi uendicabat, qui magis mundum quam crearem deum diligir, de quod dominus ait: Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.

Princeps ergo mundi iam iudicatus est, quia per dei presentiam a cordibus fidelium eius potestas expulsa est, sicut dominus ait: Nunc hora est ut princeps huius mundi eiiciatur foras. Redarguit ergo spiritus sanctus eos a iudicio, quos exemplo damnati angeli, ne contra deum superbire audeant, terret, sicut Iudas apostolus ait: Angelos, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicio magni dei iudicandos reseruauit. Sed quia ad redarguendum de peccato & de iustitia & de iudicio, nouerat dominus corda apostolorum adhuc esse fragilia per spiritus sancti aduentum roboranda promittit subiectis: Adhuc habeo multa vobis dicere, sed non potestis portare modo.

Cum autem veneris ille spiritus veritatis. Spiritus ueritatis dicitur, quia a patre ueritatis procedit. Quod autem subiungit, Docebit vos omnem ueritatem, non solum ad presentem, sed etiam ad futuram uitam per-

Jobā.14.

Jobā.12.

POST PASCHA.

133

tinet. Nullus tam perfectus in præsentia uita esse potest, ut oëm ueritatë capere possit, maxime cù apostolus Paulus, qui rapius usq; ad tertium cælum fuerat, dicat: Ex parte em cognoscimus, & ex parte prophetamus. & Psalmista: Existimabam ut cognoscere m, hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Psalm. 72 dei, & intelligam in nouissimis eorū. Docebit uos ergo oëm ueritatë, quia quod minus quisq; fidelis deo intelligit, in futura uita perfectius spiritus sanctus intelligere faciet, quia (sicut ait Apostolus) nunc uide-mus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad 1 Cor. 13 faciem. Vel cerre quod ait, [docebit uos omnem ueritatem,] id est, diffundet in cordibus fidelium ueritatē uel charitatem, per quam doceat amare omnē ueritatem. Et quia patris & filij eiusdemq; spiritus sanctus una est substantia & una diuinitas, recte subditur: **Hon enim loquetur a semetipso.** Nō loquetur spiritus sanctus à se ipso, quia à patre & filio procedit, & quibus est una essentia atq; una natura, nō possunt diuidi, ut unus sine altero loquatur: sed quod loquitur pater, loquitur filius, loquitur spiritus sanctus. **Vnde** & sequitur, **Sed quæcunq; audies, loquetur.** Audiet scilicet à patre, à quo est nō temporaliter, sed æternaliter non uisibiliter, sed inuisibiliter. Loqui enim spiritui sancto, est occulta inspiratione mentes nostras docere, iuxta quod dominus alibi ait: **Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis,** & nescis unde ueniat aut quod uadat. **Quod aut subiungit,** Johan. 3 **Et quæ** **ventura sunt annunciat vobis,** pater iuxta li-teram, quia frequenter fidelibus spiritus sanctus fu-tura annunciauit, quibus mysterium prophetādi de-dit. **Sed quod cunctis fidelibus generaliter conuenit,**

194

DOMINICA V.

spiritus sanctus futura annunciat: quia omnes quo se
pleuerit, ad amadum uitam æternam quæ futura est,
inflammat. De quo adhuc subdit, **I**lle me clarifi-
cabit. Clarificauit spū sancto filiu, qñ oem timore ad
cordibus apostolor expulit, & ad unigenitū dei filiu
fdicādum idoneos reddidit, sicut scriptū ē in Actib
apostolor, Repleti sunt omnes spiritu sancto, & lo-
quebantur uerbū dei cū fidutia. Clarificauit etiā spi-
rus sanctus filiu, qñ ab eo missus, sicut fuerat pmissus,
die Pentecoste, scientiam oim linguaris apostolis tri-
buit. Vnde in Actibus apostolor legitur, Et repleti
sunt omes spū sancto, & cœperūt loqui uarijs linguis,
prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Clarificauit
etiam filium, cum prædicatores filij tantis ac talibus
uirtutibus adornauit, ut uniuersus orbis ad eius cre-
dulitatem cōcurreret. Quod aut̄ ait, **Quia de meo**
accipiet, & **a**nnunciabit vobis, subaudiendū est,
de meo patre. **Quem** de nullo fit, de nullo procedit,
solus est pater. Filius autem à se ipso non esse dicitur,
quia à patre natus est. Spiritus sanctus à patre accipe-
re dicitur, quia à patre & filio indiuisibiliter pcedit.
Vnde & sequit: **O**mnia quæ habet pater, mea
sunt. **E**t ideo dīri quia de meo accipiet, et an-
nunciabit vobis. Id est, nota ea uobis faciet.

S DOMINICA V. POST

Pascha, Vocē iucunditatis, Iacob. I.

Charissimi, Estote autē factores uer-
bi, & non auditores tantum, fallentes uos
metipso. **E**t reliqua.

POST PASCHA

135

Verba diuinia factis nos oportet adimplere, si
ad celestia regna uolumus peruenire. **Iacobus**
apl's nos in p̄fenti lectione, ut audistis, hortat,
dicens: Estote autem factores verbi, et non auditores **imi**
ti. Factores uerbi sunt, qui custodiunt p̄ceptū
dñi, fallentes vosmetipso. Fallētes autem sunt, qui
ueriantur in alijs rebus, desiderantes euangeliū audi-
re, sed nō implere, siue qui abscondit a sacerdote diui-
no medico luḡ uulnera peccator̄, nec ea ad suā uult
aperire salutem. Nec scripturam, neq; sacerdotē, sed
semetipsum fallit, dum non dei, sed diaboli sequitur
uoluntatem, de quibus subditur: Quia si quis au-
ditor est verbis et non factorum, hic comparabitur uiro
consideranti uultū natuitatis suæ in speculo. Consi-
derauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fu-
erit. **I**Mulierū mos est in speculo se considerare, ut se
ualeant adornare, q̄liter uiris suis placere possint. Ita
aias nostras oportet nos solicite considerare in specu-
lo euāgelij, & ei⁹ perp̄dere dicta, qđ exinde ornamē-
tiū in adimplētiōe sacramentor̄ eius habeamus, ut ui-
to nostro Christo dño placere ualeamus. Si uero qđ
minus ornamēti aiabus nostris imperfecto opere
euāgelij habeamus adepiū, omni sollicitudine festina-
re oportet, ipsum nobismetipſis ornamētū exhibere
in operibus sanctis, ne cū sp̄olsuſ noster Christus, hora
q̄ non putamus, uenerit & uocauerit nos forte impa-
xatos inueniens, excludamur a nuptijs regni c̄lestis.
& postremo cum fatuis uirginib⁹ fruſtra ante ianu-
am incipiems clamare, & aditum introeundi quāre-
re, cum non possumus inuenire. Non ergo obliuiscā-
tur præceptorum dñi, que sunt animarum ornamē-
ta nostrarū, sed seruientes uoluntati eius, adorne-

I iiiij

DOMINICA IIII.

mus nos dignis moribus & sancta conuersatione, ut
 cum Christus sponsus noster nos uocatus uenerit,
 mereamur cum eo ad gaudia æterna peruenire. Seq-
 tur: Qui autem perspererit in lege perfectæ li-
bertatis, & permanenterit in ea, non auditor obliu-
sus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo e-
rit. Legem libertatis charitatē dicit, de qua Paulus
 ait: In libertate charitatis Christi uocati estis. Et iter-
 Onera uestra inuicē portantes cū charitate. Nā si qs
 in charitate perfecta se custodire fatererit, deū uide-
 licet ex toto corde, tota anima, tota diligendo uirtu-
 te, & proximū suum sicut seipsum: hic nō auditor ob-
 liuiosus factus, sed factor operis euāgeliī cōprobaat.
 Et si in eadē speculatione diuinæ legis operādo per-
 manserit, hic uere beatus erit, & ad beatitudinē perue-
 niet semipaternā. Si quis autē putat se religio-
 sum esse, nō refrenās linguā suā, laudando se-
 meripsum, & pro b̄nis suis qua fecerit, glorificare se
 corā hoībus quæsierit, ut phariseus st̄as in tēplo, & cō-
 putans bona sua, nō se sicut publicanū esse profiteba-
 tur, [nō refrenās linguā suā. Id est, cor suū ab elati-
 one uel uane gloriæ appetitu, uel etiā linguā suā cu-
 stodiendo adtractione uel blasphemia: quia ocio-
 sum est à quibusdam se uitij abstinere, si non refe-
 nauerit linguā suā. Vnde dicitur in psalmo: Quis est
 homo qui uult uitā, & cupit uidere dies bonos? Cohi-
 beat linguam suam à malo, & labia eius ne loquātur
 dolum. Nam subditur: sed seducens cor suū, hu-
 ius vana est religio, qđiu cōsistit cor suum in sup-
 bia sua. Religio mūda & immaculata apud de-
 um & patrem h̄c est: Visitare pupilos & vi-
 duas in tribulatione eorum, Cura pupillorū ac

PRE POST PASCHA

137

viduaꝝ ecclesiæ cōmendaꝝ, & sacerdotibus magnū
periculū cōminatur, si contradicentibus ueritati resi-
stere noluerint: qm̄ quisquis psonam potentis acci-
pit, & ueritatē loqui pauescit, graui multaꝝ culpa sen-
tentiae. Multi eī presules ecclesiæ, timētes ne ami-
citiā pdant, & molestiā odiorū incurvant, peccātēs
non arguunt, & corripere pauperū oppressores ue-
rentur. Nec p̄timescunt de leueritate reddēdāratio-
nis, p eo q̄ conticescūt de plebibus sibi cōmis̄is, qm̄
à potentibus pauperes opprimūtur. Ad eripiendos
eos boni sacerdotes protectionis auxiliū ferunt, nec
uerentur cuiusquam inimicitiarꝝ molestias, sed op-
pressores pauperū palā arguant, increpat, excom-
municant minusq; metuunt eorū nocendi insidias,
et īāsi nocere ualeant. Pastor eī bonus animā suam
dat pro ouibus suis. Nam sicut p̄ uigilias pastor con-
tra bestias oues custodire solet, ita & dei sacerdos su-
per gregē Christi sollicitus esse dicit, ne inimicus ua-
stet, ne p̄secutor infestet, ne potentioris cuiusq; cupi-
ditas uirā pauperꝝ inquietet, sed sua potius solitudi-
ne & cura diligenti, uitā & salutē mereant̄ eternam.

DOMINICA QVINTA

post Pascha, Vocem iucunditā

tis. Iohannis XVI.

TIn illo tempore Dixit Jesus discipulis
suis: Amen amen dico uobis, si quid petie-
ritis patrem in nomine meo, dabit uobis.
Et reliqua.

LArgitor uirtutū & remunerator meritorum dñs Iesu Christus, sciens humanam naturam nihil boni habere posse, nisi per eius gratiā, gat, Sine me nihil potestis facere, ad instātiā orandi & importunitatē petēdinos alibi hortatur & ad-
Matth. 7. monet, dicēs. Perite, & accipietis: querite, & inueni-
 tis: pulsate, & aperietur uobis. Et ne aliquis imperra-
 re se posse qđ postulat dubitaret, si tñ in oratione nō
 deficiat, magnam fiduciā petētibus in exordio huius
 lectionis exhibuit, dicens: Amen amen dico yo-
bis, si quid petieritis patrem in noīe meo, dabit yobis. Vbi notandū quia cum nos ad petendū
 hortatur, sua gratuita dona, nostra uult esse merita;
 & ideo quāuis sciat quid nobis necesse sit, ante qđ pe-
 ramus eum, ut inueniat in nobis qđ iuste remuneret,
 ad petendū nos inuitat, dicēs: Omnis qđ perit accipit, &
 qui querit inuenit, & pulsanti aperiet. Sed forte mo-
 uet minus intelligentes, quare dicat, Si quid petieritis
 patrem in noīe meo, dabit uobis, cū legimus non so-
 lum inferiores quoq; sed etiam Paulū apostolū, qui
 summa perfectionis fuit, aliquid petiisse, & nō impe-
 trare. Sed ut ueridica dñi promissio nobis clarius ele-
 ceat, libet diuersas psonas petentiū inspicere, & cau-
 fas impenrandi uel nō impenrandi discernere. Aliqñ
 enim soleat contingere, ut in oratione bona perātur,
 sed quia mali sunt qui petunt, à dño exaudiri nō me-
 rentur. Superflue nāq; se exaudiri à dño putat in ora-
 tionibus suis, qui eū audire cōtemnunt in suis sermo-
 nibus, Salomone testāte, qui ait: Qui obturat aurem
 suāne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Ali-
 qñ uero carnales carnalia petunt, & ideo à dño non
 exaudiuntur, quibus per beatum Iacobum apostolū

Proue. 28.

dicitur: Petitis, & non accipitis, eo q̄ male peratis, ut Jacob. 4.
in cōcupiscētijs uestris permaneatis. Aliqñ boni bo
na petunt, sed illorū mala merita, p̄ quibus petūt, eis
obſtrunt ne audiantur: quales erāt illi, p̄ quibus Ie
remia à dñō dicitur: Tu uero noli orare pro populo
hoc, & non aſumas pro eis laudes & orationem, qa
nō exaudiam te. Et iterum: Si ſteterint Moyses & Sa
Jeremi. 7.
muel corā me, non eſt aia mea ad populū iſtum. Nec
Jeremi. 15.
tñ putandū quod à fructu mercedis priuemur, quo
ries, p̄ iniquis orantes, exaudiri non meremur: quia
etfi illi nō ſunt digni accipere, p̄ quibus petimus, no
bis tñ probona intentione merces recompēſabirur.
Vnde bene non dixit ſimpliciter, [Si quid petieritis
patrem in nomine meo, dabit.] sed cum additamen
to, [dabit uobis.] Quod eſt dicere: Etsi illi non me
renetur accipere pro quibus petitis, uobis tñ pro aſſe
ſtu charitatis merces retribuetur, ſicut Psalmista ait:
Et oratio mea in ſinum meum conuerteretur. Aliquān
do ſancti ſancta petunt, ſed quia eorū petitio in præ
ſenti nō impletur, reſtat ut in futuro impletatur: ſicut
uniuersalis ecclesia quotidie in oratiōe deum poſtu
lat, dicens: Adueniat regnum tuum. Quod regnum
etfi non mox finita oratione aduenit, tamē poſt uni
uersale iudicium fine dabio creditur uenturum. Ali
quando ſancti in oratione cōtraria animae ſue igno
ranter petunt, occulto tamen dei iudicio, nō ad uo
luntatem, ſed ad ſalutem exaudiuntur. Multo enim
ſalubrius eſt exaudiri ad ſalutem, q̄ ad uoluntatem.
Quod ut manifeſtius intelligatur, duos in medium
ponamus, unum malum, & alterum bonum: ita ta
men, ut bonus petiſſe legatur & non impetriffe, ma
lus autem petiſſe & impetriffe. Sed ne aliquis tacita

conscientia dicat, fieri non posse, illū ante oculos dei iniustum esse qui exauditus est, & illū iustum esse q̄ non exauditur: talis in malo ponendus est, cuius maiestatim nullus ignoret: & talis in bono, de cuius sanctitate nullus dubitet, Paulus scilicet apostolus & diabolus. Quis enim diabolū auctore, maliitia esse negat, maxime cū per beatum Iob de eo dicatur, Omne sublime uidet, & ipse est rex sup omnes filios supbiens. **Quis uero Paulū apostolū post conuersionem san-**

Job. 41

Actuū. 9. Etūm fuisse dubitet, maxime cū ipse iudex de eo testatur, dicens: **Vas electiōis mihi est iste, ut portet nō**

Job. 1.

men meum corā gentibus & regibus & filiis Israel. Nullus. Et tñ diabolus petiit, & impetravit: **Aposto-**

lus uero petiit, & non impetravit. Petiit diabolus ut substantiā Iob deleret, & audiuit. Ecce uniuersa quæ habet, in manu tua sunt. Petiit Apostol⁹ ut auferret ab eo stimulus carnis suæ, & non impetravit. **Quis ergo horum magis exauditus est? diabolus, an Apo-**

stolius? Diabolus exauditus est ad uoluntatem, non tamen ad salutē: quia inde deterior effectus est, unde

sancto uiro damnum inferre conatus est. Apostolus uero non est exauditus ad uoluntatem, sed ad salutē:

quia non expediebat illi ut stimulus carnis suæ ab eo auferret, qui ob custodiā humiliatis ei datus fuerat,

sicut ipse dicit: Et ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus sa-

thanæ, ut me colaphizet. Propter quod ter dñm ro-

gau, ut discederet à me, & dixit mihi: Suffici tibi gra-

tia mea, nā uirtus in infirmitate perficitur. Quicq̄

ergo fide non dubitans, ea quæ ad salutē animæ suæ

pertinent, perseveranter petiit, sine dubio exauditur

aut in præsenti aut in futuro. Vnde bene dñ, [in noīe

POST PASCHA

141

meo.] Nomen uero eius, Jesus est. i. saluator siue sa-
lutaris. Ille ergo in nomine Iesu petet, qui animæ suæ sa-
lutem querit. Ulos mō non petistis quicquā
in nomine meo. Nunquid nō ante petierant apostoli, Matt. 24.
dicentes: Dñe, dicit nobis qñ hæcerunt uel, Quod si-
gnum aduentus tui & his similia. Fecerūt utiq. Sed
quod ait, [Vsq̄ modo nō petistis quicquā,] duobus
modis intelligi potest. Siue non petistis quicquā, qa-
me æqualem patri nō credidistis, ut in nomine meo pe-
teretis: siue certe non petistis quicquā, quia ad cōpa-
rationē eorū quæ petere debuistis, nihil sunt quæ pe-
tistis. Fragiles nanc̄ mentes apostolorū ante passio-
nem prius terrena & transitoria petere nouerāt, sic-
ut de duobus filiis Zebedaei legimus, qui persuaserūt
matrib⁹ ut peteret ab eo, ut unus sederet à dextris & al-
ter à sinistris in regno eius. Sed quia ad cōparationē
eorū q̄ petere debuerant, nihil erat qđ petebant, p̄
tinus audierunt: Nescitis quid p̄tatis. Terrena nanc̄
& transitoria & ternæ felicitati comparata, nihil sunt
restimanda. Sed q̄a haec tenus ad ea quæ æterna sunt,
petēda pigri fuerant, dñi sermonibus ad petendum
incitātur, cū dicitur: Petite. Et ne se accepturos dubi-
tarent, recte subiugitur: Et accipietis. Quid autē prin-
cipaliter petere deberet, manifestatur, cū subinserit
Ut gaudiū uestrū sit plenū. Vbi ordo uerbōrum
tal⁹ est. Petite ut gaudiū uestrū sit plenū, & accipie-
tis. In quo loco ostenditur, quia in oratione nō aut
non argentū, non terrenas diuicias petere debemus:
non præsentis uitæ longitudinem, sed uitæ æternam,
& ea quæ ad illam pertinet, i. uirtutes animæ. Plenū
ergo & perfectū gaudium esse non potest, ubi fragi-
litas mutabilitatis ita uariatur, ut uix unius horæ sp̄

tio gaudiū nobiscū permanere possit. Subito em̄ lātitia à tristitia absorbetur, gaudiū in dolorē uertitur, sanitas infirmitate lādit, ampla possessio paupertate tenuatur, prosperitas aduersitate p̄sternitur, iuuenitus ad senectutē, uita currit ad mortē. Cū ergo dicit, [Petite & accipietis, ut gaudiū uestrū sit plenū.] illā singularē ac beatam uitā nos petere admonet, ubi est latititia sine tristitia, gaudiū sine dolore, securitas sine timore, uita sine morte. Quā qui adepti fuerint, gaudiū & latitiae obtinebunt, & fugiet ab eis omnis dolor & gemitus, qñ implebitur quod dñs alibi p̄mittit, dicens: Iterauidēbo uos, & gaudebit cor uōrum, & gaudiū uestrum nemo tollet à uobis. Hanc deuo-

Psalm. 26. tūs ille supplicator specialiter cōcupierat, cum dicebat: Vnam petijā dñi, hanc requiram, ut inhabitē in domo dñi omnibus diebus uite mea, & uideam uoluntatem dñi. Et iterā: Credo uidere bona dñi in terra uiuentū. Hæc in prouerbijs locutus sum uobis. Uenit horā, diem p̄trecosten intelligere possumus. Cum iā in prouerbijs nō loquar uobis, sed palam de patre annunciao uobis.] Prouerbia quædā similitudines dicunt, quæ ad obscuriores quaq̄ sententias intelligendas necessarie ab autorib⁹ adhibentur, ut saltē per uisibilia inuisibilia cognoscere queant. Vnde liber Salomonis prouerbior⁹ nomen accepit, eo quod paruulor⁹ ignoratiā ḡ quasdam imagines uel similitudines, ad sapientiam descendam suadeat. Locutū ergo se dicit dñs in prouerbijs, q̄a prius fragilitati discipulor⁹ condescendens, ut mysterium regni celorum facilius capere possent, in suis sermonib⁹ similitudines adhibuit, sicut ait Matheus euāgelista: Loquebāt Iesus cū disci-

pulis suis in parabolis, & sine parabolis nō loquebat
eis. Sed cū promittit se nō in puerbijs locutus, sed pa-
lam de patre annunciatuſ, ad tantā perfectionē per
spūs sancti aduentū ostendit eos uētuſos, quibus nō
necessē sit iā in puerbijs quaſi paruulis loqui, cū idē
spūs sanctus adueniens, palā de patre annūciet. i. p-
fecte cognoscere faciat, q̄liter pater in filio & filius
sit in patre. Et quæcūq; potest pater, pōt ſimiliter &
filius. Lcdm quod ipſe ait: Omnia q̄ habet pater, mea
sunt. Vnde & ſubdit: Ilo die in nomine meo pe-
tetis. Quod eſt dicere: Illo die cum spūs ſctūſ adue-
niens cognoscere uos fecerit, q̄a ego & pater unū ſu-
mus, in noīe meo petetis, quia æqualē patri me eſſe
cognoscetis, & omnia me dare poſſe cū patre crede-
tis. Siue quod ait, [In noīe meo petetis,] tale eſt acſi
diceret: Cum spūs sanctus adueniēſ terrena uos p-
ete cōtēnere fecerit, ſolūmodo quæ ad ſalutē anima-
rum perrinent, petenda intelligentis. Et quia Chri-
ſtus ita homo apparuit, ut perfectoſ eſſet deus, recte
ſubiūgitur: Etnon dico vobis q̄z ḡo rogapo
patrē de vobis. Quia enim homo eſt, alibi patrē
pro diſcipulis rogaſſe legitur, dicēſ: Pater sancte, ſer- Johan. xv.
ua eos in noīe tuo, quos dediſti mihi. Et iterum: Pa-
ter, cum eſiem cum eis, ego ſeruabam eos quos dedi-
ſti mihi. Nunc aut̄ pro eis rogo, non pro mundo. Ec-
non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerues eos à
malo. Et alibi Petruſ: Ego pro te rogaui Petre, ut nō Lucc. 22.
deficiat fides tua. Nunc autem non rogaturum ſe pa-
trem pro diſcipulis dicit, quia omnipotens eſt in di-
uinitate cū patre. Rogat ergo patrem per humani-
tatem, quia omnia poſtulata dat cum eo per diuini-
tatem. Siue certe per hoc quod ait, Et non dico vobis

quia ego rogabo patrem de uobis, ad tantā beatitudinem sanctos ostendit esse uēturos in æterna uita, ut nullius auxilio uel prece indigeāt: quia eterna beatitudine replebuntur, sicut dñs per Ieremiā p̄phetam pollicetur, dicens: In diebus illis & in tēpore illo non docebit uir frēm suū, neq; proximū suum, dicens: Cognosce dēū, omnes enim cognoscēt me, dicit dñs, à minimo usq; ad maximū. Et ideo non dixit de presenti, rogo: sed de futuro, rogabo. Quod autem subiungit, Ipse em̄ pater amat vos, q̄r vos me amastis & credidistis quia a deo erini, non ita accipiendū est, quasi amor discipulorū præcesserit, ut proprio merito à patre amari mererent, sed gratuito dono primū à patre dilecti sunt, ut filium credere & amare potuissent. Deniq; p prophetam ipse dicit: Diligam eos spontanee. Et in euangelio: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc Iacobus apostolus ait: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis. Eadē em̄ grā quae subsequit hōiem ut bñ possit, ipsa præcedit ut bene uelit. Nisi em̄ humanā uoluntatē gratia dei præueniret ut bene uellet, nequaquam Psalmista dicet: Fortitudinē meam ad te custodiam, quia deus susceptor meus, deus meus, misericordia eius præueniet me. Et nisi eadem hōiem subsequeretur ut bene posset, nullo mō idem Psalmista diceret: Misericordia eius subsequetur me omnibus diebus uitæ meæ. Erit in a patre & veni in mundum iterum relinquo mundum & vado ad patrem. In hoc versiculo dñs utranq; suam naturā, diuinam scilicet & humanam, nobis cōmendauit. Quia em̄ deus in forma diuinitatis ab hominibus uideri non poterat, exiuit à patre & uenit in mundum: quia ut uideri posset in

Osee. 14

Jacobi. 1.

Psalm. 58.

Psalm. 22.

T POST PASCHA

145

forma serui uisibilē se mundo ostendit, sicut ait Apo-
stolus: **Cum esset in forma dei, non rapinam arbitra-**
**tus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinan- Philip. 2
uit formam serui accipiens, in similitudinem homi-
num factus, & habitu inuentus ut homo.** Iterum reli-
quit mundum & iuit ad patrem, quando explero in-
carnationis suæ mysterio, humanam naturā, quā ex
nobis assumptserat, in patris dextera collocauit, sicut
ait Marcus euāgelista: **Dominus quidē Iesus postq**
locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à de-
xtris dei. Sicut ergo non de seruit patrē, cum in mun-
dum uenit, sic nō dereliquit electos, cum ad patrem
redijt, sicut ipse alibi ait: **Ecce ego uobis sum om̄i**
bus diebus usque ad consummationem seculi. Ma-
nens ergo cum patre per diuinitatem, uenit in mun-
dum per humanitatem: & rediens ad patrem per hu-
manitatem, manxit cum electis per diuinitatem, sicut
ipse ait: **Nemo ascendit in cælum, nisi qui descēdit de**
cælo filius hominis, qui est in cælo. **Dicunt ei disci-**
pulieus: Ecce nunc palam loqueris, & pro-
uerbiū nullum dicis. In his suis uerbis ostendunt
discipuli, quia in hac ultima confabulatione loquens
ad eos dominus, de his maxime disputabat, quæ illos
audire delectabat. Et quāuis ea quæ loquebatur, nō
dū perfrcte intelligerēt, tamē se intelligere putantes
responderunt, dicentes: **Ecce nunc palam loque**
ris, & prouerbiū nullum dicis. Quia uero eore
cogitationes præueniens, frequenter ea quæ interro-
gare uolebant, non interrogatus in medium profe-
rebat, quæ diuinæ naturæ indicium in eo comprehen-
dunt. Vnde & subiungunt, dicentes: **Nunc scimus**
quia scis omnia, et non opus est tibi, vt quis

K

te interroget. In hoc credimus quia a deo
 existi. Proprium nanque est deo cogitationes homi-
 num intueri, scriptura testate, quæ ait: Tu deus solus
 nosti corda filiorum hominum. Et iterum: Quæ sunt
 in corde hominis, oculi tui uident domine. Et Psal-
 mista: Intellexisti cogitationes meas de longe.

¶ para. 6.

SERMO DE LITA n̄is, id est, de supplicationibus, & de exordio earum.

Sed quia dies litaniarum i.e. supplicationum, an-
 noua reuolutiōe recolimus, libet propter simpli-
 ciores, unde exordiū sumiserūt, breuiter cōme-
 morare. Non es̄i absq; euāgelica & apostolica auto-
 ritate, in consuetudinem uenisse credendi sunt. De-
 nigr dñs in cēlum ascensurus, cum spiritum sanctum
 apostolis frequenter se promisisset missurū, ait inter
 cetera: Vos autem manete in ciuitate, quo ad usq; in-
 duamini uirtute ex alto. At postquā eum cēlō ascen-
 disse conspexerūt, regressi sunt in Ierusalē (ut Lucas
 euāgelista dicit) cum gaudio magno, & erāt semper
 in templo laudantes & benedicentes deum. Ut aut̄ spi-
 ritum sanctum, pmissum accipere mererentur, ieui-
 nio & orōne se præparare studuerūt, sicut idē Lucas
 in Actibus apostolorū commemorat, dicens: Erant
 omnes unanimiter pseuerantes in oratione, cū mulie-
 ribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Postquā
 aut̄ spū sancto repleti, ad prēdicandū euāgeliū gen-
 bus in uniuerso orbe diuersis missi sunt, hos dies suc-
 cessoribus suis agēdos tradidisse creduntur. Et inde
 deuotio christiana eos annua religiōe celebrare co-

pī, ut eiusdē sancti spūs dono participes fieri mererētur. Quod aut̄ nūc nō post ascensionē, sed ante ascensiōnis dñi diē à nobis aguntur, hāc res in causa est. Nā cū exigentibus peccatis, Galliarū populi luporū rabie acriter interimerētur, nec huius flagellū aliquod reme diū inueniri posset, cōgregati traduntur Galliarē epi-scopi apud Viennā p̄cipuā Galliæ urbē, atq; in cōmu-nē statuerunt ut in triduano ieiunio dñi misericordiā implorarent, antiquorum patrū uestigia sequentes. Cumq; ad eorū preces oculus diuinæ pietatis respiciens, flagelli huius pestem misericorditer abstulisset, hā dies in consuetudinem annua celebritatis uenerunt, ut per Galliarē prouincias ante ascensionis dñi diem celebrarentur. Agamus ergo & nos hos dies pro mō-dulo nostræ paruitatis, cū summa reverentia & ueneratione, cū abstinentiā carnis & humilitate cordis, non tū ut uisibilium luporū rabiem euadamus, sed etiā ut inuisibilium, quod melius est, id ē, immundorū spirituū tentamēta uincere ualcamus. Fortissima em̄ sunt arma ieiuniū contra dæmonū tentationes, domino dicente: Hoc genus non ejscitur nisi in oratione & ieiunio. Non solum cōrra tentationes ieiunia luuant, sed etiā ad cognoscenda diuina mysteria mentē eleuant. Deniq; Moyses, ut legē mōrēret accipere, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiuuauit. Daniel uero, ut secreta mysteria intelligere posset, nō solum in aula Babylonia mirae abstinentiæ fuit, sed etiam trium hebdomadarum diebus in oratione & ieiunio permanxit, sicut ipse dicit: Ego Daniel lugebam tri-um hebdomadarum dies, panem desiderabilem non comedī, caro & uinum nō sunt ingressa in os meum. Sed neque unguento unctus sum, donec compleren-

Dottor. 7

Danie. 10

tur trium hebdomadarum dies. Ut ergo spiritus sancti dono participes esse mereamur, hos dies cum omni puritate celebrare debemus, in abstinentia prolixiores, in elemosynis largiores. Et unde caro nostra sentit afflictionem, inde pauperes esuries sentiat consolationem. Non solum pro nostris, sed etiam pro totius ecclesiae necessitatibus supplicare debemus, pacis scilicet tranquillitate, pro frugum hubertate, pro aëris temperie, pro regibus & gubernatoribus, monete Apostolo qui ait: Obscro primum omnium fieri obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo, qui oës homines uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire.

8. Tim. 2.

FERIA SECUNDA post Vocem iucunditatis, in litanij maioribus.

Iacobi V.

TCharissimi, Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut salvemini. Et reliqua.

AD optimum salutis nostræ remedium hortatur nos apostolus Iacobus, ut presenti lectio ne cum legeretur auditus dilectissimi nobis. Confitemini inquit alterutru peccata vestra. Non quod deus indigeat confessione nostra, cui omnia praesto sunt que cogitamus, loquimur & agimus, sed

LITANIARVM

149

nos aliter salui esse nō possumus, nisi cōfiteamur p̄c
nitentes, quod inique gessimus delinquētes. Nā qui
seipsum accusat in peccatis suis, hunc diabolus nō ha
bet iterū accusare in die iudicij. Debet em̄ p̄enitens
diluere p̄enitendo quæ fecit, & non iterū reuocare
quod fleuit. Qui aut̄ abscondit scelera sua, non diri
getur; qui aut̄ confessus fuerit & reliquerit ea, à deo
misericordiae ueniā merebitur æternā. **Z orate pro**
inuicē ut saluemini. Duo em̄ sunt ḡna infirmita
tis humanæ. i. corporis & animæ. Proinde uero mo
net Apostolus orare deū om̄nipotentē pro utraq infirmitate nostra, pro inuicē diuinæ clementiæ reme
diū postulare, ut & corpus in suo sancto seruitio
corroboret, & animam ab æterno liberet supplicio.
Dultū em̄ valet deprecatio iusti assidua. Nā
negligētes orationes, nec ab ipso hoīe impetrare ua
lēt qđ uolūt: multo minus à deo alteri orādo ueniā
ualet obtinere, q̄ pro suis etiā peccatis nēcessē habet
suppliciter exorare, & negligenter orat, p̄ semetipso.
Assidua em̄ debet esse fidelū deprecatio, si obtinere
cupit qđ petit. Tñ cum pro inimicis nostris nos dñs
orare iubet, quāto magis etiam pro amicis & fidelib
us nostris? Quia si fideliter oramus, nō pro nobis
metip̄s tñ, sed & pro fratribus nostris etiam int̄ēte
orare debemus, ut salui esse merean̄: quia assiduitas
orādi pr̄stat nobis auxiliū in aduersis. **S**equit: Eli-
as hō erat similis nobis passibilis, et orōne
orauit ut nondū plueret super terram. & non pluit an
nos tres & menses sex.] Videbat em̄ iniquitate po
puli sui quasi tenebris mūdum operū, cælum pollu
tum, terrā inquinatam sacrificijs idolorū, accensusq
zelo orauit, ut forte per famem & sterilitatem terre

K iii

conuerterentur ad dñm, & pœnitentiam agerent de peccatis suis. Talibus enim coacti supplicijs, dū conuerterēt se à uia sua & à prauitatis suis multis, pœnitentiam agentes, ad misericordiam deum deflece bant. Sequitur, Et rursus oravit, et cælum de
dit pluuiā, et terra dedit fructum suum. Iusti
enī uiri dū temporaliter à domino audiuntur, oran tes pro reatu aliorū, si hoc in spe & salute: & dū his
pro quibus orat, temporali remedio subuenitur, prauorum oculi ad suorum p̄ctōrum confessionē aperi untur, ita ut pœnitendo & confitendo, remedia sua rum percipient animarum. Et ut terra arida pluuijs
irrigata, fructum profert necessarium: ita & istorum
dura corda, per compunctionē irrigata lachrymarū
& infusionē gratiæ dei, quam pœnitendo meretur,
fructum etiam postea bonorum proferūt operum.
Si quis autem errauerit ex uobis à ueritate, & conuerterit quis eum, Ore debet quoniam qui conuer
nificerit peccatorem ab errore uiæ suæ, saluabit ani
mam eius à morte, & operit multitudinem peccato
rum, Isua uidelicet & aliorū, quos per doctrinā su
am cōuertit à peccato. Cum uero nobis fratres quili bet nostri peccata sua, tanquā medicis uulnera, quibus urgentur, aperiūt, opera debemus dare, ut quantoc yus ad sanitatem, deo autore, perueniat, ne in pe ius dissimilata curarione proficiant. Ea autem criminā quorumlibet, si ipsis criminosis cōfiteri nolentibus undecunqueclaruerint, quæcunque non fuerint pœnitentiæ leni medicamento sanata, uelut igne pie increpationis reprehendenda sunt ac curanda. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustineris, ac pie increpantis medela processerit in eis, qui diu pos

LITANIARVM

151

tati & salubriter obiurgati, corrigi noluerint, tanquam putres corporis partes debent ferro excōmunicationis abscondi: ne sicut caro morbis emortua, si absissa non fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corruptit, ita isti qui emendarū despiciunt, & in suo morbo persistūt, si moribus depravatis in sanctoru[m] societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant. Porro illi quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessione, nec ab alijs publicata, si ea cōfiteri uel emendare noluerint, deum quem habēt testem, ipsum habituri sunt & ultorem. Et quid eis prodest humanū uitare iudicū, si cū in malo suo p[re]miserint, ituri sunt in æternū, deo retribuente, supplicium? Quod si ipsi sibi iudices stant, & uelut suæ iniquitatis uultores, hic in se uoluntariam pœnā severissimæ animaduertis exerceant, temporalibus pœnis mutabunt æterna sup[er]p[ec]lia, & lachrymis ex uera compunctione cordis fluentibus restringent æterni ignis incendia, largiente domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

FERIA SECUNDA

post Vocem iucunditatis in litanijs maioribus. *Lucæ XI.*

TIn illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte. Et reliqua.

Sicut dominus Iesus Christus post amissionem liberi arbitrij, nullum bonū à nobisipsis nos habere posse, non solum ad orandum deuotissimos,

K iiiij

sed etiam instantissimos hortatur & admonet, ut qd
minus natura possilitatis in nobis habet, orādo ab
illo impetretur qui ait, **Sine me nihil potestis facere.**
Nam cum in oratione incumberet, ut supra euange-
licus sermo retulit, accesserunt ad eum discipuli eius,
& interrogauerunt eum, dicētes: **Domine, doce nos**
orare, sicut Iohannes docuit discipulos suos. **Quibus**
ille ait, **Sic ergo orate: Pater noster q̄ es in cælis, san-**
ctificetur nomen tuū &c. quæ sequuntur. In quibus
verbis, quid principaliter in oratione petere debea-
mus, breuiter cōprehendit, ac deinde cum quāta in-
stantia in oratione perseverare oporteat, adiūcta si-
militudine declaravit, dicens: [**Quis uestrū habebit**
amicū, & ibit ad illū media nocte?] **Spiritaliter amicu-**
rus iste, deus omnipotens intelligit, qui cū sit deus &
cōditor totius creaturæ, fideles seruos amicos uoca-
re dignatus est, dicēs: Vos amici mei estis. Et itē. Iam
nō dicā uos seruos, sed amicos meos. **Et rursus, Vos**
autem dixi amicos meos. **Nox** in hoc loco tribula-
tionē significat, sicut em̄ dies ad lāetiā, sic nox aliqui
ad tristitiā pertinet. **Veniendū** est ad amicum media
nocte, quia in tribulatiōis pressura nō animū ad uin-
dictam p̄parare, neq; nosmetipsoſ desperare uel frā-
gere debemus, sed eius auxilium flagitare qui ait: In

Johan.15

Johan.16

Psal. 119

Psal. 116

mundo presurā habebitis, sed confidite, quia ego ui-
ci mundū, cum em̄ dñs semper sit rogandus, maxime
tū cum p̄secutio furit & saeuit. **Ne** in tribulatiōe des-
ciamus, eius adiutoriū postulare debemus, sicut Psal-
mista, qui dicebat: **Ad dñm dum tribularer clamaui,**
& exaudiuit me. **Et iterum:** De tribulatione inuoca-
ui dñm &c. **Quid autē in oratiōe petere debeamus,**
declarat subiiciens: **Amice, cōmoda mibitres pa-**

T LITANIARVM

153

nes, qm̄ amicus meus venit de via ad me, et
nō habeo quod ponam ante illum. Hoc em̄ in
oratione querere, hoc etiā petere debemus, ut noti-
tiam & amorem sancte trinitatis nostris cordibus in-
fundat. Siue certe tres panes in oratione petere debe-
mus, id est, fidem, spem & charitatem. Amicus autē
iste qui de uia uenire dicitur, noster est animus, q̄ ro-
ties à nobis recedit, quoties per lata huius seculi desí-
deria se se cogitādo diffundit. Tunc aut̄ ad nos de uia
reuertit, qñ mens sese ante se ponens, transitoria cōte
mnere, & ea que æterna & permanentia sunt, sitire &
desiderare incipit. Sed ne fame pereat, amicus rogan-
dus est, id est, misericordia dñi imploranda, ut cōmo-
der nobis tres panes, hoc est, ut amorem sancte trini-
tatis (ut dictum est) nostris cordibus largiatur. Et q̄
deus omnipotens aliquā nostra desideria dilatat, non
ut præmium minuat, sed ut meritū augeat, recte sub-
iungitur. **Et ille deictus respondens dicit: No**
li mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri
mei mecum sunt in cubili, nō possum surgere & da-
re tibi.] Ostium amici, intelligentia est diuinī myste-
rii, quod optabat Paulus sibi aperiri ad loquendum
uerbum dei cum fidutia. Hoc ergo ostium tandem no-
bis clausum est, quo usq̄ per diuinā gratiā nobis ape-
riatur ad cognoscēda diuina mysteria. Pueri uero pa-
tris familias, apostoli siue successores eorum intelligē-
di sunt. Et bene cum eo in cubiculo memorātur esse,
quia iam in æterna requie sunt recepti, de quibus per **Psal. 149:**
prophetam dicieur. Exultabunt sancti in gloria, laeta-
buntur in cubiculis suis. Et pulchre hi qui in cubicu-
lo esse memorantur, pueri uocantur: quia illi ad æter-
nam requiem sunt uenturi, qui puri & innocētes ex-

K v

Joh. ii istunt, quales erāt illi, de quibus dñs dixit: Pueri, nū
 Matth. 19 quid pulmētarium habetis? Et item: Sinite paruulos
 Pet. 2 uenire ad me, taliū est em̄ regnū cælor̄. Tales opta-
 bat Petrus apostolus suos fieri auditores, quibus di-
 cebat: Quasi modo geniti infantes rationabiles, sine
 dolo lac cōcupiscite, ut in eocrescaris in salutē. Et ille
sipseruerauerit pulsans, dico uobis, & si nō da-
 bit illi surgēs, eo quod amicus eius sit, propter impro-
 bitatem rāmen eius surget, & dabit ei quorūq; ha-
 bet necessarios.] Cōparatio hic sit à minori, ut intelli-
 gas, quia & si homo nō amici causa, sed rēgio uictus,
 dat quod prius negauerat, multo magis bona se pēce-
 tibus dñs dabit, qñ ipse nos ut peramus admonet. Ni
 si em̄ ea pr̄stare uelleret, nequaq; nos ad perēdum in-
 uitaret. Vnde cum alibi doceret qā oportet semper
 orare & non desicere, posuit similitudinem de iudice
 iniquitatis, quem interpellabat quēdā uidua, dicens:
 Vindica me de adversario meo. Et nolebat per mul-
 tū tempus. Post hāc rēgio uictus, dicit intra se: Esi
 deum nō timeo, nec hoīem reuereor, tamē quia mo-
 lesta est miliū hēc uidua, uindicabo illā. Vult em̄ deus
 nos importunos esse in perēdo, ut sua gratuita dona,
 nostra sint merita. Semper em̄ aures diuinæ pieratis
 orationibus nostris apertæ sunt, si rāmen à precibus
 nostris non cessemus, & in fide non dubitemus. Iaco-
 bo apostolo teste, qui ait: Si quis uestrū indigerāpi-
 entia, postulet à dōo, qui dat affluenter omnibus, &
 non improperat, & dabitur ei. Postulet aut̄ in fide, n̄
 hil hæsitans. Vnde exponens dñs similitudinem pro-
 positam, adiunxit dicens: Et ego uobis dico: Pe-
fite, & dabitur uobis: querite, & inuenietis: nulla-
te, & aperietur uobis. Omnis em̄ qui petit, accipit;

Zacq. 18

Jacob. 2

T LITANIARVM

155

¶ quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. **P**etenda est ergo uita æterna orando, quærendo, uiuendo, pulsando, in bonis actibus perseverando. **D**uo em̄ sunt quæ in oratione solicite cōsiderare debemus. Primo, ut ea petamus quæ deus uelit: secundo, ut nostra uita à nostris precibus nō discordet. **F**rustra enim orationi infistit, quæ uel ea petit quæ deo displicet, uel si bona sunt quæ perit, peruerse uiuēdo se indignum exhibet. **Vñ** Iacobus apostolus ait: Petitis, & non accipitis, eo qd̄ **Jacob. 4.**
Proue. 28. male peratis. **E**t sicut ait Salomon, Qui auerit aurē suam ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. **Q**ue autē sunt, quæ principaliter in oratione petēda sint, deus alibi manifestat, dicens: Primum quārrite regnū dei & iustitiā eius, & omnia adiūcentur uobis. **E**t itēs Petite, et accipietis, ut gaudiū uestrum plenum sit. Et ne nos in oratione quod perimus, acceperuros desperemus, adhuc dominus aliam similitudinem adiungit, dicens: **Q**uis autem ex ~~rodis~~ patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut pulcē, nunquid pro pīce serpente, dabit illi? Aut si perierit ouum, nunquid porrigit illi scorpionem? Panis in hoc loco chartatem significat. **E**t pulchre, quia sicut panis principalis est in uictualibus hominum, sic charitas inter ceteras uirtutes principatum tenet. **Q**uod dominus ostendit, quando requisitus à scriba docto, quod esset maximum mandatum in lege, respondit: **D**iliges dominum deum tuum &c. usq; hoc ē primū & maximum mandatū. **V**el certe per panē charitas designatur, quia sicut mensa quis uarijs cibis sit repleta, tñ sine pane inops esse uiderur, sic ceteræ uirtutes sine charitate nihil esse comprobantur, sicut ait saluator in euangelio: **O**mni habenti dabitur, & abundabit. **Matth. 25.**

Vnde Apostolus ait: Si linguis hoīm loquar & angelorum, charitatem autē non habeam, factus sum uelut aës sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & habuero oēm fidem, ita ut montes transferā, charitatem autē non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperes omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatē autē non habuero, nihil mihi prodest. **Huic contrarius est lapis, id ē, duritia cordis & immisericordia.** Piscis autē fidei significat, & cōgrue satis. Nā sicut piscis aqua nutritur, ita fides baptismo roboratur, dicente dñō: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. **Vel certe pīscem fides figuratur, qā sicut piscis sub aquis lateri, sic fides illarū rēst, quæ non uidentur, dicēte Apo-**

Heb.12

Sto:17 Si habuerit is fidem sicut granū sinapis, diceretis moniti huic, transi hinc, & transiret. **Huic contrarius est serpens, uidelicet infidelitas, siue uenenoꝝ cogitationes, quæ animam interimere conantur.** In ouo figuratur spes, qā sicut in ouo foetus nō dum cernit, sed futurus creditur: sic spes non uidetur oculo, sed speratur mente, sicut Apostolus ait: Nam quod uidet quis, qd sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. **Huic contrarius est scorpio, aculeum in cauda gestans, id est, desperatio, quæ nos ab ovis perennibus retro retrahere conatur.** In his ergo similitudinibus hoc dñs ostendit, quia cum sit ipse pius

Roma.8

& clemens, nulli bona petenti mala tribuit. Nō em p
pane lapidē donat, q̄a charitatē amāti, dura & immi-
sericordē animū nō tribuit. Nec p̄ pisce serpentē do-
nat, q̄a fidē querēti nequaq̄ ad infidelitatē cogit. Sed
neq̄ p̄ ouo porrigit scorpiotē, q̄a q̄ in se habet spē,
in deperationē cadere nō cōpellit. Proprium est aut̄
immēse bonitati eius, aliquā malos facere bonos, nun
quā aut̄ bonos cōpellere ut sint mali. Vnde adhuc cō-
clusit sententiam, dicens: **S**i ergo uos cum sitis
mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto ma-
gis pater uester de cælo dabit spiritum bonū petenti
bus se.] Vbi euidenter nomē nostrū manifestatur, cū
dicitur: **C**um sitis mali. Boni em à deo conditi, ui-
tio mali sumus effecti. Si aut̄ nostra bonitas eius bo-
nitati cōparet, nec bonitas esse noia. Facti ergo ma-
li per malam intentionem, patrem habemus in cælis
per conditionem. Acsī diceret dñs: [**S**i uos cum sitis
mali, bona dona filiis uestris tribuitis, id est, panē, pi-
scem, ouum, & quæ humana consuetudo inter bona
præsentis uitæ enumerare consuevit: [multo magis
pater de cælo dabit spiritum bonum petentibus se.]
ut scilicet eius spiritu illuminati, nō solum fidē, spēm
& charitatem petere discant, sed etiam accipere me-
reantur. Cum ergo dicit, [dabit spiritum bonum pe-
tentibus se,] omnes uirtutes animæ comprehendit:
quoniam omnia bona quę hominibus à deo dantur,
per spiritum sanctum administrantur, teste **Aposto-**
lo qui ait: **C**haritas dei diffusa est in cordibus nostris **Rom. 5,8**
per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et item,
t. Cori. 12,2
Alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum,
alij discretio spirituū. Hæc aut̄ omnia operatur unus
arq̄ idem spiritus, diuidens singulis prout uult.

50' FERIA TERTIA
litaniarum, post Vocem iucundi
tatis. Matthæi. VII.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Petite, & dabit uobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Et reli-

Poterat aliquis ex auditoribus dñō dicere: Quo modo nos præcips sanctum non dare canibus, neq; mittere margaritas ante porcos, cū nos nec dū eundē sanctum & easdem margaritas habemus, quas mittamus ante porcos? Et quasi ad hæc dominus respondēs infert: Petite, & dabitur uobis. Trienam dixit: petite, querite, pulsate. Petite aðeo sanitatem & firmitatē animi, ut possitis ea implere quæ præcipiuntur uobis. Querite uiām ueritatis, & inuenientis. Pulsate ianuam regni cælestis, de qua scriptum est: Hæc porta domini, justi intrabunt per eam. Hoc enim ordine prosequitur omnipotens deus peccatiōes nostras, si primum petimus possibilitatem impleri diuina præcepta: deinde, si uiām ueritatis ad inuentio-ne studiose requiramus: ad ultimum si regni cælestis aulam intrare uolumus, precibus & bonis operibus pulsemus. Ponamus inde aliquod exemplum: Vides aliquem hominem infirmatum, pedibus ambulare non valentem, primum medicina sanitatis ei impenditur, ut possit ambulare, ad hoc pertinet quod dixit, Petite, & accipietis. Quid prodest ei ambulare, si nescierit uiām rectam per quam incedere debet, nisi ei recta via ostendatur? Ad hoc pertinet quod dixit, Querite, & inuenientis. Quid prodest iter ei, si post-

quam ad certum locum peruerterit, locum quem intrare desiderat, clausum inueniat? Ad hoc pertinet quod dixit: Pulsate, & aperietur uobis. Vel etiam aliter potest intelligi: Petite credendo, quarite bene operando, pulsate perseverando. Aut quis est ex uobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem dabit illi? In his tribus comparationibus dominus tres principales uirtutes uult designare. Per panem enim charitas designatur, quoniam sicut mensa referta uarijs cibis, sine pane inops est, ita etiam ceterae uirtutes imperfectae redduntur sine charitate. At contraria, per lapidem duritia cordis exprimitur, quae maxime est contraria charitati, si ergo petierimus deum patrem ut det nobis charitatem, nunquid lapidem dabit nobis, hoc est, duritiam cordis? Aut si petierimus pisces, nunquid pro pisce serpente dabit nobis? In pisce fides intelligit, quoniam sicut pisces inter fluuntus ridentur ut semper crescat, ita etiam fides inter aduersa istius seculi probatur & proficit. Nunquid dabit nobis serpente, hoc est, infidelitatem? Infidelitas enim pro serpente designatur, eo quod uenena malitiae sua primis partibus infuderit. Tertia comparatio additur a Luca, dicit enim: Aut si petierit ouum, nunquid porrigit illi scorpionem? In ouo spes designatur, quoniam in ouo nondum futurus uidetur, sed futurus speratur: ita etiam spes qua uidetur, non est spes: sed spes est expectatio futuorum honorum operum, [Nunquid scorpionem dabit illi?] hoc est, desperatione. Scorpio enim desperationem significat, quia scorpio in cauda perculit, & desperatione maxime in fine perficit. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris,

quāto magis pater uester qui in cælis est dabit bona petentibus se. Mirum est cur dominus apostolos appellauerit malos, nisi forte dicamus qđ in persona apostolorum omne genus humanum uituperet, quia ab adolescentia sua (sicut in Genes filegimus) primum est cor illius ad malum. Vel certe possumus dicere, quia eisdem apostolos specialiter appellauerit malos. Licet enim bonitatē totius humani generis priuilegio suo transcederint, tamē ad cōparationem dei, mali sunt, quia ad illius comparatiō nem nemo bonus est. Vnde ipse dicit: Nemo bonus nisi solus de°. [Nostris bona &c.] Quid appellat hic bona? Quæ superius commemorauit, panem, pīce, & cætera corporis necessaria. Bona sunt, quia à deo creata sunt, per hoc quod domini est terra & plenitudo eius. [Quanto magis pater uester qui in cælis est, dabit bona petentibus se!] Et est sensus: Si in necessarijs filijs uestris largi existitis, quanto magis omnipotens deus erga uos largus existet, in ministrando uobis uictum & uestimentum? Quæcunq; vultis ut faciant uobis homines, et vos eadem facite illis. Ista est lex naturalis, quæ in duobus cōsistit præceptis, & in his duabus sententijs tota lex pendet & prophetæ. Et hoc est unū quod tibi dicitur, Quæcunq; vultis ut faciant uobis homines: & aliud est qđ alibi dicit, Quod tibi nō uis fieri, alij ne feceris. Quia quicquid lex & prophetæ latius describit, in his duabus præceptis breuiter, est cōprehensum. Qui enim has duas obseruauerit, omnem legem & prophetas se gaudebit adimplesse. Intrate per angustum portam, quæ ducit ad uitā æternā: quia lata porta et spatiovia est, quæ ducit ad perditionem, &

Gene. 2

Thobie. 4

multi sunt, qui ingrediuntur per eā.] **D**uas uias proponit dominus: una est lara & spatiofa, quae ducit ad infernum: altera est angusta, quae ducit ad cælum. **L**a ta uia est uoluptatum huius seculi, de qua dominus bene dicit, quia lara & spatiofa uia est, & multi sunt qui per eam ingrediuntur. **N**ō enim est necesse ut re quiratur, quia sponte errantibus offertur. **A**ngusta uia est quae ducit ad uitam, & à paucis inuenitur, & à multis inuenta nō tenetur. **M**ulti sunt istius uix iter aggressi, capti istius seculi delectationibus, sed de me dio itinere reuertunt. **A**ngusta uia est, desideriū per gendi ad cælum. **N**unquid enim non est angusta uia, quae ieiunando & eleemosynas faciendo, promere tur æterni regni consortium?

FERIA QVARTA

litaniarum, in uigilijs Ascensio nis domini. Iohann. XVII.

In illo tempore Subleuatis oculis Iesus in cælum, dixit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum. Et reliqua.

Potuit silenter hæc eadem uerba orationis patri filius dicere, sed oīo filij, doctrina est apostolor, necnō & eorum qui illorum exempla sequi uolunt, uel eorū scripta legere. **dixit: Pater, uenit ho ra. Hora itaq; passionis appropinquare. clarifica fili** h v deest aliquid, v **um tuum**, id est, resurrectionis gloria: præcedat hu militas passionis, ut subsequatur cito clarificatio resurrectiōis. Sequitur: **v filius tuus clarificet se.** Clarificatio patris æterna est, quæ ne cauget nec mi

L

qui potest. Sed haec clarificatio ad notitiam dei patris pertinet, ut resurrectionis gloria in filio peracta, innocenticeret deus pro toto orbi, qui ante in Iudeis tammodo notus erat. [Clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.] Quasi dixisset, resuscita me, ut innoceras roti orbi per me. Sequitur: **Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis.** Id est, omnis hois a parte tua, caro pro hoie. Haec ait, ut ostenderet magis ac magis quoniam clarificaturus esset patrem. **Sicut ergo dedisti potestatem (inquit) omnis carnis,** ita clarificet te filius, id est, notum te faciat omni carni, quam dedisti ei. **Sic enim dedisti, ut omne quod dedisti ei det eis vitam eternam.** Hac est autem uita eterna, ut cognoscatur te solum uerbum deum, & quem misisti Iesum Christum. [Ordo uerborum est, ut te & quem misisti Iesum Christum, cognoscant uerum deum solum. Plena cognitione dei patris & filii & spiritus sancti, plena est & perfecta & eterna uita. Perfecta uita eterna, summa beatitudine est. Summa beatitudine non est, nisi in vita eterna. **Ego te clarificavi super terram.** opus consummaui, quod dedisti mihi ut facias. Quid est, quod praeferito tempore posuit, clarificavi & consummaui, statim subiunxit futuri temporis uerbum, facias, nisi quod omnia deo sunt praesentia, & in diuina praedestinatione futura, quasi transacta esse credenda sunt? Quod enim futurum fuit ut fieret, hoc ei quasi transactum fuit. [Ego te clarificavi.] Quasi dixisset: **Ego te clarificabo** prædicationis gloria, quam in discipulis meis toto mundo effundam, dum opus consummabo passionis meæ & resurrectionis, quod dedisti mihi ut faciam. **Et nunc me clarifica tu pater.** Dicendo enim, te clarificavi super terram, se ait

à patre apud eundē patrem postulat clarificandū mo-
do, „pfecto utriusq; clarificationis ostendit gloriā. Ipse
quippe patrē clarificauit super terrā, cū gentibus prē-
dicādo: pater uero ipsum apud semetipsum ad suam
dexterā collocando. Subiunxit: **Claritate quā ba-**
bui priusquam mundus esset apud te. Ordo uer-
borum est, quā habui apud te, priusquam mundus es-
set. In hoc ualet quod ait: [Et nūc clarifica me,] hoc
est, sicut tunc, ita et nūc: sicut tunc prædestinatione, ita
nunc perfectione. Fac in mūndo, quod apud te fuerat
ante mundum. Fac in suo tempore, quod ante omnia
tempora statuisti. Cōuenit nos intelligere in hoc lo-
co prædestinationem claritatis humanæ, quæ in illo
est, naturæ, ex mortali immortale apud patrem futu-
ræ, in hoc prædestinando factum fuisse antequā mūn-
dus esset, quod in mundo etiam suo tempore fierer,
sicut de nobis dixit Apostolus: Sicut elegit nos in ipso
ante mundi constitutionē. Nec formidare debemus
prædestinatum dicere filium dei secundū humanita-
tē, q; in tempore suo uenit in mundū, ante tñ omnia tpa
prædestinatus est. Illud aut̄ prædestinatū fuit, qđ nō
dū erat ut fierer, quod deus uoluit ut esset, de qua præ-
destinatione Apostolus ait in epistola ad Romanos:
Qui factus est ei ex semine David secundū carnē, qui
prædestinatus est filius dei in uirtute. Secundum hāc
Roma.8
prædestinationem etiam clarificatus est antequā mū-
dus esset, ut esset claritas eius ex resurrectiōe mori-
torum apud patrem, ad cuius dexteram sedet. **Da-**
nifasti in nomen tuum hominibus, quos de-
disti mihi de mundo. Quod ergo facturus erat p
doctores sanctos in toto orbe post gloriam resurrec-
tionis & ascensionis suæ, & post spiritus sancti do-

na, quæ in discipulis delata sunt, hoc quasi factum geset, dixit: **Tale est hoc, quale & illud, quod paulo ante dixit: [Ego te clarificavi super terram,]** pro tempore futuro & illic & hic præteritum ponens tempus, sicut qui sciret prædestinatū esse ut id fieret: & ideo fecisse se dicens, quod erat sine ulla dubitatione facturus. **Sequitur: Tui erāt, et mihi eos dediti, et sermonem tuum seruauerunt.** Nunc cognoverunt quia omnia quæ dediti mihi, abs te sunt. **Quia uerba dediti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognoverunt uere quia à te exiui, & crediderunt q[uod] tu me misisti.]** **Quanq[ue] & hæc omnia de omnibus futuris fidelibus dici potuerint, ipsa pfecta cum adhuc essent futura, si & hæc specialiter de discipulis dici possunt, ad quos nunc presentialiter loquebatur. Quia illud q[uod] sequitur,** **Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, custodii. et nemo ex eis perire, nisi filius perditionis.** **Iudas significans, qui tradidit eum, qui unus fuit de duodecim, magis huic sensui conuenit, ut apostolis specialiter hæc loqueretur. Deinde subiungit: Nunc autem ad te venio.** cum manifestum est, eum de corporali sua dixisse præsentia. **[Cum essem cum eis, ego seruabam eos,] uelut iam cum eis præsentia non esset.** **Eo modo enim significare uoluit ascensionem mox futuram, de qua dicit: [Nunc autem ad te uenio.]** **Iesus utiq[ue] ad dexteram patris, inde uenurus est ad uiuos & mortuos iudicados præsentia corporali, secundum fideli regulam, sanamq[ue] doctrinam.** **Nam præsentia spirituali cum eis erat semper, & cum tota ecclesia sua in hoc mundo usq[ue] ad consummationem secili.** **Quod uero ait, ut adsuperiora redeamus, [Mani-**

LITANIARVM

165

festauit nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi,]
 non illud nomen quod deus es, sed illud nomen quod
 pater meus es, quod manifestari non potest sine illius
 filii manifestatione. Nam uere illud nomen quod de-
 us est, nulli naturae rationali incognitum omnimo-
 dis esse putavit. Hac est enim uita eius diuinitatis, ut
 creature rationali non omnino incognitus possit abs-
 condi, exceptis paucis, in quibus natura rationalis ni-
 minum depravata est. Propemodū omnes gentes deū
 esse fatentur, licet diuersis erroribus agnoscere impe-
 diantur. Quod uero in Psalmis legitur, Notus in Lu- Psalm. 78
 dæ deus, indicatur, quia legitimo cultu tantummo-
 do Iudei deum uerum cognouerunt & coluerunt. In
 hoc uero quod pater Christi, per quem tollit peccata
 mundi, ignotus fuit ante quod uenisset Christus, in mun-
 do, nisi tantum quibus deus per spiritum sanctū pro-
 phetiae reuelauit hoc mysterium magnum & abscon-
 ditum, hoc post aduentum eius in mundo prædicatum
 est gentibus, creditum est in hoc mundo, assum-
 ptum est in gloria. Quod uero addidit, [quos dedi-
 sti mihi,] hoc est quod paulo ante dixit, Nemo po- Johan. 6
 test uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū.
 [Quos dedisti mihi de mundo,] hoc est, quibus gra-
 tia per regenerationē hoc præstitit, non quibus natura
 per nativitatē cōtulit. Quid est quod sequit, [Tui
 erāt, & mihi eos dedisti?] In humanitate hāc potesta
 tē se accepisse à patre dicit, ut eos haberet, quos pa-
 ter elegit & prædestinavit ante constitutionem mū-
 di, non solum pater, sed filius & spiritus sanctus, ut sit
 unū opus sanctæ trinitatis inseparabilis & omnimo-
 do æqualis. Sequitur: [Et sermonem tuum seruauer-
 sunt, Nunc cognouerūt, quia omnia quæ dedisti mi-

L iii

hi, abs te sunt.] Id est, didicerunt quod nihil est in me alienum extrate, & quod quaecumque doceo, tua sunt. Similiter enim pater dedit oia, cum genuit, quia habet & oia, sicut in prioribus huius euangelij ipse dominus dicit: Sicut enim pater habet uitam aeternam in semetipso, sic dedit: & filio ut etiam habere in semetipso, id est, genuit filium uitam habet aeternam in semetipso.] Quia uerba quae deditis mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt.] Id est, intellexerunt atque tenerunt. Dedit eis uerba (sicut dixit) quae dedit ei pater, sed quando illa non foris in auribus, sed spiritualiter acceperunt, tunc uere acceperunt, quia tunc uere cognoverunt. Vere autem cognoverunt, quia uere considerunt. Sed haec uerba, quae dicit filius deditis sibi patrem, sic ad diuinitatis unitatem intelliguntur pertinere. Eo modo dedit uerba pater filio, quod genuit uerbum coeternum sibi. Sequitur: Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedi stimobi. Haec enim dicit, inter alia, dum oraret per eos, quos dedit ei pater. Mundum uult modo intelligi, qui uiuunt secundum concupiscentiam mundi, & non sunt in ea sortiti gratiam, ut ab illo elegantur ex mundo. Non itaque pro mundo, sed pro eis quos pater dedit, rogare se dicit. Per hoc enim, quod eos illi pater iam dedit, factum est, ut non pertineant ad eum mundum, quo non rogar. Deinde subiungit: Quia tui sunt. Neque enim quia pater filio dedit, amisit ipsum quos dedit, cum adhuc filius sequatur, ac dicat: Et mea oia tua sunt, et tua mea. Vbi sat is apparer, quomodo unigeniti filii sunt omnia quae sunt patris. Pater hoc utique, quod etiam ipse deus est, & de patre patri est naturus aequalis. Hoc enim dictum est & rationali creatura, quam elegit deus, & quae subdita est patri & filio,

ut æqualiter sint patris & filij. **E**t clarificatus sum (inquit) in eis. Nunc suam clarificationem, tanquam facta sit, dicit, cum adhuc esset futura. [Clarificatus sum in eis,] id est, per eorum prædicationem clarificatus sum in toto mundo. **E**t quia predestinatum est ut fieret, certum uoluit esse quod futurum erat, ideoq[ue] præteriti temporis uerbis usus est. **E**t iam nō sum (inquit) in mundo, et hi in mundo sunt. Si gnitac horam qua transiit erat ex hoc mundo, & uerbo presentis temporis usus est pro futuro, quia quod cito erat futurum, quasi factum esset, dixit. Q[uo]d autem ait, [& hi in mundo sunt, significat eos, ad q[ua]s loquebatur, tardius transire ex hoc mundo. Necesse est enim ut illi remaneret, per quos prædicaretur non men eius sanctum in mundo. Prævidensq[ue] quod eos mouere possit, qui andirent hæc quæ eligerent, adiecit: **N**unc autem ad te vado ascensionis gloria, per quam eleuatus est homo super altitudinem cælorum, & omnium angelicarum potestatum dignitates, ita ut in dextera dei patris collocaretur.

IN DIE SANCTO

Ascensionis domini Actuum. I.

TPrimum quidem sermonem feci de omib[us] o Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere. Et reliqua.

LVcas euangelista, fratres charissimi, qui unū ex quatuor euangelijs scripsit, ipse etiam librum Actuum apostolorum, unde nunc presens lectio sonat, edidit: ubi & primitus de ultimo conuiuio, quod

L. iiiij

168 **TIN DIE SANCTO**

dñs post resurrectionem suam cum discipulis suis habuit, simul & de ascensione eius ad cælum. quā hodie celebramus, mentionē fecit. Exordium em̄ ipsius libri ita est: Hymnū quidem sermonē feci. id est, eu angelī, de omnibus o Theophile episcopi, qui hunc me librum actuum apostolor̄ scribere cogis.

Quæ cœpit Jesus. Primo signa monstrādo, uel ea quæ ad exēpla uitę p̄tinebant, facere & poste ad do cere. quia Iesus bonum doctorē instituens, nulla nisi quæ docuit fecit. Uisq; in diem qua p̄cipiens apostolis per spiritum sanctū quos elegit, assumptus est. Vans p̄cepta ante assumptionē obseruare & adimplere, q̄ uel in hoc libro uel in euāgelijs leguntur. Quibus & præbuit se ipsum vi uum in multis ar gumētis, post passionē suam p dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei.] Per hanc quadraginta die, cum discipulis conuersationē, significat oīa se tā aperta quā occulta, q

Matt. v. 16. p̄mis̄rat, impletur, ut de multis uel unum dicamus, quod ait: Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad consummationē seculi. Et conuescens p̄ce

p̄t eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expecta rēt promissionem patris.] Quod cibos cum discipulis sumpfit, hoc ideo fecit, ut eandem quam mortuus suscitauerat carnem, palpando atq; tractando, uerā monstraret. Sequitur: Quā audiistis, inquit, per

Luce. 24. os meum: quia Johannes quidem baptizauit aqua, vos autē baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Fuerunt autem iam apostoli aqua baptizati, sed nondum spiritu sancto pleniter, qui eis promittitur post ascensionē illā futurus. Neḡ autē ipsi apostoli, neḡ successores eorū

hucusq; in ecclesia aliter quam Iohannes Baptista. i.
in aqua baptizare uolebant: sed ramē inuocato nomine
Christi. i. interior uirtus spiritus sancti, quae hoīe in
aqua mergente simul animas & corpora purificet,
quod in Iohannis baptismate non siebat. Igitur
qui conuenerant interrogabanteum dicen-
tes: Dñe, si in tempore hoc restitues regnū Israēl?]
Consequenter de regno dei perconciatur, utrum uidelicet mox adueniente spū sancto in præsenti esset
restituendū, an in futuro sanctis reseruandum cre-
dere deberent. Dicit autem eis: Nō est yestrū
nossē tempora uel momēta, qua pater posuit in sua
ipius potestate.] Ostendit quia nō expedit nosse no-
bis mortalibus dīē uocationis nostræ, ut semper in-
certi de aduentu iudicis, ita solicii q̄ idie uiuamus,
quasi die alia ad iudicium properare debeamus. sed
accipietis inquit, virtutem superuenientis spi-
ritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Je-
rusalem & in omni Iudea & Samaria, & usq; ad ultimam terram.] Acsī diceret: Non enim putare debetis
ueniente spū sancto in uos, statim huius mundi fieri
cōsummationē, sed uobis tñi uirtutē de me testificā-
di præbere. Et cū hæc dixisset, vidētibus illis,
eleuatus est, & nubes suscepit eū ab oculis eorum.]
Ubiq; creatura creatori suo præstat obsequiū. Astra
indican nascentem, patientem obnubūr, recipiunt
nubes ascendentem, redeuentem ad iudiciū comita-
būr. Lumq; intuerentur in cælum euentem
illum, ecce duo uiri adstiterunt iuxta illos in uestibus
albis, qui & dixerūt: Viri Galilæi, quid staris aspicien-
tes in cælum? Hic Iesus qui assūptus est à uobis in
cælum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum eun-

170

THE IN DIE SANCTO

tem in cælum. Id est, in ea forma carnis atque substantia uenit iudicandus, in qua ueniet iudicaturus. Nos ergo dignis moribus ascensum in cælum nobis præparemus, & peregrinari nos in hoc mūdo ualde cognoscamus. In quo etiā si quædam cōmoda blan diuntur, non amplectenda sunt nequiter, sed despici enda sunt fortiter. Ideo dilectissimi fratres, si ascendere uultis in cælum, hoc in spe nostra interim roboremus, in hoc uotis omnibus æstuemus, hoc medite mur in terris, quod cōputemur in cælis. Tūc exuturi carnis mortalitatem, nunc exuamus animi uetus tam. Facile em̄ corpus leuabitur in alta cælor, si non premet spiritum sarcina peccatorum. Quapropter dilectissimi erigamur ad eum, qui puluerem nostræ abiectionis, corpus fecit suæ gloriæ, & ut ascensionis eius mereamur esse consortes, humilitati & patientiæ ipsius per omnia congruamus. Magni nominis militiam, magnæ professiōis suscepimus disciplinā. Señatores Christi discedere à regia nō licet uia, nec dignum est temporalibus occupari ad æterna tendentes. Et quia precioso sanguine Christi redempti sumus, glorificemus & portemus deum in corpore nostro, ut ad ea quæ fidelibus sunt præmia præparata, peruenire mereamur.

SANCTI IN DIE SANCTO ascensionis domini. Marci XVI.

T In illo tempore Recumbentibus unde cim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum. Et rel.



Ascensurus in cælū dñs, & per corporalem præsentiam à discipulis recessurus, duritiam cordis & incredulitatem illorū exprobrare uoluit, ut maculas dubitationis sermo mū daret cor reptionis. **I**ncrepātur merito nouissime, non quod adhuc in incredulitate p̄starent, sed q̄ primū nō crediderunt citius. Legimus eñ in euangelio secundum Lucam, quia cum deuotis mulieribus valde diluculo ad sepulchrum dñi uenientes, visionem angelorum uidissent, qui dicerent eum uiuere, currētes nunciauerunt discipulis. At illi non crediderūt eis, sed uisa sunt eorum uerba quasi deliramenta coram illis. Thomas autem unus de duodecim, qui dicitur Didymus, alijs discipulis dicentibus, **V**idimus dominū, non credidit, dicens: **N**isi uidero in manibus eius fixuras clavoru, & mittam digitū meum in locum clavorum, & mittam manū mē in latus eius, nō credā. **E**t ideo nouissime increpat, q̄re primū ad credendū tardī uel duri furent. **N**eçq; eñ de eius resurrectiōe dubitare debuerat, quē cū mortalis esset, mortuos suscitantē uiderāt, maxime cū passionis & mortis genus ita uenisse certerēt, ut ab illo p̄dictū recolebant. **S**iue certe ab eis recessur, incredulitatē & duritiā cordis discipulorū exprobare uoluit, ut nouissima eius uerba tāto arctius eorum pectoribus inhārererēt, quāto durius p̄ increpationē fuissent, plata. **S**icut eñ mala mēs aliquā p̄ increpationē deterior fit, sic bona ex correptionē sp̄ p̄ficit,

Johann. 20.

dicente Salomone: Corripe sapientem, & amabit te,
doce iustū, & festinabit accipere. Et qā solemus cha-
rissimis morientibus, siue in longinquā regionē pro-
ficiſcentibus, eorum nouissima uerba quodam uincu-
lo amoris in memoriam religare, uel quod obscurio-
ri inuentione repertum fuerit, recessurus dominus ab
eis, duritiam cordis & incredulitatem illorum expro-
brauit, ut nullum uestigium dubitationis in eorū cor-
dibus remaneret, qui ad alienam ignorantia instru-
endam mittendi erant. Ultimam hanc apparitionē
Marcus euangelista commemorat, quia post hāc nō
legitur corporaliter uisus in terris loquēs, sed in aera
cālum ascendens. Decies enim post suam resurrecti-
onē hominibus apparuisse, ab euangelistis describit.
Primo Mariæ Magdalenæ, flēti ad monumenū. Se-
cundo, eidem Mariæ cum altera eiusdem nominis for-
mina, pergentibus nunciare discipulis eius resurrecti-
onem, quando occurrit eis, dicens: **Auete.** Illę autem
accesserunt, & tenerunt pedes eius. Tertio, Simoni
Petro. Quarto, duobus discipulis pergentibus in ca-
stellum Emaus, qñ cognoverunt eū in fractione pa-
nis. Quinto, discipulis propter metū Iudeorū in con-
clavi residentibus, qñ nō erat cum eis **Thomas.** Se-
xto, post dies octo, qñ erat cum eis **Thomas.** Septi-
mo, p̄scantibus discipulis ad mare Tiberiadis. Octa-
uo, in Galilæa, qñ (sicut ait **Marthæus euangelista**)
undecim discipuli abierunt in Galilæam, in montem
ubi constituit illis Iesus, & uidentes adorauerunt eū.
Nono, ut præsens lectio narrat, qñ apparuit illis re-
cumbentibus, & exprobrauit incredulitatem illorū:
Decimo, non iā in terris, sed in aéra loquēs, qñ (sicut
aīt **Lucas euangelista**) eduxit eos extra ciuitatem in

ASCENSIO. DOMINI

175

Bethaniā: & cū benediceret eis, eleuatis manib⁹, ferebatur in cælum. Et pulchre illis recumbentibus dñs apparere uoluit, quia inter recumbentes pax & concordia solet seruari. Cum ergo illis recubētibus apparuit, ostendit illos sua uis̄ione esse dignos, q̄ pacem inconcussam etiā inter aduersa seruant, q̄ pos-
sunt cum Psalmista dicere: Cum his qui oderunt pa-
rem, erā pacificus. Unde cōm̄ discipulis apparuit, q̄a
Iudas tradendo magistrū, ab eorum cōsortio seque-
stratus fuerat, & Matthias necdū in sorte electionis
uocatus extiterat. Post increpatam autē duritiā cor-
dis & incredulitatē, mox officium prædicandi ad-
iungit. Et dirit eis Jesus: Euntes in mundū vniuersum, prædicate euangelium om̄i crea-
turæ. Potest in ouere minus intelligētes, quō euan-
gelium prædicādum om̄i creaturæ dicatur. Nunq̄d
insensatis & brutis animalibus erat prædicandum?
Non. Sed om̄is creaturæ noīe, homo signatur. Si em̄
qualitas humanae creaturæ cū ceteris creaturis sub-
tilius conseruat, cōmunionem & participationem
quandam cū omnibus habere inuenitur. Sunt enim
lapides, qui nec uiuunt, nec sentiunt. Sunt herbae &
arbusta, quæ quāuis uiuant per uiriditatē, tamen nō
sentiuunt, nec discernunt. Sunt bruta animalia quæ ui-
uunt, sentiunt, sed non discernunt. Sunt angeli qui ui-
uunt, sentiunt & discernunt. Habet ergo homo cum
his creaturis portionem quandam, qui habet esse cū
lapidibus, uicerē cū arboribus, sentire cū animalibus
brutis, discernere cum angelis. Omni ergo creaturæ
prædicari præcipitur euangeliū, cū soli homini præ-
dicatur, quia ille docetur, propter quem om̄ia facta
sunt, & cui om̄nia per quandā similitudinē cōmuniā

sunt. Siue certe omnis creature noīe, omnis natio gentium designatur. In quibus uerbis, quantū nobis passio dñi profuerit, qui ex gentibus credidimus, manifestatur. Qui em̄ prius dixerat, In uia gentium ne abierritis, & in ciuitates Samaritanas ne intraueritis, sed potius ite ad oves quae perierunt domus Israel, nunc post resurrectionē ascensurus in cælum, præcepit, dicens: [Euntes in mundū uniuersum, prædicate euangelium omni creatura:] quod est dicere, omni nationi hominum. Quod Matthæus euangelista manifestus declarat, dicens: Eūtes ergo in mundū uniuersum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Quapropter erubescat Iudeus infelix, qui dicit Christum tamen ad salutem suam esse uenturum, & non ad alios, cū ipse dicat: [Ite, baptizate omnes gentes.] Erubescant & Donatistæ, qui eum loculiter includere uolentes, dixerunt eum in Africâ x̄m esse, & non in alijs mundi partibus, cum idē ipse dicat: [Euntes in mundum uniuersum.] Sed ne frustra gentes ad credulitatē dei se uocari putarēt, præmium credentibus promittitur, cū subinfertur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et quia quos lenis promissio ad credendum non suadet, diuersi terrendi sunt, recte subiungit: Qui vero non crediderit, condēnabitur. In quo loco ordo baptizandi, predicatoribus demonstrat, cū dicit: [Qui crediderit & baptizatus fuerit.] Prius em̄ credulitas ponitur, & post modū baptismum sequitur: quia nullus ignarus tam mysteriū fuscipere debet, nisi prius à doctore instruatur & imbuatur. Postquam uero credidit, baptizet. Vbi curiosus lector opponere potest? Quid ergo fieri de parauilis, qui nesciūt loqui? Ad qd

ASCENSIO. DOMINI 173

uera ratio respondere potest, q[uia] sola fides parētū
paruulis proficit in baptismo, ita tñ, ut cum ad legi-
timam ætatem peruerentur, instruantur & doceantur.
Et pulchre eorū fides qui saluādi sunt, in fundamēto
ponitur, q[uia] (ut ait scriptura) iustus ex fide uiuit, & si
ne fide impossibile est placere deo. Sicut autē fides habac. 8
Hebre. 18
origo est omniū uirtutū, sic incredulitas mater p̄di-
tionis. Vnde & subdit: [Qui uero non crediderit, cō-
demnabitur.] Quia sicut dñs alibi ait, qui nō credit,
iam iudicatus est. Et itē: Nisi quis renatus fuerit ex Johan. 3
aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnū dei.
Sed forte dicit aliquis: Ego iam credidi & saluus erō.
Verum dicit, si hoc qđ proficit uerbis, implet ope-
ribus. Vera em̄ fides est, que hoc perficit opere, quod
cōfitetur ore, scdm quod dñs ait ad discipulos: Sci-
tis hæc, beatieritis, si feceritis ea. Hinc & Apostolus: Johan. 3
Rom. 10
Corde em̄ creditur ad iustitiā, ore autē confessio fit ad
salutem. Confessores em̄ dñs suos operatores uult
esse. Cæteri frustra sibi de sola fide blandis, qui bona
opari negligit, q[uia] sicut ait apostolus Iacobus: Fides
sine operibus mortua est. Sunt autē plurimi huiusmo-
di, quod peius est, sicut ait Apostolus, qui const̄etur Titi. 1
uerbis se nosse deum, factis autē negant. quales dñs
in euangelio reprobat, dicens: Quid autē uocatis me
dñe dñe, & non facitis quæ dico? Et per prophetam:
Populus me hic labijs honorat, cor autē eorū longe
est à me. Missi autē apostoli ad prædicandū euangeliū
om̄i creaturæ, ne causarentur tñ opus se pficere non Isaig. 29
posse, uisibilium miraculorū signa eis in adiutorium
promittuntur, cū dicitur: [Signa autē eos qui credi-
derint, hæc sequent]. In noīe meo dāmonia ejscient,
linguis loquētur nouis, serpentes tollēt. Et si morti-

176 **T**IN DIE SANCTO

serum quid biberint, nō eis nocebit. Super agros manus imponent, & bene habebunt.] Quæ omnia per apostolos eorumq; successores etiam ad literam esse completa, nullus ignorat, qui eorum actus uel uitas legit. Sed ex pluribus pauca commemorāda sunt. In nomine enim Christi frequenter ab obsessis corporibus apostoli dæmonia eiecerunt, sicut Paulum fecisse legimus, quando puella, quæ habebat spiritum pythonis, sequebatur eum per multos dies. Dolens autem ille, & cōuersus spiritui dixit: In nomine Christi præcipio tibi, ut egrediaris ab ea. Et statim sana facta est. Linguis locuti sunt nouis, non solum apostoli die sancto pentecostes, cum in linguis igneis spiritum sanctum acceperunt, sed etiam sicut in Actibus apostolorum legimus, cum per impositionem manuum eorum spiritum sanctum acciperent, linguis loquebantur & prophetabant. Serpentes tulerunt, sicut Paulum apostolum legimus fecisse, qui cum naūigasset ad quandam insulam, & collecta farmentorum multitudine imposuisset super ignem, uipera à calore ignis egressa, inuasit manum illius. Et cum putarent eum subito casurum, & cito moriturū, ipse excutiens manu bestiam, in ignem proiecit, & nihil mali sustinuit. [Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.] Legimus in ecclesiastica historia Eusebiū Cæsariensis, Iohānem discipulum domini, propter insuperabilem constantiam euangelizandi ueneno potatum esse, & nihil mali passum fuisse. In eisdem quoq; patrū literis Barnabas legitur eūdem mortiferum potum bibisse, sed mortis periculū non sensisse. [Super agros manus imponent, & bene habebunt.] Non solū per impositionē manus apostoli

Actu.16

ASCENSIO. DOMINI

177

lorū infirmis redditā legimus sanitatē, sed (ut in Acti
 bus apostolorū narrat) de corporibus eorū tollebanū
 sudaria & succinctoria, & super infirmos ponebanū,
 per plateas quoq; in lectulis & grabatis ponebāt in-
 firmos, ut ueniente Petro, saltem umbra illius obum-
 brarer quenquam illorum, & sanabantur à quacūq;
 infirmitate detinebātur. Et hoc est quod dñs alibi p-
 mittit, dicens: Qui credit in me, opera quæ ego facio
 & ipse faciet. & maiora horum faciet. Forte etiā ali- Johan.
 quis dicit hanc eandem gratiam nunc in ecclesia non
 esse, quia ijsdem miraculis corporalibus nō coruscari.
 Cui respondendum est, eandem uirtutem esse nūc in
 ecclesia, quæ prioribus temporibus fuit. Quod uero
 priscis temporibus signis corporalibus resulſit, scien-
 dum est, quia ut fides cresceret in exordio nascētis ec-
 clesiae, miraculis corporalibus nutrienda erat. In hoc
 enim signa miraculorum manifestata sunt, ut corda
 uidentium ad inuisibilia credenda raperentur. Sicut
 enim, uerbi gratia, cum arbusta plantamus, tā diu eis
 ad radicem aquam fundimus, quoq; ea cōualuisse
 videamus, et cum radicem fixerint, irrigatio cessat;
 sic nouella plantatio ecclesiae, ut incrementum fidei
 perficeret, miraculis corporalibus erat irrigāda. Post-
 quam autē in fide firmiter radicata est, exteriora mi-
 racula cessauerunt, quia ut ait Apostolus: Linguae in
 signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus. Quotidie-
 nanc; ecclesia spiritalis uirtutes operatur, quas per a-
 postolos prioribus temporibus operabatur, In no-
 mine enim Christi dæmonia ejciuntur, cum per mi-
 nisterium sacerdotale & gratiam exorcismi, ab illorū
 mentibus, qui in nomine sanctæ trinitatis baptizan-
 tur, illorum potestas excluditur. Linguis loquentur

M

178 IN DIE SANCTO

nouis, cum hi qui erant consueti mendacijs, pernicijs, detractionibus, maledictionibus, ad deū laudandum & benedicendum conuertuntur. Et cum exhortantur proximos, consolantur dolentes, corripiunt negligentes, commutantes labia sua, & abstinentes se a malo & a prauo eloquio, dicentes cum Psalmista: Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.

Psalm. 38.

Psalm. 17.

Et iterum: Quoniam omnia iudicia eius in cōspectu meo, & iustitias eius non repuli a me. Etero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniuste mea. Cumq; in suis & alienis cordibus cogitationes uenenosas & immundas dominari non finunt, serpentes nimirū pariter tollunt. Cum uero a proximis uerba detractionis & peruersa consilia audiunt, sed usq; ad effectum operis eis non consentiunt, mortiferum quoddam bibunt, sed non eis nocet. Quicunq; enim aut in fide titubat, aut in bono opere trepidat, profecto eger est animo, quisquis ergo talibus ideo uerbū prædicationis impendit, uel exemplum boni operis ostendit, ut eos in bono opere firmiores reddat, super agros manus imponit, ut bene habeant. Hæc autem signa tanto maiora sunt, quanto spiritualia: & tanto meliora, quanto per hæc non corpora sanantur cito moritura, sed animæ in æternum uiuituræ. Nam exteriora signa eo minorem mercedem in futuro expectant, quo maiorem gloriam in præsentí recipiunt: interiora autem tanto maiorem gloriam in futuro præsolantur, quanto minus in præsenti ab hominibus uidentur. Et exteriora quidem etiam mali habere possunt, quales dicturi sunt: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, dæmonia eieicimus, uirtutes multas fecimus? Quibus responderetur: Amen

matth. 7.

amen dico uobis, nescio uos. Discedite à me operarij
iniquitatis. Non enim curat deus per quos faciat vir-
tures, ut saluet eos, quos in'perpetuum vult habere. Spi-
rituales uero qui habet, mali esse nō possunt. Et do
minus quidem Iesus postquam locutus est
eis, assumptus est in cæli. Igitur postquod dñs ad pro-
dicandū euangelium apostolos omni creature in mundū
misit, postquod signa & uirtutes eos, qui credituri erāt in
nomine eius, securitas promisit, ascēdit in cælū, ostē-
dens illuc eos quandoquo esse uenturos, quo caput suū
præcessisse cognoscerent, sicut ipse patrē postulat, cū
dicit: Volo pater ut ubi ego sum, ibi sit & minister me
us. Et item: Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur Johan. 14. 1
& aquila. Concordat autem Lucas euangelista cum Luce. 17.
his uerbis, qui cū narraret dñm dixisse discipulis, Et
uos quidem eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Actus. 1
Iudea & Samaria, & usquo ad ultimum terræ, cōtinuo
adiunxit, dicens: Et cum hoc dixisset, uidentibus illis
eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.
Vbi considerandum est, quia dominus ascensiōis suę
testes & præcursorēs in ueteri testamento habere uo-
luit, unum ante legem, & alterum sub lege, Enoch sc̄i
licet & Eliam: quia sicut ipse Ioseph uenitus, domi-
ni uenditionem ac passionem prefigurauit, si Enoch
translatus, & Elias curru igneo raptus, illum præfigu-
rauerunt, quis super omnes cælos erat ascensurus. Ec
illi quidem ut puri homines sarcina peccatorum gra-
uati, auxilio indigerunt angelorū, ut in regione qua-
dam secretiori transfferrētur, non funditus mortē ui-
tates, sed ad tempus differētes. Vñ unus translatus, al-
ter uero raptus memoratur. Dñs autem Iesus Ch̄s, quē
nulla mortalitas corruptionis grauabat, nō indiguit

180 **T**IN DIE SANCTO

Johann. 3. in ascensione auxilio angelorū, qui propria uirtute penetravit alta cælorū, sicut ipse in euāgelio ait: **Nemo**

Psalm. 24. ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo. **Et per Prophetam:** Nūc

exurgam, dicit dominus, nū exaltabor, nū e sublimabor. **Vbi** notandum est, quia per incrementa tēporis munditia excrevit castitatis, iuxta illud quod p **Daniel.**

12. nielem dicit: Per trāsibunt plurimi, & multiplex erit scientia. **Translatus** est **Enoch**, qui per coitū genitus,

& per coitum generās, uxorē & filios habuisse legitur. **Raptus** est **Elias**, per coitum genitus, non tamē

per coitum generans, qm̄ uxorem & filios habuisse non legitur. **Non** tamē in cælum æthereū, sed pori

us in aercm. **Assumptus** est autē dñs **Iesus Christus**, qui mortis superauit autorē, nec per coitū genitus,

nec per coitum generans, non in cælū aëreum, sed in cælum æthereum. **Quigenitus** est ante om̄ia secula

de patre sine matre, & natus est de matre sine patre in fine seculorum. **Nec** solū sancti patres dominicā

ascensionem exemplis præfigurauerunt, sed etiā ner
bis prædixerunt. **Ait** enim **David**: Exaltare super cæ

Psalm. 56. los deūs, & super om̄em terram gloria tua. **Et item:** Ascendit deus in iubilatione, & dñs in uoce tubæ. **Et**

Psalm. 46 alibi: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuata-

Ephe. 4. tem, dedit dona hominibus. **Hodie** enim patefacta est omnibus ianua regni cælorum, quia homo à deo

assumptus, ascendit super omnes uirtutes angelorū. **Psalmista** testante, qui ait: Et ascendit super Cheru-

bitim & uolauit, uolauit super pennas uentorum. **Ho**-

dieræ ascensionis singularem uolatum mirabatur sponsa in **Canticis cantorum**, cum diceret: Ecce iste uenit saliens in montibus, transiliens colles. **Ho**

Canti. 2.

die facta est noua iustitia in celo angelorum, quia hō
reditus per dñm reuocatus ē ad regna cælor̄. Quod
autē ait, Et sedet a dextris dei, non deus pater de-
xteram habere credendus est sicut nos, qui incorpo-
reus est & immensus, sed totus dexter, quia totus est
sc̄tus. Igitur in dextera dei, æqualitatis potentia desi-
gnatur. Ad dexteram ergo dei sedere describitur, qā
hoīem, quem ex nobis assumpsit, per ascensionem di-
uinitati sociauit, de quo per Psalmistā dicitur: Dixit psal. 109
dñs dño meo, sede à dextris meis, Donec ponam ini-
micos tuos scabellū pedū tuorū. Sicut em̄ in sinistra
reprobi ponendi sunt, ita ad dexteram electi, ipso iu-
dice teste, qui ait: Statuer quidem oves à dextris, hœ
dos autem à sinistris. A dextris igitur dei sedere dicit̄,
ut ibi se uentura credant esse membra, quō caput su-
um audiūt præcessisse, sicut per Apostolum dicitur:
Si consurrexisti cū Christo, quæ sursum sunt queri
te, ubi Christus est in dextera dei sedēs. Queritur au-
tem, quare Marcus dicat, [Sedet à dextris dei,] cum
Stephan⁹ referat: Ecce uideo celos apertos, & Iesum
stantem à dextris dei. Quid est quod iste hunc seden-
tem, ille uero stantē cōmemorat, nisi quia sedere re-
gnantis est, stare aut pugnantis uel adiuuantis? Mar-
cus uero post ascensionē hunc sedentē describit, quia
q̄ nunc c̄t patre iudicat om̄ia, ad extremū iudex est
omnium uenturus. Stephanus autem in certamine
positus, stantem eum uidit, quem adiutorem sum-
psit: quia ille pro Stephano pugnabat, q̄ ei ut uince-
ret retribuebat. Illi aut̄ profecti prædicauerūt
ybiq̄, Prædicauerūt nanc̄ ubiq̄, ut impleretur p-
rophetia, quæ dicit: In oēm terram exiuit sonus eorū,
& in fines orbis terræ uerba eorū. Et iterum: Non sunt psalm. 8

182 ASCENSIO. DOMINI

loquelæ neḡ sermones , quorū non audiantur uoces eorū . Nec purandū est quod statim post dñi ascensio- nem ubiq̄ ad prædicandū sint missi , sed iuxta dñi iussi onē manserūt in ciuitate , quo usq; uirtute indueretur ex alto . Postq; spiritus sancti dona perceperūt , primū Iudæis uerbū dei annunciauerunt , ut illis non creden- tibus , iuste fieret ad gentes transmigratio , sicut ipsi di- xerunt : **Vobis** quidē oportuerat primū loqui uerbū dei . **Vnde** olim cū prædiceret propheta gētes concor-

Isaie. 49. porales & cohæredes fieri ecclesiæ dei , ait : **Parū** est

Isaie. 41. ut sis mihi seruus ad suscitādas tribus Iacob , & feces

Isaie. 54. Israel conuertendas . Et item : **Dedi** te in lucem genti-

um . Et rursus : **Lōgos** fac funiculos tuos , & clauos tuos consolida . Ad dextram em̄ & lœuam penetrabis , & semen tuū gentes hereditabit . Et ne putares apo-

stolos ad prædicandū ubiq̄ euangelium idoneos sua uirtute esse , euāgelistā rē necessariam adiūxit , dicens :

Dño cooperante , **Et** sermonē confirmante se-

quentib⁹ signis . Cōfirmauit dñs sermonē apo-

stolorū sequentib⁹ signis , qñ per eos talia signa & uirtutes ostendit , ut nullus doctrinā eos ex deo esse dubitaret , qui miracula conspiciebat . Talia uero si-

gnia per eos fecit , ut etiā quidam persecutores & con-

tradictores cōpuncti crederent : ut dum unus resusci-

tarēt corporaliter , multi resuscitarētur spiritualiter :

& dū unus sanaref in corpore , multi sanarent in ani-

ma . Sed ipsi apostoli sermonem suū confirmauerunt deo secum cooperante , qñ quod alijs prædicauerūt uerbis , prius impleuerunt operibus . Confirmat autē

doctor suū sermonem , qñ quod alios docet , ipse pri-

us opere complet : illum bonū doctorem imitans ,

de quo scriptum est : Capit Iesus facere & docere .

SODOMINICA POST

183

Ascensionē dñi. I. Petri. IIII.

TCharissimi, Estote prudentes, & uigilate in orationibus. Et reliqua.

APostolica nos uerba fratres charissimi considerare oportet, quæ in præsentī lectione beātūm Perrum nos admonentē atq; docentem audiūmus. [Estote itaq; prudētes, & uigilate iiii orationibus, [complentes opere ea quæ sunt in euangelio scripta.] Ante omnia aut̄ mutuam in uobis met̄ ipsiſ charitatem continuam habentes.] Hæc em̄ major esse omnibus uirtutibus creditur, [quia charitas operit multitudinem p̄ctōrum] suorum uidelicet & illius, quem per suam doctrinam ad meliorem cōuerterit uitam. [Hospitales inuicē sine murmuratione, Murmuratio em̄ noxia est opib; bonis. Et ideo hilarem datorem dicit Apostolus diligere deū. [Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrū illā administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei,] dantes propter deū propria diligenter indigētibus. [Si quis loquīt̄ quasi sermones dei] i, ut non negligēter qui prædicat præceptū dei, deo reputet, nō sibi met̄ ipsi, sed quasi sermones dei loquatur, ut nō humano sensu ea quæ studeat intelligere, scdm carnalem scilicet sapientiā, sed secūdum quod spiritus sanctus dictauit, eo modo spiritualiter ea intelligere studeat & opib; adimplere. [Si quis ministrat tanq; ex uirtute, quā administrat deus,] ut oīa dei dona diuinæ reputet gratiæ, nihilq; suis q̄s mercis audeat deputare: quia bonū quicquid est in hoīe,

M iiii

ex dei tantum est operatione, nō ex humana sapientia uel uirtute. **H**umiliter tamē impendere debemus proximis bonū quod habemus, quia scimus nō ex nobis esse q̄ sunt bona, sed ex dei tñm peruenire gratia. **V**t in oībus honorificetur deus p̄ Iesum Christum dñm nostrū.] Ex oībus bonis q̄ deus humanæ tribuit largitati, ipsi semp ab hoībus laus & gratias actio referat, ut exinde uitā æternā in ea laudū gratiarūq; actione digna permanentes obseruatione, mereantur. **I**deo necesse est, ut sepius cogitemus quales futuri sumus in die iudicij, purissimis angelorū conspectibus offerendi, & æterno iudici rationem de libris conscientiae reddituri. **R**emoris omnibus em̄ probationibus, certū est in die illa ipsum ante se hominē consti-tuendum, & ipsam sibi animā cordis speculo demon strandam, & testes contra eam non de foris aliunde, sed intus de semetipsa proferēdos. **A**dīcienda erunt nō aliqua peregrina, sed omnia testimonia nostra, id est, opera sua. **V**incamus ergo uoluptates & intētiones nostras, dum nobis tempus illud expectatissimum ac beatissimum, felici mutuatioē æternæ uite succedit, q̄n implebitur illud quod dñs dicit: Erūt homines similes angelis sanctis. In assiduis enim fletibus, in quotidianis sumis nostra penitentia, habemus sacerdotē in cælis, qui interpellat pro nobis, de quo etiam per Iohannem dicitur: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrē Iesum Christū iustum, & ipse est propiciatio p̄ peccatis nostris. Ecce exultat animus cū aduocati nostri potentia audimus, sed exultationem nostram iterū remordet timor, q̄a ipse q̄ nobis aduocatus est, dici iustus. **N**os em̄ causas iniustitiae habemus, iustus uero aduocatus iniustas causas nul-

ASCENSION. DOMINI 185

Io mō suscipit, nec uerba dare pro iniustitia cōsentit.
Quid ergo agimus fratres charissimi? Sed ecce occur-
rit animo qd agamus, Mala quæ fecimus, & desera-
mus & accusemus. Scriptū est, Justus in principio ac-
culturor est sui. Quilibet etem peccator cōuersus in fle-
tibus, iam iustus esse inchoat, cū cōperit accusare qd
fecit. Cur em iam iustus nō sit, qui contra suā iniustiti-
amā per lachrymas sœuit? Iustus igitur aduocat⁹ nr,
iustos nos defendet in iudicio, qa nosmetiplos & co-
gnoscimus & accusamus iniustos. Nō ergo in fletib⁹,
nō in actib⁹ nostris, sed in aduocati nostri alleuatiōe
cōfidamus, q uiuit & regnat in secula seculorū, Amc.

DOMINICA POST
Ascensionem dñi Iohannis XV.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis:
Cum uenerit paracletus, quem ego mi-
tam uobis a patre spm ueritatis. Et reliqua.



In multis locis euange-
lij legimus, quod ea q
minus apostoli de per-
fectione habebant, per spi-
ritus sancti aduentum do-
minus se daturum promi-
serit: manifestius tamen in
exordio lectiōis huius, nō
solum eūdem spiritum re-
promittit, sed etiam quod
ipsius dono ad prædicandū
euangeliū idonei red-

M v

DOMINICA POST

dendi essent: declarat, cum dicit: **Cum** **venerit** **pa-**
racletus, quem ego mittam uobis à patre spiritum
 ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhi-
 bebit de me. **I** Manifestum est autem, nec laboriosa
 expositione indiget, quare eundem spiritum paracle-
 tum nominet, παράκλητον enim græce, latine consola-
 tor siue aduocatus dicit. Bene autē consolator, quia
 non solum apostolore corda morentia de dñi absen-
 tia, uel ad sufferendas tribulationes & passiones con-
 solatus est, sed etiā quotidie pro peccati perpetratio-
 ne lugentibus, dum spem ueniae repromittit, magnā
 consolationem impendit. **A** quo se consolari preca-
 batur Propheta, cum dicebat: **Consolations** tuę do-
 mine laetificauerunt animam meam. **P**ro quo in Gre-
 co legit̄: ἀπακλήσθησθε, εὐφραγητέται χαράς. **E**t itē
 Memor fui iudiciorum tuorum domine à seculo, &
 consolatus sum. Bene autē aduocatus dicit, quia cum
 sit æqualis patri & filio, pro delictis nostris patrem, q̄
 quotidie interpellare nō cessat, q̄ aut ait **Apostol⁹**: **Quid**
 oremus, sicut oportet, nescimus &c. **B**n̄ aūt ipsum spi-
 ritum à se mitti, & à patre procedere perhibet: non q̄
 aliter procedat à patre, & aliter à filio, uel aliter mit-
 tatur à filio, & aliter à patre: sed quia ipsa missio pro-
 cessio est, & ipsa processio missio. **N**eç em̄ diuersitas ē
 procedentis uel mitterētis, q̄bus una est essentia, parq̄
 deitas. **N**on em̄ minor est ille qui procedit, illo, à quo
 procedit: nec minor est ille qui mittitur, illo, à q̄ mit-
 titur: quia quod est pater, hoc est filius, hoc est & sp̄s
 sanctus. **Q**uia em̄ amborum spiritus est coæternus &
 consubstantialis, sicut procedit à patre, ita & à filio: &
 sicut mittitur à filio, mittit & à patre. **Q**uod uero pa-
 tris sit idem spiritus, dñs in euangelio manifestat, dis-

¶. 111, 93,

¶. 111, 8.

A SCENSIO. DOMINI 187

cens discipulis suis: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestrī, qui loqui^r in uobis. Quod aut filij sit, Paulus apostolus ostendit cum ait: Si quis Roma. 8 spiritū Christi non habet, hic nō est eius. Venit etiam a seipso idē spiritus, q̄a uerus est deus, sicut dominus ait: Spiritus ubi uult spirat. Et Paul⁹ enumeratis eiusdem sp̄s sancti uirtutibus, adiunxit: Hęc omnia operatur unus atq; idem sp̄s, diuidēs singulis prout uult. Spiritus nāq; ueritatis dicitur, qui à patre ueritatis p̄cedit. Nam pater ip̄e est ueritas, filius similiter & spiritus sanctus similiter. Et quod filius de seipso ait, Ego sum uia, ueritas & uita, hoc de patre & sp̄s sancto intelligēdum est: quia qualis est pater, talis est filius, talis est & spiritus sanctus. Quod autem ait, [Ille testimonium perhibebit de me,] manifestum est, q̄a spiritus sanctus filio testimonii perhibuit qđ deus esset, qñ die sancto P̄tēcostes ab eo missus, sicut fuerat p̄missus, sciētiā omnī linguarum apostolis tribuit. Nec solum tunc, uerum etiā anteq; pateretur testimonium ei perhibuit, qñ in Iordanē à Iohanne baptizatus in specie columbae super eum apparuit, & audita est uox dicentis: Hic est filius meus dilectus, in q̄ mihi complacui. Vnde & Iohannes ait: Et ego uidi, & te testimonium perhibui quia hic est filius dei. Sive certe spiritus sanctus filio testimonium perhibuit, quādo apostolos ad testimonium perhibendum fortis redidit. Vnde & subdit: Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio me cū estis. Non dicit ab initio seculi, neq; ab initio natuitatis, sed ab initio sue prædicationis. Nam in initio suae prædicationis dominus discipulos elegit, sicut idē Iohannes alibi ait: Hoc Johana. 2 fecit iactum signorum suorum Iesus in Chana Gali-

188 DOMINICA POST

lææ, & crediderūt in eum discipuli eius. Tanto enim
 uerius eius testimonium post ipsius glorioſiſimam
 ascensionem perhibere potuerunt, quāto manifesti-
 us illius opera & uirtutes ab initio ſuæ prædictiōis
 conſpexerunt. Vnde & dixerūt: Nos teſtes ſumus ho-
 rum omnium, quæ fecit in regione Iudeorūm & le-
 rusalem, quem occiderunt ſuspendētes in ligno. Hic
 deus uſcirauit tercia die, & dedit maniſtemum fieri,
 non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à deo, no-
 bis qui manducauimus & bibimus cum illo, poſtquā
 reſurrexit à mortuis. Et præcepit nobis p̄dicare po-
 pulo, & teſtificari qd ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à deo
 iudex uiuorum & mortuorum. Huic omnes prophe-
 tæ teſtimonium perhibet, remiſſionem peccatorum
 accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.
 Sed quia per eandem prædiſationem perſecutione
 naſcitur erat, recte ſubiungitur: Hæc locutus ſum
vobis, vt nō ſcandalizemini. Si enim (ut ait Apo-
 ſtoliſ) omnes qui uolunt in Christo pie uiuere, per-
 ſecutionem patiuntur, tanto duriores perſecutiones
 apoftoli pro ueritate uſtinuerunt, quāto priores in
 dñi prædiſatione apparuerunt. Consolatur autē pi-
 us magiſter mentes diſcipuloruſ, ut eo minus rabie
 perſequentium timeret, quo hæc ſibi à pio magiſtro
 prædicta recolerent. Vnde cum eis alibi perſecutio-
 nes uenturas p̄ predicatione prædiceret, ſemeſi pum
 in exemplu toleranțe proposuit, dicens: Si me perle-
 cuti ſunt, & uos persequētur: ſi ſermonem meum ſer-
 uauerunt, & ueſtrum ſeruabunt. Et item: Nolite time-
 re eos qui occidunt corpus, animam autem non po-
 ſunt occidere. Sed potius eū timere, qui potest & ani-
 mam & corpus perdere in gehennam. Et alibi: Si de-

Joha[n] 15.
 Matth[eu]s 10

Joha[n] 15.

mundo essetis, mūdus quod suū etat diligenter. Quia
vero non estis de mundo, sed ego elegiuos de mu-
ndo, ideo odi uos mundus. Scandalizari autem, est ali-
quem in persecutione à fide desicere, uel à prædicatio-
ne cessare. Ut autem fortiores eos redderet, non solū
persecutiones eis prædictis, sed etiam eiuidem genus
persecutionis ostendit, cum adiūxit: Absq; synago-
gis facient vos. οὐαρωγή enim græce, latine cōueni-
tus siue congregatio dicitur. Nec enim parua tunc tē-
poris uituperatio erat à synagoga ejici, sed sicut nūc
turpe est pro suis sceleribus aliquē extra ecclesiam re-
pelli, sicerat tunc uituperabile extraneum quenqua
à synagoga fieri. Quod autem à synagoga frequenter
ejecti sunt, liber Actuum apostolorum pleniter de-
clarat, in quo legitur: Quia statuentes eos in cōcilio,
denunciauerunt eis, né cuiquam homini loqueren-
tur, neq; docerent in nomine Iesu, qñ illi ibant gauden-
tes à conspectu concilij, qm̄ digni habiti sunt pro no-
mine Iesu contumeliam pati. Sed quia plures Iudeo-
rum zelo carnalis legis defendēdæ psecutiones apo-
stolis commouerūt, recte subditur: Sed venit ho-
ra ut omnis qui interfic̄t vos, arbitretur ob-
sequium se praestare deo. Hora in hoc loco tem-
pus persecutionis intelligi potest, quo apostoli à pes-
simis erant persecutiones passuri. Magnum quippe
obsequium se praestare deo arbitrabantur, cum præ-
dicatores euangeliū quasi destructores legis pseque-
bantur. D quibus ait Apostolus: Confiteor, zelū dei
habent, sed non secundum scientiam. Frustra autem
defendunt legem per seruum datam, qui amittunt gra-
tiam per filium factam. Quia sicut scriptum est: Lex Joban.ⁱ
per Moysen data est, gratia & iheritas p̄ Iesum Chri-

Roma. 14

IN VIGILIIS

stum facta est. Vnde & subinfertur: Et hæc faciet
vobis, quia nō nouerunt patrem neq; me. In
hoc se Iudæi patrem non cognoscere ostendunt, cum
prædicatores filij tanto odio persequuntur, sic idē fili
us alibi discipulis dicit: Qui uos recipit, me recipit. Et
^{attib. 10} quos spernit, me spernit. Sed hæc locutus sum
vobis, vt cum venerit hora, eorum reminisca
mini, quia ego dixi vobis. Prædictus pius magister
persecutiones discipulis uetus, ut tanto facilius eas
uenientes tolerarent, quanto ab illo prædictas recon
lerent. Minus enim iacula feriunt quæ præuideri pos
sunt, repentina uero & subitanei casus, etiam fortissi
mos milites in bello conturbare solent. Et ideo non
solum hic quod futurum erat prædicere uoluit, sed
etiam plurimis in locis, ut tanto leuius tribulati
ones & angustias sufferrent, quanto per præscientia
clypeum muniti essent. Cum enim mitteret eos ad
prædicandum, dicens: Ecce ego mitto uos sicut o
ues in medio luporum, quid pro eadem prædicatio
ne passuri essent, continuo manifestare curauit, subi
ciens: Cauete ab hominibus, tradent enim uos in cō
cilijs, & in synagogis suis flagellabūt uos, & ante re
ges & præsides ducemini propter me, in testimonij
illis & gētibus. Et item: Beati eritis cum uos oderint
homines, & cū separauerint uos & exprobrauerint
& eiecerint nomen uestrum tanquam malum, pro
pter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate,
ecce enim merces uestra copiosa est in cælis.

Luc. 6

SO IN VIGILIIS PEN-

tecostes, Iohan, XIII,

PENTECOSTES

151

Tin illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si diligitis me, mandata mea seruate. Et reliqua.

Quid est quod dicit, quod diligentibus deum & seruantibus mandata eius, spiritus paracletus daretur, dum deus non diligitur, & mandata eius servari non possunt, nisi per spiritum sanctum? Quid aliud, nisi ut qui per spiritum sanctum diligit deum, mereatur diligendo ut plus habeat, & plus habendo plus diligit? Paracletus quippe consolator interpretatur. Et spiritus sanctus recte paracletus vocatur, quia cor ad fidem illum ne inter huius seculi aduersa deficiant, & aeternis uitae desiderijs subleuat ac reficit. **E**t ego rogarbo patrem, et alium paracletum dabit vobis. Ostendit in hoc & seipsum esse paracletum. Habet enim & prius paracletum, ipsum uidelicet dominum secum in carne commorandum, cum & miraculorum dulcedine & opere praedicationis, ne propter infidelium persecutionem scandalizari possent, erigi & confortari solebant. Rogabo dixit, per humanitatem, qui cuncta dat cum patre per divinitatem. **U**lt maneat vobiscum in aeternum. In aeternum namque maneat cum sanctis, quos & in hac vita semper inuisibilius intus illustrat, & in futuro ad contemplandam perpetuo specie maiestatis introducit. **S**piritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Mundum autem appellat, homines mundi huius amori datus. Mundus ergo eum accipere non potest, id est, mundiales homines, quia non habent inuisibiles charitatis oculos, quibus solummodo spiritus sanctus uideri potest,

& sciri, & sciēdo intelligi. Vos autem cognoscetis cum quia apud vos manebit, et in vobis erit. Erit, ut maneat in æternum. Dominū nangs saluarorem & infideles ante passionē in carne uiderit, sed quia filius dei esset, quia paracletus à deo missus in mundum, non nisi fideles scire potuerunt. Spiritū autem sanctum neque oculis uidere infideles, neque animo ualebant cognoscere, quia nō indutus humilitate discipulis apparuit, sed ita ad eos uenire, i.e. apud eos maluit manere, ut in ipsis eorum cordibus gratissimam sibi sedem consecraret. Hoc est enim qd ait: [Vos autem cognoscetis eum, qd apud vos manebit, & in vobis erit.] Qui autē inuisibiliter in hac uita manet cum electis, inuisibiliter utiqz eis gratia suæ cognitionis exhibet. Non relinquā vos orphanos veniam ad vos. Videbatur infidelibus quia moriens in cruce dominus, discipulos relinquenterophonos: sed non relinquit orphanos, qbus & præbuit seipm uiuū post passionem suā in multis argumentis per dies quadraginta, & post dies decem assumptionis suæ spiritus sancti illis de cælo charismata donauit, ubi ipm Chrm ad eos uenisse nullus ambigit, qui inseparabilem sancte trinitatis naturam, ueritatem & operationem esse cognoscit. Adhuc modicum & mundus me iam non videt. Modicum erat usq ad tempus expletae passionis, ex quo illum reprobiuidere non ualebant. Soli etenim iusti, qui morte illius erant cōtristati gaudium resurrectionis eius uidereruerunt. Vos autem videtis me, quia ego uiuo, & vos uiuetis. Quid ē quod ego uiuo, & uos uiuetis? Cur de præsenti se dixit uiuere, illos autem de futuro esse uiucturos, nisi etiam uitæ carnis,

utique resurgentis, qualis in ipso præcedebat, & illis est pollicitus securitatem. Et quia ipsius mox futura fuerat resurrectio, præsentis posuit temporis uerbum, ppter significandam celeritatem: illorum autem, quod in seculi differtur finem, non ait uiuens, sed uiuetis. Ducas enim resurrectioes, suam scilicet mox futuram, & nostram in fine seculi securitatem, duobus uerbis præsentis temporis & futuri, eleganter breuiterque promisit.

In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, et vos in me, et ego in vobis. In qua die, nisi de quo ait, [Et uos uiuetis?] Nouerant apostoli tunc esse Christum in patre, per unitatem indivisiuorum duarum diuinarum: nouerant se esse in Christo, per suscepctionem fidei & sacramentorum eius, q[uod] nouerat ueraciter uiuere tunc esse Christum in patre, in se esse Christum per dilectionem & obseruantiam mandatorum eius: nouerat & hoc sancta dei ecclesia, sed longe melius & plenius in illa die, de qua dixit, **Tu os uiuetis, in qua ueraciter uiuere incipiens, hoc est, in die resurrectionis, quoniam perfectius cuncta quae scienda sunt scient, quoniam ipsum scientiae fontem uicinius sine fine conspicient.** Et quia omnibus huius promissioem beatitudinis promitteret, non solummodo apostolis, mox subiungit: **Qui habet mandata mea et seruat ea, ille est qui diligit me.** Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.] Vbi omni intentione considerandum est, quia Christum uere diligere, est non solum ipsam dilectionem confiteri, sed mandata Christi, quae descendendo habemus, operando seruare. [**Qui habet (inquit) mea manda ta et seruat ea, ille est qui diligit me.**] Qui habet in memoria, & seruat in uita, qui habet in sermonibus,

IN DIE SANCTO

& seruat in moribus: qui haber audiendo, & seruat faciendo: aut qui habet faciendo, & seruat ea perseuerando, ipse est (inquit) qui diligit me. Notandum quod cum praesentis temporis uerbo diceret, qui autem diligit me, adiicit de futuro, diligit a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Diligit namque etiam nunc dilectores suos cum patre filius, sed nunc diligit ad hoc, ut recte uiuant ex fide, quam dilectionem operatur: tunc ad hoc diliger, ut perueniant ad uisionem ueritatis, quam per fidem gestaverant. Non autem frustra addidit, [& manifestabo ei meipsum.] Si uero secundum humanitatem se cunctis in iudicio manifestabit, solis uero iustis & sanctis diuinitatis gloriâ, in qua æqualis est patri & spoli sancto, ad æternâ beatitudinem manifestatus erit,

IN DIE SANCTO

Pentecostes. Iohan. XIII.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et reliqua.

Promisurus dominus spiritum sanctum discipulis, quales se exhibere debeat, qui eius habitaculum fieri desiderant, in exordio huius lectiōis manifestat, cum dicit: **Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.** In quibus uerbis ostendit, quod probatio uere dilectionis, exhibitio est boni operis. Si enim qui non diligit dominum, mandata eius non custodit, sine causa eum se diligere confitetur uerbis, quod eius præcepta non seruat operibus, Iohanne apostolo te-

Re qui ait: Si quis dixerit qm̄ diligo deum & fratrem
suum oderit, mēdax est. Et sicut de falsis fidei p̄fesso
ribus Apostolus ait, Cōfitemſe nosſe dēū, factis aut̄ **Citi. i.**
negant. Tales dominus in euangelio reprobat, cū di-
cit: Quid autem uocatis me dñē domine, & nō faci-**Zacg. 6.**
tis quæ dico? Et propheta: Populus hic labijs me ho-
norat, cor autem eorum lōge est à me. Sicut enim iu-**Isag. 29.**
ſius ex fide uiuit, sic fides sine operibus mortua ē, do-
mino dicente: Non orans q̄ dicit mihi, dñē domine,
intrabit in regnū cælō, &c. Vnde Iohannes in **Apo. 2.**
calypsi cum dixisset, Beatus qui legit, & qui audit uer-
ba prophetar̄ libri huius, continuo subiunxit: Et ser-
uat ea quæ in ea scripta sunt. Amor etem̄ dei oculos
esse non potest, quādo ut dominus ait, Ex abundātia **Matth. 22.**
cordis os loquitur. Aut em̄ magna operatur, si uerus
amor est: aut si operari tenuit, haud amor dicēdus ē.
Sicut em̄ imperator in hoc intelligit, quod sui milites
eum diligūt, cum prouinciæ leges eius obseruant: sic
affectionē nostræ dilectionis erga dēū ostendimus, cum
præcepta eius seruamus. Vnde huic lectiōni paulo su-
perius præmissi, dicēs: Qui habet mādata mea, & ser-
uat ea, ille est q̄ diligit me. Et iter̄: Si diligitis me, mā
data mea seruate. In dilectione uero dei non tantū lingua,
sed & manus est intuenda, sicut alibi dñs discipu-
lis ait: Scitis hæc, beati eritis, si feceritis ea. Custodiē-
da ergo sunt præcepta dei, quia in custodiendis illis p̄
parata est retributio multa nimis. De qua retributio-
ne protinus subinfertur: [Et pater meus diligit eū.]
Quid enim dilectori suo filius amplius p̄mittere po-
test, quām ut à patre diligatur? Qui ergo diligit filiū,
diligitur & à patre, quia idem filius unus est cum pa-
tre, sicut ipse alibi dilectoribus suis dicit: Ipse enim pa-

196 **T**IN DIE SANCTO

ter amat uos, quia uos me amastis, & credidistis qā
à deo exiui. **N**otandum aut̄ q̄ ait, & ad eū ueniemus. **N**i
si de° trinitas esset, nequaq̄ pluraliter diceret. [Et ad
eū ueniemus.] **V**bicūq; em uenit pater, uenit filius, ue
nit sp̄s sc̄tūs. Et ubiq; manet pater, manet fili⁹, ma
net & sp̄s sanctus. Quia sicut ait Apostolus, Char
itas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritum san
ctum, qui datus est nobis. **E**t item: **H**abitare Christ⁹
per fidem in cordib⁹ nostris. **S**ed læto corde accipie
dum est, quod infertur: [Etmāsionem apud eum fa
ciemus.] **A**d quorūdam uero corda deus uenit, sed
mansionem nō facit, quia eos per compunctionis gra
tiā uisitat: sed cum hora compunctionis transiunt,
& ad iniquitatem redeunt, deū à corde suo repellunt,
de quibus dominus alibi dicit: **Q**uia ad tempus cre
dunt, & in tempore temptationis recedunt. **A**t uero ad
electorum cor non solum uenit, sed & mansionem fa
cit: quia eorum mentes sic fixe sunt in amore diuini
tatis, ut ab eius dilectione tempore temptationis non
recedant, sed ita domino cohārent, ut siue in prospe
ris, siue in aduersis, semper ipsum benedīcere stude
ant, dicētes cum Psalmista: **B**enedicā dominum in
omni tempore. **C**ōsiderāndum ergo summopere est,
quanto studio mansionem sua mentis præparare de
bet, qui tantum ac talem hospitem suscipere deside
rat. **S**i enī rex aut pr̄potēs amicus ad domū tuā uen
turus esset, cum omni studio eam præparares, super
flua abiiciendo, necessaria adhibendo, nō solum quæ
ad utilitatem, sed etiam quæ ad ornatum pertinent
inuestigando. **I**ta dominum deum tuum in habitac
lo cordis tui suscepturus, emunda cōscientiam tuam
ab operibus mortuis, & à cogitationibus superfluis

Roma. 5**Ephē. 3****Lucē. 8**

& immundis: quia mundus habitator mūdam quærit domum. ad quam non solū uenire, sed in qua manere dignetur ille, qui ait: Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ille mecum. Apostolus; Igitur domum mentis nostræ ab squaloribus omnium uitiorum mundare debemus, & diuersis floribus uirtutum adornare, ut humilitate fulgeat, castitate rutilat, charitate resplendeat, ut in corda nostra ueniens spiritus sanctus, mansio nem faciat. Sed his & de electis explicitis, qui deum non solum uerbis, sed etiam operibus diligunt, protinus de reprobis dicitur: **Qui non diligit me, sermones meos non seruat.** Sicut enim qui præcepta dei obseruat, etiam tacente lingua se eum diligere comprobat: sic qui sermonem eius nō custodit, eū se non diligere demonstrat. **Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patria.** Cum superius sermōe pluraliter posuit, doctrinam sancti euangelij intelligere uoluit. Cum autem singulariter adiunxit, [**Et sermonem quem audistis, seipsum intelligere uoluit,**] qui est uerbum & sapientia dei, de quo iohannes alibi ait: In principio erat uerbum &c. **Recte ergo dicit,** [**Et sermonē quē audistis non est meus, sed eius qui misit me patria.**] quia filius non à se ipso uenit, sed à patre, sicut ipse dicit: Ego à meipso non ueni, sed pater meus misit me. Et sicut filius nō est à se ipso, sic doctrinam suam nō dicit suā esse, sicut ipse ait: **Mea doctrina nō est mea, sed eius qui misit me patria.** **Et iterū:** Pater in me manet, & ego in eo, **Et alibi:** Ego à me nihil facio. Qui enim de nullo fit, de nullo procedit, solus est pater. **Elius autem de patre natus, spiritus sanctus à patre,**

198 IN DIE SANCTO

& filio procedere creditur. **Hec locutus sum vobis apud vos manens.** Nunquid non erat manus

Mat. vlt.

surus cum discipulis, quibus alibi promisit, dicens: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationē seculi: Erat uicig, sed ait: [**Hec locutus sum uobis apud uos manens.**] de presentia corporalidicit, per quam post modicū ab eis recessurus erat. Cui simile est quod alibi ait, **Hæc sunt uerba que locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum.** Quia ergo

Lueg. vlt.

in articulo passionis hæc loquebatur, mansurus cum eis semper per diuinitatem, recessurus loquitur p; humanitatem. Sed quod minus de diuinitate intellige-

Johan. 16

re poterant, p; spiritu sancti aduentum se docturū p;mittit, cum subiungit: **Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in noīe meo,**

ille vos docebit omnia. Cui simile est quod alibi

dicit, **Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare mod.** Cum autem uenerit ille spūs uiratis, docebit uos omnem ueritatem. Quia ad intellegēda spiritalia mentes nostras promouebit, patet profecto, neclaboriosa expositione indiger, q̄re eundem spiritum paracletum nominet. παράκλητος greca locutione, latine consolator siue aduocatus dicit. Bene consolator dicitur, quia mētes fidelium, ne inter aduersa huius seculi deficiant, spe cælestiū cōsolatur p̄miorum. Bene aduocatus, q̄a pro errore delinquentium apud patrem interuenit. Apostolo teste, quiait, **Nam quid oremus sicut oportet, nescimus &c.** Et p̄tchre eundem spiritum in noīe suo à patre mitti perhibet, quia unius naturæ, eiusdēj est cum patre potentia, sicut ipse alibi ait: **Cū uenerit paracletus, quē ego mittā uobis à patre sp̄m ueritatis, qui à patre proce-**

Johan. 15

dit, ille testimonii perhibebit de me, **Quod autem ait,**
¶ Ille uos docebit oia, I subaudiendū est, quæ necessa-
ria sunt, siue ad intelligendū, siue ad docendum. Et re-
ste sp̄s sanctus oia docere dicitur, quia in uacuum la-
borat sermo doctoris exterius, nisi interius sit spiritu-
s sanctus, qui illustreret cor auditoris, Ceteri nemo
tam pfectus esse potest in presenti uita, ut oia deo
scire possit, maxime cū Apostolus, q usq ad tertium
cælum raptus fuisse phibetur, dicat: Ex parte cognoscimur, & ex parte propheramus. Qd' uero subiugit,
r. Cor. iii.
Et suggesteret vobis oia, quæ cunḡ dixerō vo-
bis, spiritus sanctus suggestere dicit, eo q̄ nos sugge-
rentes, i. supplicantes faciat. Quæritur autem quō sugge-
rat, cum suggestere minoris sit, & spiritus sanctus
aequalis patri esse credatur: Ad quod dicendum, quia
usus iste locutionis in scripturis sacris frequenter in-
uenitur, ut hoc deus agere dicatur, qd ut nos agamus
ille perficiat: & orare, ut nos orantes efficiat. Sicut eī
spiritui sancto gemere est, eo qd nos ad gemendum
inciter, sic suggestere dicitur, eo qd nos ad suggestendū
instruat, id est, ea quæ desunt nobis in uirtutibus sup-
plicando postulare faciat. Et quia suggestere aliquant
do subministrare est, patri & filio spiritus sanctus co-
sternus & consubstantialis suggestere dicit, eo quod
nobis diuinā scientiam occulta inspiratiōe ministret,
no de orsum, sed de sursum. Vnde per Apostolum
dicitur, Charitas dei diffusa ē in cordibus uestris per
Roma. 8
spiritum sanctum, qui datus est uobis. Postq dñs spi-
ritum paracletum se discipulis promisit datur, proti-
nus pacē cōmendauit, dicēs: **Dacem relinqno vo-**
bis, pacē meā dō vobis. Ostendens quia illi eius
sp̄m accipere merentur & cēplum spiritus sancti fieri,
N. iiiij.

200 **TIN DIE SANCTO**

qui pacē in uiolatā & concordiā cū fratribus seruant
I. St. 66 iuxta illud propheticum: Super quē requiescerit spūs
 meus, nisi super humiliē & quietum & trementem ser
 mones meos: **Vnde** Iohannes in sua Apocalypsi di
 cit: Inhabitabo in illis & in ambulabō. Pax autē uera
 est, quē nullo furore accēditur, nulla persecutiōne p-

2. Cor. 6 psalm. 118 turbat, sed inter aduersa huius seculi inconcussus stat
 animus Christianus: qm̄ sicut p Prophetam dicitur,
Pax. Pax multa diligentibus legē tuā, & nō est illis scanda
 lū. Hanc pacē quasi speciale munus dñs discipulis cō
3. Marci. 9 mendabat, qn̄ dicebat: Habete sal in uobis, & pacem
Psalm. 19. habete inter uos. Et itē: Beati pacifici, qm̄ filii dei uo
 cabūtur. Quā se nouerat habere qui dicebat: Cū his q
 oderunt pacē, eram pacificus. Cuius uirtutē & digni
 tatem quidam sapiens breuiter cōprehendit, dicens:

Pax animam nutrit, retinet concordia pacem.

Pax reprimit lites, concordes nectit & idem.

Lis pacem metuit, refugit discordia pacem

Odia pax pellit, castum pax nutrit amorem.

Huius uirtutis suauitatem nec nunc impij possidere
 possunt, cum inter se cōcordare uidētur, sicut scriptu
 ra dicit: Nō est pax impijs, dicit dñs deus. Pulchre er

St. 48 go ait: **Pacē relinquō vobis, pacem mēā do
 vobis.** Aci diceret: Do præsentibus, relinquō futu
 ris. Siue inchoantibus relinquō perseverantibus do.
 Et qa pfectior erit pax in futuro, quā in presenti, be
 ne cum addiramēto dixit: **[Pacē mēā do uobis.]** Ibi
 enim nō solū exterius, sed nec interius cōflictū cū ui
 tijs habebimus, ubi summa est pax de uisioē cōdito
 ris. **Nō quō munduā dat, ego do vobis.** Mul
 tū distat inter pacē mūdi, & pacē dei. Dat autē mūdus
 suis amatoribus pacem, qn̄ concordant adulteri cum,

adulteris, ebriosi cum ebriosis, rapaces cū rapacibus,
homicidæ cum homicidis. Sed hæc pax ad perpetuā
discordiam dicit, & in præsenti frequenter iurgijs im-
mutatur, & aliquā morte interueniente finitur. Pax
autē quam dñs dat, & in præsenti amore fraternita-
tis tranquillum reddit animū Christianum, & in fu-
turo ad societatem perpetuæ pacis perducit. Igitur in
pace dei non propter amorē terrenū, sed propter pa-
cem charitatis inuicem amorē habent, ut qui unum
patrem habent in cælis, sint in una cōpago charitatis
coniuncti in terris, sicut de primitiua ecclesia dicitur:
Multitudinis credētium erat cor unū & anima una. **A**ctuū. 4.
Horum ergo pax nec iurgijs immutat, nec discordijs
rumpitur, nec morte interueniente finitur, sed poik-
us confirmatur: ut quibus unum est desideriū in ter-
ris, sic unum præmium in cælis, & quia discipulis dñs
pacē cōmendauerat, sciens eis tribulationes &angu-
stias esse uenturas, ne inter pressuras seculi pacē amit-
terent, uerbum exhortationis posuit, dicens: **N**on
turbetur cor vestrum, neq; formidet. **A**udi-
stitis qz ego diri vobis. **V**ado & venio ad vos.
Vnde cum alibi eos ad passionē hortaretur, a t: **N**oli-
te timere eos qui occidunt corpus, animā autem nō
possunt occidere. **E**t itē, **N**olite timere pusillus grex,
quia complacuit patri uestro dare uobis regnū, scie-
bat enim quia quo amplius pro eius noīe tribulatio-
nes & angustias sustinerēt, eo magis gloria eorū cre-
sceret. Quia sicut uasa figuli probat fornax, ita hoīes
iustos tentatio tribulationis. **I**n multis locis euāge-
lij legimus, quod cum dñs se à discipulis corporali-
ter recessurum diceret, non sine graui dolore audi-
re poterat. Vnde cum alibi dixisset, **V**ado ad eū qui

Eccl. 27.

N **v**

IN DIE SANCTO

me misit, cōtinuo adiūxit: Sed quia hæc locutus sum
uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Inde turbari &
formidari poterat, quod quē totis uisceribus diligē-
bant, à se recessu audiebant. Sed hunc eorum dolore
benigne pius magister consolat, cū dicit: [Nō turbet
cor uestrū neq̄ formidet] pro eo qd̄ dixi, [Vado &
uenio ad uos.] Si em̄ contristatur quis q̄a ego uado,
laetificari debet quia uenio, iuxta illud quod alibi di-
cit, Non turbetur cor uestrum: Creditis in deū, & in
me credite. Quia si abiero, & præparauero uobis lo-
cum, iterum ueniam & accipiā uos ad meipsum, ut
ubi sum ego, & uos sitis. Et alibi, Non relinquā uos
orphanos, ueniam ad uos. Vnde & subditur, Si di-
ligeretis me, gauderetis utiq̄, quia ad patrē
vado, quia pater maior me est. Nunquid nō dili-
gebant apostoli dñm, pro quo etiā mori parati erāt,
dicentes: Eamus & nos, & moriamur cū illo? Quid
est ergo qd̄ ait, Si diligaretis me, gauderetis utiq̄? Ad quod dicendum, quia nō negat se à discipulis di-
ligi, sed eorum fragilitati condescendens, illorū men-
tes humanas ad amore diuinum præparat. Nimirū
aliud erat quod in eo principaliter diligebant, & ali-
ud quod minus perfecte. Diligebant enim in eo for-
mam humanitatis principaliter, quā uidebāt, sed mi-
nus perfecte formam diuinitatis, quam nō uidebāt.
Acs̄ diceret dñs, Si in me formam diuinitatis prin-
cipaliter quā amanda est, diligaretis, gauderetis utiq̄,
quia uado ad patrem, quia pater maior me est. Quā
sententiam male Arrius interpretatur, qui ausus est
dicere, filium dei in diuinitate minorē esse patre, non
intelligens infelix, q̄a in uno mediatore dei & homi-
num, altera est natura diuinitatis, & altera humani-

tatis. In natura quoque diuinitatis non à deo factus, sed ex deo creditur natus, deus de deo, lumene de lumine, coæterius & consubstantialis patri, sicut ipse dicit: **Ego & pater unum sumus.** In natura humanitatis, quia minoratus est paulo minus ab angelis, minor esse creditur patre, per quam loquitur: [quia uado ad patrem, quia pater maior me est. **Et nunc diri vobis priusquam fiat, ut cum factu fuerit creditis.** Non solum ad hoc ea que uentura sibi erant domins praedicere uoluit, ut se deum ostenderet, qui uentura nostro posset, sed ut hoc indicio animos discipulorum ad credendum prouocaret, scilicet ut tanto firmius ea crederent, quanto non aliter, quia ab eo predicta nouerat, impleri cernerent, sicut alibi ait: **Hec locutus sum uo Joha.** ibis, ut cum uenerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi uobis. Vnde Lazarus resuscitatur, cum eum mortuum prae*dixisset*, ait: **Gaudeo propter uos, ut creditis** **Johana.** quia non eram ibi. **Quod autem subiunxit, Jam non multa lo quar vobiscum.** de corporali locutione dicit. Nam in articulo passionis discipulis hec loquens, pauca corporaliter eis erat locuturus. Spiritualiter autem quotidie loquitur, quoties sanctum euangelium legitur, uel autoritas sanctarum scripturarum ad memoriam reuocatur: **Venit enim princeps mundi huius.** **Tinime non habet quicquam.** Si principem mundi hoc loco Pilatum accipimus, manifestum est quia in eo non inuenit quicquam, sicut ipse summis principibus sacerdotum respondit: **Quid enim mali fecit iste?** Ego nullam causam inuenio in hore isto ex his, in quibus eum accusatis, sed neque Herodes, nam remisi illum ad uos, & nihil dignum morte actum est ei. Sed nos melius principem mundi diabolum intelligimus, qui quoddam principatum & ty-

rannidem in corum mentibus sibi uendicat, qui potius mundum quam deū diligunt. Contra hunc principem miles castorum dei certamē inierat, q̄ dicebat;

Ephe. 6

1. Cor. 9.

1. Petri. 2

1. Cor. 2

Johan. 12.

Luce. 10

Non est nobis collectatio aduersus carnē & sanguinem. Et item: Ego aut̄ non pugno quasi acerem uerberans, sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Iste ergo princeps mundi ad dñm uenit, q̄n eum quasi hominem mori cōspicies, eius aiām h̄c ceteras, q̄s per originale peccatum tenebat, se rapere posse aestimauit. Sed in eo nō repperit quicquam,

quia (sicut ait Petrus apostolus) Peccatū nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Inde ergo potesta ē, quā in ceteris retinebat, amisi, q̄ gladiū suę percussio-
nis cōtra eū, in quo nihil inuenit, excuīt. quia sicut
ait Apostolus, Si cognouissent, nunquā dñm gloriæ
cruciſſiſſent. De quo alibi a dño dicitur: Nū hora

est ut princeps mundi eiſciatur foras. Et item: Videbam satanam sicut fulgur cadentem de cælo. Vnde & sequitur: **Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem. Et sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio.** Surgite, eamus hinc. In quib⁹ uerbis ostendit, non necessitate, sed uoluntate se esse passum. Non enim cuiuscunq; peccati uinculo conſtrictus erat, ut necessitate pateretur, sed sola dilectione pro nobis spontanea passionem sustinuit, ut & patris obedientiam impleret, & nos à mortis interitu libe-
raret. Quod ergo ait, [Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem,] Itale est acī diceret: In hoc ostendo me patrem diligere, quia pro eius noīe tribulationes & angustias sustinere non differo. Siue certe in hoc me ostendo patrem diligere, qui cum possim mortem

uitare, pro eius amore mortem subire non differo,
qm̄ non ueni uoluntatem meā facere. Imitemur &
nos pro modulo nostro caput nostrum, ut qui sine
peccato esse non possumus, pro iustitia persecutiōes
pati non timeamus, quia sicut ait Petrus apostolus, *i. Petri. 2.*
Christus passus est pro nobis, uobis relinquēs exem
plum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum nō fe
cit, nec iniūctus est dolus in ore eius. Et impleatur in *Matth. 5.*
nobis, quod dñs ait in euangelio: Beati qui persēcū
tionem patiūtūr p̄p̄ter iustitiā. Hinc & apostolus
Petrus nos admonet alibi, dicēs: Nemo uestrū patia
tur q̄si homicida, aut fur, aut adulter. Si aut̄ tūt Chri
stianus, non erubescat, sed glōrificet deū in isto noīe.

FERIA SECUND A

Pentecostes. Iohani. III.

In illo tempore dixit Iesus discipulis sui: Sic deus dilexit mundum, ut filium suū
unigenitū daret, ut omnis qui credit in ipso,
non pereat, sed habeat uitam. Et reli.

VNde nota nōdum, quod cādem dē filio dei uni
genito replicat, quæ de filio hōis in cruce exal
tato promiserat, dicēs: *Ut omnis qui cre
dit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æter
nā:* Quia profecto idem redemptor & conditor no
str̄, filius dei ante secula existens, filius hominis fa
etus est in fine seculorum, ut qui hos per diuinitatis
sua potentiam creauerat, ad pet̄struendam uitam bea
titudinē perēnīs, ipse per fragilitatē humanitatis no
strę nos restauraret, ad recipiendam quam perdidis

mus uitam. Sequitur: Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundū, sed ut saluetur mundus per ipsum.] Ergo quantum in medico est, sanare uenit ægrotū, sed intermitur, qui pcepta medici seruare non uult. Venit saluare mundū. Quare saluator dictus est mundū, nisi ut saluet mundū, nō ut iudicet mundū! Saluari nō uis ab ipso: ex teipso iudicaberis. Et quid dicā iudicaberis? Videte quid ait: Qui credit in eum, nō iudicatur. Qui aut̄ non credit. Quid dicturum sperabas, nisi iudicetur? Iam, inquit, iudicatus est. Non dū apparet iudicium, sed iam factum est iudicium. Nouit dñs qui sunt eius, nouit qui permaneant ad coronam, & qui permaneant ad flammam: nouit in area sua triticum suum, nouit & paleam, nouit & segetem, nouit zizaniam. Iam dijudicatus est qui non credit. Quare iudicatus est! Quia nō credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est autē iudicium, quia lux uenit in mundū, & dilexerunt hoīes magis tenebras q̄ lucem. Erat enī corū mala opera.] Fratres mei, quorū opera bona inuenit dñs Nullorum. Omnium enim opera mala inuenit. Quō ergo quidam fecerunt ne ritatem, & uenerunt ad lucem? Hoc sequitur. Qui autem facit veritatem, uenit ad lucem, ut manifestetur opera eius. quia in deo sunt facta. Quomodo ergo quidā bonum opus fecerūt, ut uenirent ad lucem, i, ad Christum? Et quomodo quidā dilexerunt tenebras? Si enim omnes peccatores inuenit, & omnes à peccato sanat: & serpens ille in quo si-
gurata est mors dñi, eos sanat qui morsi fuerant: & propter morsus serpentis erectus est serpens, id est, mors domini propter mortales homines, quos inue-

erit iniustos. quomodo intelligitur, **Hoc est iudicium.** **Tobit. 5**
quoniam lux uenit in mundum, & dilexerunt homines
magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum
mala opera. **Quid est hoc?** Quorum enim erant ope-
ra bona? Nonne uenisti ut iustifices impios? Sed dile-
xerunt (inquit) magis tenebras quam lucem. Ibi pos-
suit uim. **Muli enim** dilexerunt peccata sua, multi con-
fessi sunt peccata sua: quia qui confiteatur peccata sua,
& accusat peccata sua, iam celi deo facit. **Accusat de-**
us peccata tua, si & tu cum accuses, cõiungeris deo.
Quasi diuine res sunt, & hoī & peccator. **Quod** audis
homo, deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fe-
cit. **Dele** quod fecisti, ut deus saluet quod fecit. Opor-
tet ut oderis opus tuū in te, & ames in te opus dei. **Cū**
autē ceperit tibi displicere quod fecisti, inde incipi-
funt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. In-
tium bonorum operum tuorum, confessio est operum ma-
lorum. Facis ueritatem, & uenis ad lucem. **Quid est**
facere ueritatem? Non te palpes, non tibi blandiaris,
non tibi adulteris, nō dicas iustus sum, cū sis iniquus,
& incipis facere ueritatem. **Venis** autem ad lucem, ut
manifestetur opera tua, quia in deo sunt facta. **Quia**
& hoc ipsum quod tibi displicuit peccatum tuū, non
tibi displiceret, nisi deus tibi luceret, & eius ueritas ti-
bi ostenderet. **Sed** qui etiam admonitus diligit pec-
cata sua, odit admonitionem lucem, & fugit eā, ut non
arguantur opera eius mala, quae diligit. **Qui** autē fa-
cit ueritatem, accusat in se mala sua, nō sibi parcit, nō si-
bi ignoscit, ut deus ignoscat, quia quod uult ut deus
ignoscat, ipse agnoscit, & uenit ad lucem: cui gratias
agit, quod illi quid in se odiasset offiderit, & dicit deo:
Domine, auerte faciem tuam à peccatis meis. **Et** qā

FERIA III.

frustra dicit, nisi iterum dicat, Quoniam facinus me
um ego agnosco, & peccatum meum contra me est
semper, sitante te, quod non vis esse ante deum. Si
autem post te feceris peccatum tuum, tetorquet tibi
deus illud ante oculos tuos: & tunc retrorquet, quan-
do iam p̄c̄nitentiae fructus nullus erit.

FERIA TERTIA

Pentecostes. Iohann. X.

Tin illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit ali unde, ille fur est & latro. Et reliqua.

Propter phariseorum qui se uidere iactabat, cū
cæci erant, uenenatam & superbam & insanabi-
lē arrogantiā Dominus Iesus ista contexit, quæ
in hac parabola leguntur, quam ipse illis non intelli-
gētibus exponere dignatus est. in qua nos salubriter
(si aduertamus) admonuit nō gloriari in sapientia hu-
mana, non in morum dignitate, sed in humilitate fi-
dei catholicæ, quæ in Christum non desit. Multi em̄
sunt pagani, qui secundum quandam uitæ huius con-
suetudinem dicuntur boni homines, innocentes, & q̄
si obseruantæ ea quæ in lege præcepta sunt, deferen-
tes honorē parentibus suis, non moechantes, non ho-
miciidium perpetrantes, non furtum facientes, nō fal-
sum aduersus quenq̄ testimoniū perhibentes, nō con-
cupiscentes domum proximi sui, non desideran-
tes aut uxorem aut seruum aut ancillam proximi, &
cetera talia quæ in lege mandata sunt, uelut obseruat-

Christiani, & Christiani non sunt, & plerūq; se iactat, quomodo isti pharisæi, dicētes: Nūquid & nos cęci sumus? Sed hęc oia inaniter faciūt, q; nō intrāt p ostium, sed aliunde tumidi fastu, quasi p seipso ascendere querunt. Quapropter dñs similitudinē proposuit de grege suo, & de ostio quo ingrediatur ad ouile. Quid enim prodest uana iactantia de bene uiuendo inflationis, dum ad finem perpetualiter bene uiuēdi uita eorum nō pueniat? Ad hoc em debet unicuiq; pdesse bñ uiuere, ut defilli semp bñ uiuere. Nam si cui nō datur semper bene uiuere, quid prodest ei bene uiuere ad tempus? Igitur nec bene uiuere dicendi sunt, qui finē uiuendi uel cæcitatem nesciunt, uel inflatione contemnunt. Non est autem cuiquam spes uera uel certa semper uiuēdi, nisi agnoscat uitam q; est Christus, & per ianuam intret in ouile. Sunt enim quidam homines, qui in suis gloriantur moribus, & alios post se trahere querunt, non de Christi præceptis instruentes suos sectatores, sed suis exemplis uiuere eos fraudentes. De quibus alio loco ipsa ueritas ait: Docentes doctrinas hominum, & mandata dei contemnen tes. Hi per aliam partem ascendere querunt, rapere & occidere, non ut pastor saluare arq; cōseruare. De talibus hic dictum est: Sed ascēdit aliunde, ille fur est & latro. Non solum uero tales inueniuntur doctores inter eos, q; sine nomine Christi sunt, sicut multi philosophorum, qui suā sapientiā buccis crepantibus uentilabant, & uitam beatam suis sectatoribus promiserūt: uerum etiam plurimi qui Christi non nomine censemantur, & illuminatos à Christo esse iactabant, fingentes sibi noua quęq; nomina de Christo, & fidei catholice contraria, sicut innumerā

biles hæretici faciebant, æstimantes se falso noīe per
ianuam, quę Christus est, intrare. Sabellius dicit: Qui
filius est, ipse est pater; sed filius nō est pater. Non in-
trat per ostiū, qui filiū dicit patrē. Arius dicit: Aliud
est p̄r, aliud filius. Recte diceret, si diceret, alius, non
aliud. Quando em̄ dicit aliud, ei contradicit, à quo au-
dit: Ego & pater unū sumus. Nec ipse ergo intrat p̄
ostium. Prædicat ergo Christū, qualem sibi singit, nō
qualem ueritas habet. Photinus dicit: Christus hō
est t̄m, non deus. Nec ipse ergo intrat per ostium, q̄a
Christus & hō & deus ē. Huic em̄ noua hæresis, quæ
nostris tēporibus orta est consentire uidetur, affir-
mando & prædicādo: Christus, sicut quilibet suorū,
nuncupatiuus deus est, & non uerus. Quid opus est
multa percurrere, & multa uana hæresis dinumera-
re? Hoc tenete ouile Christi, ecclesiam catholīcā esse
credite. Quicunq; intrare uelit in ouile, p̄ ostiū intret
i. per Christum: & Christum uerū deum, & uere filiū
dei prædicet. Nō solum Christum uerum prædi-
cat, sed Christi gloriā quærat, non suam. Nam mul-
ti quærendo gloriam suam, oues Christi sparserunt
potius, quām congregauerunt. Humilis est enim ia-
nuā Christus dominus noster. Qui intrat per hāciā
nuā, oportet ut humiliet se, ut sano capite possit in-
trare. His sunt qui ueri pastoris uocem audiunt. Hi
sunt, quos pprias oues nominatim uerus pastor uo-
cat, de his dictum est, Gaudete & exultate, quoni-
am nomina uestra scrip̄a sunt in cælis. hinc enim
eas uoca & nominatim. Et quis alias emitit, nisi q̄
peccata dimittit, ut eum sequi duris liberati uinculis
possint. Et quis eas præcessit, quo eum sequantur, ni-
fi qui resurgens à mortuis, iam non moritur, & mors

Luc. 9.
Johan. 10

Qui ultra nō dominabitur? Has uero educit à fide ad Speciem, & ante istos uadit, quia prior omniū ascen dit in cælum: & quæ sunt oues suæ, illum sequuntur, quia sciuīt uocem doctrinæ suæ. **A**lienos uero docto res non sequuntur, sed fugiunt ab eis, quia non noue runt uocem (id est, doctrinam) alienorū. **S**ed loquente domino Iesu, non intellexerūt qui audierunt. In crassatum enim habuerunt cor, & grauiter audierūt. **N**ominat ostiū, nominat ouile, nominat oues, commendat hæc, sed nondū exponit. **L**egamus ergo q̄ uēturus est ad ea uerba, in quibus nos aliqua quæ dixit dignetur exponere, ex quorum expositione dabit nobis fortasse etiam illa, quæ non exposuit, intel ligere. **P**ascit enim manifestis, exercet obscuris. **A**udiamus exponentē, quē audiūimus proponentem. Dicit ergo eis Iesus: **A**men amen dico vobis, q̄
ego sum ostium ouium. Ecce ipsum ostiū, quod clausum posuerat, aperuit. Ipse est ostium. Agnouimur, intremus, ut nos intrasse gaudeamus. **O**mnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones. Quod est hoc domine, [oēs quotquot uenerunt?] Quid enim tu non uenisti? Sed intellige, omnes quotquot uenerunt, dixit, utiq; præter me. Recolamus ergo. Ante aduentum ipsius uenerunt prophætæ, nūn quid fuerunt fures & latrones? **A**bsit. Non præter illum uenerunt, quia cum illo uenerunt. Vēturus præ cones mittebat, sed eorum corda quos miserat, possi debat. Cum illo ergo uenerunt, quia cum uerbo dei uenerūt. Ego sum, inquit, uia, ueritas & uita. Si ipse est ueritas, cum illo uenerunt, quia ueraces fuerunt, & ueritatem prædicauerunt. Quotquot autem præ ter illum uenerunt, fures sunt & latrones. Per se ue-

Johann.

Rom. 10

nerunt, quia per eum missi nō fuerunt, dicente Apō
stolo: Quō prædicabunt nisi mittantur? Et qā per se
uenerunt, & nō sunt ab eo missi, fures sunt & latro-
nes. Nam ante aduentū Christi falsi fuerūt in popu-
lo dei, pphetae & falsi doctores, sicut post aduentum
illius sub noīe Christiano quāplurimi falsi fuerūt do-
ctores, nec doctores, sed seductores: nō p̄dicatores,
sed prædatores: latrocinia exēcentes, nō sanḡ doctri-
nae inhārentes, de quibus dictū est: [Fures sunt & la-
trones]. i. ad furandū & occidendū uenerūt. Sed
non audierunt eos oues illæ q̄ queræ sunt oues,
non sub pelle ouīna lupinū cor abscondentes. Igitur
qui ante aduentū Christi prædicauerunt, eodē spiri-
tu prædicauerunt, quo apōstoli & sancti doctores,
qui post aduentū Christi ueritatis uiam mundo ostē-
derunt. Quōrquot autē illo tēpore crediderunt uel
Abraz, uel **Isaac**, uel **Jacob**, uel **Mosī**, uel alijs patri-
archis & prophēti Christum prænunciātibus, oues
erant, & Christum audierunt: non alienā uocem, sed
ipsius Christi audierunt. Nam iudex clamat in præ-
cone, dum præco iudicem annunciat ueniturū. Alij
sunt ergo quos nō audierunt oues, in q̄bus nō erat
vox Christi, errantes, falsa dicētes, inānia garrientes,
uana fingentes, miseris seducientes, sicut pseudoprophētae,
sicut scribæ & pharisei tēporibus ipsius dñi.
Hi sunt qui uenerunt per se, & nō sunt à iudice missi.
His uero cum doctrinis suis, pcul expulsis, uideamus
quō nos pastor bonus uocat. Dicit em: **Ego sum**
ostium omīi. Det me si quis introierit, salva-
bitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueni-
et.] Et hoc euidenter ostendit, non solum pastore,
sed etiā oues intrare per ostiū. Sed quid est, [Ingrē-

dicitur & egredietur & pascua inueniet] **I**ngridi quippe in ecclesiam Christi per ostium, ualde bonum est: exire autem de ecclesia (sicut ait ipse Iohannes euangelista in epistola sua: **E**x nobis exierunt, sed nō erat ex nobis) nō est utiq̄ bonum. **T**alis ergo egressus nō **I.** **Johan.** **e** potest à bono pastore laudari, ut diceret: [**E**t ingredieruntur & egredieruntur, & pascua inuenient.] **E**st ergo aliquis non solum ingressus, uerum etiam egressus bonus per ostium bonum, quod est Christus. **S**ed q̄s est ille laudabilis & beatus egressus? **P**ossum quidem dicere ingredi nos, quando interius aliquid cogitamus: egredi autem, quando exterius operamur. **E**x **Ephe.5:1** quo pater (sicut dicit Apostolus, per fidem habitat Christus in cordibus nostris) ingredi per Christum esse, secundum ipsam fidem cogitare: egredi aut per Christū, secundum ipsam fidem eriā foris, id est, **co-** **Psalm.103:8** ram hominibus, operari. **V**nde **X**in Psalmō dicitur: **E**xierit homo ad opus suū. **E**t ipse dominus dicit: **L**uceant opera uestra coram hominibus. **S**ed plus me delectat quod ipsa ueritas tanquā pastor bonus, & ideo doctor bonus, quodammodo nos admonuit, quemadmodum intelligere debeamus quod ait: **I**ngridietur & egredietur, & pascua inueniet, cum secundus adiunxit: **F**ur nō venit nisi vt furetur **7ma.** **c**ter & perdat. **E**go veni vt vitam habeant. **7** **a**bundantius habeant. **V**idetur em̄ dixisse, ut vitam habeant ingredientes, & abundantius habent egredientes. **N**on autē potest quisquā per ostium, id est, per Christum egredi ad aeternam uitam, quae erit in specie, nisi per ipsum ostium, hoc est, per eundem Christum in ecclesiā eius, quod est ouile eius, intrauerit ad uitā temporalem, quae est in fide. **I**deo

O **ij**

ait: [Ego ueniuāt uitā habeant,] hoc est, fidem quæ per dilectionē operatur, per quā fidē in ouile ingrediuntur ut uiuant, quia iustus ex fide uiuit. [Et abundantius habeant,] qā perseverando usq; in finē per illud ostiū. i. per fidē Christi egrediuntur, qm̄ uiri fideles moriuntur, & abundantius habeant utā ueniendo quo pastor ille præcessit, ubi nunquam deinde moriantur. Quāuis ergo & hic in ipso ouili nō defint pascua, qm̄ ad utruncq; possumus intelligere quod dicitum est: [Et pascua inueniet]. i. ad ingressum & ad egressum, tñ tunc uera pascua inuenient, ubi saturentur qui esuriunt & sitiunt iustitiā: qualia pascua inuenient, cui dicitum est: Hodie mecum eris in paradiſo.

SO FERIA IIII. PEN tecostes. Actuum II.

F In diebus illis Stās Petrus cū undecim cleuauit uocem suam, & locutus est eis: Vixi Iudæi, & qui habitatis Ierusalē uniuersi, hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea. Et reliqua.

Post aduentū spiritus sancti in apostolos, quem adhuc presenti festiuitate celebramus, Iudæi audientes apostolos plenos spū sancto, omniū generā linguae loquentes, stupebant ualde & admirabantur. Alij aut̄ deridentes, dicebāt, quia musto repletū sunt, Ignorātes tñ uera dicebant, qā musto spiritualis gratiæ erant repleti. Iā enim uinū nouum in vītū nouos uenerat, cū apostoli nō ueritate literg, sed in aquitate spiritus, dei magnalia resonaret. **T**is



PENTECOSTES

218

trans Petrus cū vnde cī, ut in præsentilectio
ne audistis, eleuauit vocē suam & dirit: **Viri**
Iudei, & q̄ habitatis Ierusalē uniuersi, hoc uobis no-
rum sit, & auribus percipire uerba mea. Non eñsic-
ut uos existimatis, hi ebr̄ij sunt, cuin sit hora diei ter-
tia.] Spūs sanctus gloriam individuæ trinitatis mun-
do prædicaturus, tertia cōuenienter hora descendit
super apostolos, qui erant in oratione pseuerantes.
Recte aut̄ spiritum s̄t̄m orationis hora percipiunt,
ut ostenda legentibus, quia spiritus sancti gratia nō
facile percipitur, nisi mēs à carnalibus suspensa, ad su-
perna semp medicanda eleuetur. **Sed hoc est quod**
dictū est per prophetā: Effundam de spiritu
meo super om̄ēm carnē. In uerbo effusionis, oñdit
muneris largitatē, & non ut olim prophetis & sacer-
dotibus tantum datus spiritus sanctus, sed credenti-
bus om̄ib⁹ passim in iurop⁹ sexu cōditionibus & p-
sonis eadem esset gratia concessa. **Et dabo prodi-**
gia in cælo sursum, & signa in terra deorsum.
Prodigia in cælo, dño nascēte, nouū sidus apparuit,
illo crūcē ascendēte, sol obscuratus est, sed & ipsum
cælum tenebris est obductū. Signa in terra, que dño
sp̄m emittente cōtremuit, monumenta aperuit, saxa
scidit, & multa quā dormierant s̄t̄orum corpora,
rediuiua pculit. **Sanguinē et ignem & vaporē**
fumi. Sanguinē de latere suo emanant̄ dedit, quo
totius mundi salus processit, & maledictio deleta, &
tota terra est sanctificata. **Ignem autē.** i. sp̄m sanctū
dedit, qui exurit omnia uiria & peccata in homine.
Vaporem. i. gratiā compunctionis & fletuū. Potest
etiā in igne, fideliū illuminatio: in uapore sumi, lu-
cēt̄or, qui nō crediderunt, cæcitas intelligi. **Et erit,**

O iiii

FERIA IIII.

omnis qui inuocauerit nomē domini, saluus erit. Hoc est quod Petrus alibi ait: Quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timeret eum & operatur iustitiā, acceptus est illi. Quae cum ita sint, perspicere homo quantum ualeas, & perpende quid debetas, ut tandem uilis esse tibi desinas, ut uel per hoc erubescendis subiacere uitij dedigneris, dum generositatē tuā de creatoris ac reparatoris dignitate imiteris. Habet causas quibus se ipse cōfundat. Cur dignis dominis ficto corde subdatur, cui gloria promittitur æterna? Ac si gemino priuilegio diuinæ imaginis participatione uidebaris honoratus, efficeris etiam commercij nobilitate preciosus. Vnde ergo rā fortis esse possis contra hostem tuū, interroga statum tuū, quam tibi dñs ad debellandū in mēbris tuis mundi principē, ac spiritalē nequitas superandas, liberā contuleris facultatē. Ac sic impossibile nō putes te transferri ut cœlestia obtineas, si aërias deuiceris potestates. Non ergo te degenerem ac despetum facias, uita, quem uel factura probatur illustrē protulisse, uel gratia: sed cursum suum fideles Christi ad supernā fiducialiter attollant. Nam qui se cœlesti precio uident redemptos, ad cœlestia non dubitant præparatos, per dñm nostrū Iesum Christū, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

FERIA QVARTA

Pentecostes. Iohan. VI.

In illo tempore dixit Iesus turbis Iudeorum: Nemo potest uenire ad me, nisi passer qui misit me, traxerit eum. Et relata.

Quid est, nemo potest uenire ad me, nisi quia
nemo potest credere in me, nisi pater qui mi-
sit me, traxerit eum? Ille uenit, quem gratia
dei præuenit, cui cum Propheta dicamus: Misericor-
dia eius præueniet me. Et iterum: Misericordia eius sub-
sequetur me. Præueniet uelle, subsequetur perficere.
Trahit autem pater ad filium eos, qui propterea credunt
in filium, quia eum cogitant patrem habere deum.
Deus enim pater æqualiter sibi genuit filium. & qui cogitat
atque in fide sua sentit & ruminat æqualiter esse patri eum
in quæ credidit, ipsum trahit per ad filium. Qui enim Christus
dicit, Non est deus uerus, non trahit eum pater, sed
sua peruersa cogitatio trahit eum, ueritati non con-
sentire. Ille tractus est a patre, qui ait, Tu es Christus,
filius dei uiui: cui dominus inquit, Beatus es Simon Bariona,
quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus.
qui in caelis est. Ipsa reuelatio, ipsa est attractio. Dum
enim dixit, Nemo potest uenire ad me, nisi pa-
ter qui misit me, traxerit eum, continuo subiun-
xit: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.
Reddit quod sperat, uidebit quod adhuc non uiden-
do credidit, manducabit quod eslurit, satiabit eo quod
sufficit. Vbi? In resurrectione mortuorum, quia Ego re-
suscitabo eum in nouissimo die.] Est scriptum in Jeremiæ 31:
prophetis. Eterunt oœs docibiles dei. Quare
hoc dixit oœs Iudei: pater uos non docuit, quomodo po-
testis me cognoscere? Omnes regni illius homines, do-
cibles dei erunt, non ab hominibus audient. Et si ab
hominibus audiunt, tamquam quod intelligunt, intus da-
tur, intus coruscat, intus reuelatur. Homines foris uer-
bum sonare possunt, sed inuanum laborant, nisi intus
deus docens aperit sensus. Ille est deo docibilis, quem

deus int' ueritatis instruit agnitiōe & amore. **Ois**
qui audiuit a patre et didicit. venit ad me. Quō
 trahit pater docēdo & delectat, nō necessitatē ponē-
 do. Quia nemo necessitate credit, sed uoluntate. Fi-
 lius dicebat, pater docebat. **Homo** qui uidebatur, lo-
 quebatur, sed deus in corde audientis interius doce-
 bat. Ideo subiungit: **Non quia patrē vidit quis-**
quam, nisi is q. est à deo, hic uidet patrē. Ego sum
 à patre, & ideo patrē uideo. Quid est aut̄ trahi à patre
 nisi discere à patre? Quid est discere à patre, nisi audi-
 re p̄em, nisi audire uerbū p̄is. i. me! Ne forte ergo
 cū dico uobis, [Ois q. audiuit à p̄e et didic̄it,] dicaris
 apud uos: Sed nūquā uidimus patrem, quō aut̄ disce-
 re potuimus à patre, à meipso audite. [Non quia pa-
 trem uidit quisquam, sed qui est à deo, hic uidit patrē.]
 Ego noui patrē, ab illo sum: sed quō uerbum ab illo
 cuius est uerbū, nō quod sonat & transit, sed quod ma-
 net cum dicente, & trahit audientem. **Amē amē di-**
co vobis, qui credit in me, habet uitā æternā. Reuelare se uoluit dñs quid esset. Nā cōpendio dice-
 re potuit: Qui credit in me, habet me. Ipse em̄ Christus
 uerus deus & uita æterna. Qui ergo credit in me,
 uenit ad me: & qui uenit ad me, habet me. Quid est
 aut̄ habere me? Habere uitam æternā. Mortē assu-
 p̄it uita æterna, mori uoluit, sed de tuo ō homo, non
 de suo. Accepit à te, ut moreretur pro te. Assumpit
 ergo uita mortem, ut uita occideret mortem. Nam
 qui credit, inquit, habet uitā æternā, nō quod pater,
 sed quod latet. **Vita em̄ æterna ē uerbū quod in prin-**
cipio erat apud deū, & deus erat uerbū, & uita erat
lux homīm. Mori uenit, sed tertia die resurrexit. **Ego**
sum (inquit) panis uitæ. Et unde suggiebant: **Pa-**

T

PENTECOSTES

219

tres vestri (inquit) manducauerunt manna in deserto. et mortui sunt. Quare manducauerunt, & mortui sunt? Quia quod uidebant, credebât: quod nō uidebant, non intelligebant. Ideo patres uestri, quia similes estis illorū, murmuratores patres murmurato rum filiorū. Manducauerût Moyses & Aaron, & cæteri sancti qui fuerunt in populo, manna manducae runt, & nō mortui sunt, q[uia] spiritualiter uisibilē cibū intellexerunt, spiritualiter esurientes. Alij manducauerunt, & permaneserunt in infidelitate, sicut Iudei audierunt loquenter Christum, sed non spiritualiter uerba eius intellexerunt. ideo dixit eis: [Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.] Quia morte, nisi infidelitatis? Nam in cōmuni morte mortui sunt, & sancti qui fuerunt inter eos. Ideo signauit dominus uerbis morte spiritualē, non carnalē. Patres ergo istorū i mali patres malorum, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorū. Nā de nulla re magis deū offendisse ille populus dictus est, quā contra deū murmurando. Ideo dominus uolens ostendere talium filios, hinc ad eos cœpit: Quid murmuratis inuicē murmuratores, filij murmuratorū? [Patres uestri māducauerūt in deserto māna, & mortui sunt.] Nō quia malum erat, sed quia male manducauerūt. **Hic est panis qui de caelo descendit.** Hunc panem signauit manna, hunc panem signauit altare dei. Sacramēta hæc sunt, & illa fuerunt: in signis diuersa sunt, in re quæ significatur, paria sunt. Apostolū audi: **No**lo autem uos (inquit) ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysē baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem māducaue

r. Cor. 10

FERIA V.

runt. **Spiritalem** utiq; non corporalem escam: quia illi manna, nos alium spiritalem: sed patres nostri, non patres illorum: quibus nos similes sumus, nō quibus illi similes fuerunt. [**Hic est ergo panis de cœlo delcēdens**, ut si quis ex ipso manducauerit, nō moriatur.] Sed quod pertinet ad uirtutem sacramētū: qui māducat iūius, nō foris: qui manducat in corde, nō qui premit dentes. **Ego sum panis viuus qui de cœlo descendit**, ideo uiuus, quia de cœlo descendit. De cœlo delcēdit & manna: sed manna umbra erat, iste ueritas est. **Si quis manducauerit hoc pane, uiuet in æternū**. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hoc quando caperet caro, qd dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non capit caro. Et ideo magis non capit caro, quia uocatur caro. Hoc enim exhoruerunt, hoc assimilatum esse disixerunt, hoc non posse fieri putauerunt. [**Caro mea est** (inquit) **pro mundi uita**.] Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligūt. Fiant corpus Christi, si uolunt uiuere de spiritu Christi. De spiritu Christi nō uiuit, nisi corpus Christi. Quisquis uere uult, credit in Christum, manducet spiritaliter spiritalem cibū, incorporetur corpori Christi, & nō si putridum membrum quod resecari mereatur, sit pulchrum, sit sanum, sit aptum capitū suo.

FERIA QVINTA

Pentecostes. Lucas IX.

T In illo tempore Conuocatis Iesus duos decim apostolis, dedit illis uirtutem & pos-

PENTECOSTES

221

testatem super omnia dæmonia , & ut Ian-
guores curarent. Et reliqua.

Concessa potestate primo signorum , misit eos
prædicare regnum dei, ut promissorū magnitu-
dinē attestaret etiā magnitudo factorū, fidēc
uerbis daret uirtus ostēsa: & noua facerent, qui noua
prædicarent. **V**nde nunc quoq; cū fidelium numero-
ritas excrevit intra sanctā ecclēsiā, multi sunt qui uī-
tam uirtutum tenent, & signū uirtutum non habent.
Qui frustra miraculum foras ostendit, si deest qd
intus operetur. **N**am iuxta magistri gentium uocem,
Linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus.
[**E**t ait ad illos: Nihil tuleritis in uia, neq; uirgā, neq;
peram, neq; panem, neq; pecuniam, neq; duas tuni-
cas habeatis.] Solet queri, quomodo Matthæus &
Lucas commemorauerint dixisse dominū discipulis
ut nec uirgam ferrent, cum dicat Marcus: [Et præce-
pit eis ne quid tolleret in uia, nisi uirgā tantū.] **Q**uod
ita soluitur, ut intelligamus sub alia significatione di-
ctam uirgam, quæ secundum Marcum ferenda est, &
sub alia illam, quæ secundum Matthæum & Lucam
non est ferenda. sicut sub alia significatione intelligi-
tur tentatio de qua dictum est, Deus neminem ten-
tat: & sub alia de qua dictū est, Tentat uos dñs deus
uester, ut sciāt si diligitis eū. **A**lla, seductionis est: hæc,
probationis. **V**trung ergo accipiendum est a dño a-
postolis dictum: & ut nec uirgam ferrent: & ut non
nisi uirgam ferrent. **C**um enim secundum Matthæū
diceret eis, [Nolite possidere aurū, neq; argētū &c.]
continuo subiecit: [**D**ignus est enim operarius cibo-
stio.] **V**nde satiis ostēdit, cur eos hæc possidetē ac fer-
tent?

Jacobi i
Deute.13

renoluerit, nō quod necessaria nō sunt sustentationis
huius uitæ, sed q̄a sice eos mittebat, ut eis hæc deberet
mōstrarerit ab illis, quibus euangelium credētibus annū
ciarent. Claret aut̄ hoc nō ita præcepisse dñm, tanq̄
euangelistæ uiuere aliud nō debeat, q̄ eis præben-
tibus, q̄bus annunciat euangelium: alioquin cōtra hoc
præceptū fecit Aplus, qui uiétū de manuū suarū labo-
ribus transfigebat, ne cuiquā grauis esset, sed potesta-
tē dedisse, in q̄ scirent sibi ista deberi. Cū aut̄ à dño ali-
quid imperatur, nisi fiat, inobedientia culpa est: cum
aut̄ potestas datur, licet cuiq; non uti, & tanquam de
suo iure recedere. Hoc ergo ordinās dñs, quod eū or-
dinasse dicit Apostolus, his qui euangelium annunciat,
de euāgeliō uiuere. Illa apostolis loquebatur, ut seca-
ri nō possiderent, nec portaret huius vita necessaria
nec magna nec minima. Ideo posuit, nec uirgā, osten-
dens à fidelibus suis omnia deberi ministris iuis, nul-
la superflua requirebat, ac per hoc, addendo, [Di-
gnus est em̄ operarius cibo suo,] pr̄sus aperuit & il-
lustravit, unde hæc omnia loqueretur. Hanc em̄ pot-
estate uirgæ noīe significauit, cū dicit: [Ne quid tol-
lerent in uia nisi uirgā tantū.] ut intelligatur, q̄a per
potestatem à dño acceptam, quā uirgæ noīe signifi-
cavit, etiā quaē non portantur, non deerūt. Hoc & de
duabus tunicis intelligendum est, ut ne quisquā eo-
rum, pr̄ter eā qua esset indutus, aliam portandā pu-
taret, sollicitus ne op̄ esset, cū ex illa potestate posset
accipere. Quod uero secundū Marcū non portari uel
haberi duas tunicas, sed expressius indui prohibet, di-
cens: [Et ne induerētur duabus tunicis,] qd eos mo-
net, nisi nō dupliciter, sed simpliciter ambulare! Ali-
ter: In duabus tunicis uide m̄hi duplex ostendere ue-

PENTECOSTES

223

Rimentū, non quod in locis Scythia, & glaciali nivē
rigētibus, una quis tunica debeat esse cōtentus, sed q
in tunica uestimentum intelligamus, ne alio uestiti,
aliud nobis furorē timore seruemus. Et in quā-
cunq; domum intrauerit; ibi manete, & inde
ne exeat.] Dat cōstantiae generale mandatū, ut ho-
spitalis necessitudinis iura custodiāt. Alienum nanc
à p̄dicatorē regni c̄lestis astruit, cursitare p̄ domos,
& inuiolabilis hospitiū iura mutare. Nec ociose secū-
dum Matthæū domus, quā ingrediantur apostoli, elē-
genda decernit, ut mutandi hospitiū necessitudinisq
uiolanda causa non superet. Et quicunq; non re-
cepert vos, exentes de ciuitate illa, etiā pulue-
rē pedū uestronū excutite in testimoniu supra illos.]
Puluis excutis de pedibus in testimoniu laboris sui,
quod ingressi sunt in ciuitatē, & prædicatio apostoli
ca ad illos usq; puenerit. Siue excutitur puluis, ut ni-
hil ab eis accipiant, nec ad uictū Quidē necessariū, qui
euangeliū spreuerint. Allegorice aut, q uerbo humi-
liter intendūt, si q bus(ut hoīes) terrenæ leuitatis ne-
uis obscurātur, p ea mox quæ recipiūt euangelicæ p̄
dicationis uestigia, purgantur. Qui uero perfidia uel
negligentia uel etiam studio contemnunt, horum ui-
tanda communio, fugiēda synagoga censetur. Excu-
tiendus pedum puluis, ne gestis inanibus & pulueri
cōparandis mentis castæ uestigiū polluatur. Egres
sia autem circuibant per castella, euangelizan
tes & curātes ybiq; Quid euangelizāt, uel quo
curarent apostoli, Marcus exponit plenius. [Prædi-
cabant (inquit) ut p̄nentientiam agerent, & daemo-
nia multa eiſciebant, & ungebāt oleo multos ægros, Jacobi. s.
& sanabantur.] Dicit & Iacobus. Infirmatur quis in

uobis inducat presbyteros ecclesie, & orent super ipsum,
ungentes eum oleo sancto in nomine domini. & si in pec-
catis sit, dimittentur ei. Vnde patet ab ipsis apostolis
hunc sanctae ecclesiae morem esse traditum, ut pon-
tificali benedictione consecratio oleo, perungatur re-
gatus. Prædicabant autem ut penitentiâ ageretur, &c.
Misit illos inquit euangelizare regnum dei, quia ui-
delicet utrumque iuxta Iohannis Baptiste, uel ipsius sa-
uatoris exemplum prædicabant: Ferentiam agite,
appropinquabit enim regnum celorum. Regnum
enim celorum ianuis propinquare, est de his quibus
quibus ab eo discesserat, penitentie.

Matth. 3

~~FERIA SEXTA~~

Pentecostes. Matthæi XII.

TIn illo tempore dixit Iesus turbis: Siego
in spiritu dei cunctio daemonum, filii vestrum
quo emiciuntur. Et reliqua.



Ecce hic trinitas ui-
ta, quod fiat totum
unum, Nam dum tria sunt,
unum sunt, quia & singula
in se maient, & omnia in omni-
bus. Pater igitur & filius &
spiritus sanctus, trinitas &
unitas, idem enim unum, idem
& tria: in natura unum, in
personis tria. Unum, pro-
pter maiestatis communio

Natura, propter personarum proprietatem. Qd' autem dicitur.
In spiritu dei enim dæmones, ostendit quod spiritus sancti
cooperatio p̄ & filius operari credant. Psalmista arte
stare, quod ait: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu
oris eius omnis virtus eorum. Quia ex patre & filio Psalm. 32
procedit, ideo spiritus sanctus predicat deus, & substantiam
eius habet. Nec enim aliud de patre procedere posse
tuit, quam quod ipse est pater. Spiritus autem dictus
secundum id quod ad aliquid refertur, spirans & in-
spirans, utique & ex eo appellatus spiritus est. Proprie-
tatem quodammodo dicitur spiritus sanctus, secun-
dum quod refertur ad patrem & filium, quod eorum
spiritus sit. Nam & hoc nomen quod spiritus dicitur,
non secundum id quod refertur ad aliquid, sed se-
cundum id quod aliquam naturam significat. Omnis
enim incorporea natura, spiritus in scripturis sanctis
appellatur. Spiritus autem principalis tamen in Psal-
mo quinquagesimo legitur, ubi quia tertio spiritus
repetitur, nonnulli ergo intelligunt ibi trinitatem si-
gnificari: in principali spiritu, patrem: in spiritu recto, fi-
lium: in spiritu sancto, spiritum sanctum. [Ejcio dæ-
mones] Dæmones à Græcis dictos aiunt quod dæmones
id est, peritos ac rerum scios. Præsciunt enim futura
multa, unde & solent responsa aliqua dare. Hi ante
transgressionem quidem cœlestia corpora gerebant,
lapsi vero, in aeriam qualitatē conuersi sunt. Nec ae-
ris illius priora spatia, sed ista caliginosa tenere per-
missi sunt, qui eis quasi carcere est, usque ad tempus iudicii:
postea vero igne inextinguibili sine fine cruciandi
sunt. Hi sunt p̄ varicatores angeli, quod princeps est dia-
bolus. Ista ex parte subauditur discretio spirituum ma-
nifesta comprobatur, ad consolationem credentium.

redeundum est. **I**gitur peruenit in vos regnum
dei. Hoc ē, si creditis me in spiritu dei ejcere dāmo-
nes, id est, & qualem me patri in diuinitate credideri-
tis, regnum dei uobis patet. Regnū dei, scilicet illud
sublime solium, de quo in scriptura sacra canitur: Por-
nitentiam agite, appropinquabit enim regnum calo-
rum. Et item contra reprobos: Auferetur à uobis re-
gnum dei, & dabitur illud genti facienti fructum ei-
us. Et alibi ad discipulos, Regnum dei intra uos est,
id est, Christus, qui est perfecta pars regni iustorum:
Aut quomodo potest quisquam intrare in do-
mum fortis, & uasa eius diripere, nisi prius alligea-
rit fortē? Et tunc domum illius diripiet, Aliam si-
milititudinem viri fortis inducit, sicut de regno & ciuitate
prædixerat. Id est, quomodo dāmones ejcere
potuissent, si principem eorum consentientem, non
uinctum haberē: Siue simpliciter accipitur, quod for-
ris diabolus qui à Christo in cruce alligatus est, cunus
domus mundus in maligno positus. Vasa vero homi-
nes sunt infideles, quos dominus ei subiraxit. Qui
non est mecum, contra me est: & qui non con-
gregat mecum, spargit. Aci diceret. Nō possunt
opera salvatoris Beelzebub operibus comparari. Ille
cupit animas tenere captiuas, hic liberat: ille prædicat
idola, hic unius dei notitia: ille trahit ad uitia, hic ad
virtutes: ille congregat ad unius dei notitiam, hic spar-
git suadendo multa inutilia. Siue, [qui nō est meū,]
hæreticus infidelis semper resistens fidei meæ. [Qui
non cōgregat mecum, spargit,] Vniatrem desirūs,
in multas diuidit hæreses. Moraliter: [Qui nō est me-
cum,] id est, qui non est in mandatis meis, & uolu-
tati meæ resiit. [Qui non congregat mecum,] qui

Matth. 3

Matth. 21

Luce. 17

flos affectus in amore dei non colligit, in uaria mun
 di desideria spargit. Ideo dico vobis. Omne pec
catum et blasphemia remittetur hominibus. Ut
 est illud, Hic non ejicit dæmones nisi in principe dæ
 moniorū. [Omne peccatum] quicquid in filium homi
 nis dictum fuerit, per penitentiā remittetur. Spus
autem blasphemizet, quo blasphematur illud, per qd
 salus sit, [non remitterur.] Quicunq; dixerit pecca
 tum supradictum contra filium hoīs, hoc est, qui ui
 litate carnis meæ scandalizatur, dices quod filius sim
 fabri & Mariæ &c. quamuis culpa nō careat erroris,
 tamen habet ueniam propter carnis scilicet uilita
 tem. [Qui dixerit cōtra spiritum,] qui manifeste in
 telligens opera dei, cum de eis negare non possit, pro
 inuidia spiritus sancti dicit facta esse in Beelzebub,
 [Negi in hoc seculo, negi in futuro remittet ei.] Ostē
 dit aliq; esse peccata, quæ in iudicio per ignem purga
 toriū remittuntur, Aut facite Arborē bonā, et fru
ctum eius bonū. Concludit eos syllogismo: Si (in
 quid) diabolus bona opera facere nō potest, si autem
 bona sunt quæ cernitis, subaudit scire debetis, ut non
 sit diabolus qui ea facit. Negi enim fieri potest ut ex
 malo bonū, aut ex bono oriatur malū. Arborēm bo
 na, Christus ē: arbor uero mala, diabolus est. Ac si di
 cat: O pharisei, ex me fructus bonus orietur, cū san
 uero mundum. Ex uobis autem malus, cū me crucifi
 getis. Progenies viperarū, quomodo potestis
loqui bona, cum sitis mali? Ex abundātia em
 cordis os loquitur. Quasi dixisset, nō fructus bo
 nae arboris ex uobis prodeūt, sed folia, hoc est, uerba
 solum, & nō opera. Bonus homo de bono the
sauro profert bona, et malus homo de malo

T SABBATO POST

thesaturo profert mala. Hoc superiori iungendum est. Quomodo bonus homo non profert mala, nec malus bona: sic non potest Christus mala, nec diabolus facere bona. Et hoc in Christum & Iudeos sub audiatur. Dico autem vobis. Aci diceret, uerbum quod non adficat audientes, non erit absque periculo loquentis: quanto magis uos qui opera spiritus sancti calumniamini, dicentes opera Beelzebub? Uerbum ociosum. Ociosum uerbum est, quod sine uitiate loquentis & audientis dicitur: siue quod ratione & pietate caret, siue quod nec boni nec mali aliquid agit: reddet rationem, id est, animam suam. Et verbis enim tuis iustificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis. Id est, uel hic, uel in futuro. Per oris ergo locutionem dominus uniuersa, quae uel actu uel facto nel cogitauit de corde proferrimus, insinuat, quae magis quam hominibus dicta, nuda & aperta sunt oculis eius. Nam & n. oris est scriptrurarum, uerba pro rebus ponere. Vnde Psalmista: Psalm. 14. Isaie. 9. Dic, inquit, animae meae, salus tua ego sum. Et Iezechias: Non fuit uerbum, quod non ostenderem eis, q. uti rerum, & non uerbor. Chaldaeis reuelauit arca na. Item Apostolus: Et nemo dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto, pro eo ut diceret: Nemo dominum Iesum intellectu cernit, nemo uoluntate amplectitur, nisi per gratiam spiritus sancti.

T SABBATO POST Pentecosten. Lucae IIII.

In illo tempore Surgens Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis, Socr

autē Simonis tenebatur magnis febribus.
Et reliqua.

Cum uenisset Iesus in domum Petri, uidit socrē eius iacentem & febricitantē, & terigit manum eius, & dimisit eam febris. **Hoc factum Marcus** & **Lucas narrant, priusquam de leproso dicāt.** Sed nihil obstat narrandi diuersitas, ubi eadem res nuntiatur, maxime cum **Lucas historię scribat narrationē,** sicut in capite superius dictum est: **Surgens Ie
sus de synagoga, introiuit in domum Simo
nis.** Mattheū vero ordinem mysterij secutus sit. **Syn** agoga græce, de qua Iesus surgere dicitur, latine con gregatio dicitur, quod proprium nomen Iudaorum populus tenuit. **I**psorum enim proprie synagoga dici solet, quamuis & ecclesia dicta sit: nostram autem apostoli nunquam synagogam dixerunt, sed semper ecclesiam: siue discernendi causa, siue quod inter con gregationem, unde synagoga, & cōuocationem, unde ecclesia nō accepit, distat aliquid, quod scilicet congregari & pecora solent, quorum & greges proprie dicimus: conuocari autem magis est utentiū rati one, sicut homines sunt. [**I**ntroiuit in domum Simo nis.] **S**piritualiter domus Simonis Petri, ecclesiam si gnificat. **S**ocrus, id ē, mater eius uxor, cuius pater so cer dicitur. **S**ocrus ipsius Petri, synagogam significat, quam iacentem & febricitantem Iesus inuenit, id est, in litera legis & inuidia manētem, quae in fine creder, saluatis gentibus, ut est illud: **Cum introicerit plenitu do gentiū, tunc de Israel reliqui salvi sient.** **T**eneba tur magnis febribus, et rogauerunt illum p ea. Et stans super illā, imperauit febri, & dimisit eā.]

T SABBATO POST

Siue à dæmonio (parumper superiorius ut textus eu-
 gelij narrat) liberatū, moraliter animū ab immunda
 cogitatione purgatū significare dixerimus, cōsequen-
 ter fœmina febris tēca, sed ad imperiū dñi curata,
 carnē ostēdit à cōcupiscentiæ suæ feruore, p cōtinē-
 tię precepta frenatā. Omnis em̄ amaritudo & ira & in-
 dignatio & clamor & blasphemia, spiritus immundi
 furor est. Fornicationem uero, immunditiam, libidi-
 nem, concupiscentiam malam, & auaritiā, quæ est si-
 mulacrorum seruitus, febrem illecebrosæ carnis intel-
 lige. [Et stans super illam, imperauit febri, & dimisit
 eam.] Quæritur, cur tertio loco socrus Petri sanat?
 Quia mulier in exordio mundi terra errauit psona
 siue qd synagoga ex tertio filio Noe (id est, Sem) orta
 est, cuius figuram gerit. Sed dominus saluator noster
 modo rogatus, modo ultro, curat ægrotos, ostendes
 contra peccatorum quoq; passiones, & precibus sem-
 per annuere fidelium, & ea quæ ipse minime in se intel-
 ligunt, uel intelligenda dare, uel etiam non intellecta
 dimittere, iuxta quod Psalmista postulat: Delicta q; s
 intelligit. Ab occultis meis mūda me domine. Et cō-
tinuo surges ministrabat illig. Naturale est fe-
 bricitantibus, incipiente sanitate, laſescere, & ægrotati-
 onis sentire molestiā. Verum sanitas, quæ domini
 confertur imperio, simul tota redit. Non solum ipsa
 redit, sed & tanto robore comitare, ut eis continuo,
 q; se adiuuerat, ministrare sufficiat, & iuxtra leges tro-
 pologiae, membra quæ seruierant immuditia ad ini-
 quitatem, ut sacrificarent morti, seruant iustitię in ui-
 ta æternā. Cū sol aut̄ occidisset, omnes qui ha-
bebant infirmos varijs languoribns, duce-
bant illos ad Jesum. At ille singulis manus

Imponens curabat eos. Solis occubitus passio-
nē mortemq; significat illius, q; dixit: Quādiu in mun-
do sum, lux sum tuūdi. Et sole occidēte, plures dēmo-
niaci, quā ante, plures quoq; sanātur ægroti. Quia q;
temporaliter in carne uiuēs paucos ludæorum docuit,
calcato regno mortis, oībus per orbē gentibus fidei
salutisq; dōna transmisiſ. Cuius ministris quasi uicæ
lucisq; præconibus, Psalmista canit: iter facite ei qui
ascendit super occasum. Super occasum quippe do-
minus ascendit, quia unde in passione occubuit, inde
maiores suam gloriam resurgēdo manifestauit. Ex-
ibant autem dēmonia a multi 3. clamātia & di-
cētia, quia tu es filius dei. Et increpans, nō sinebat ea
loqui, quia sciebāt ipsum esse Christum.] Dēmonia
filii dei confitebantur, & attestante euāgelista, [scie-
bāt ipsum esse Christum.] Quia quem die, quadra-
ginta ieiunio fatigatum diabolus hominē cognoue-
rat, nec tentando ualebat, an dei filius esset, experiri,
iam nunc per signorū potētiā uel intellectu, uel po-
tius suspicatus est esse filium dei. Non igitur ideo Iude-
is eum crucifigere persuasit, q; Christum, siue dei
filium nō esse putauit, sed quia morte s; illius nō præ-
udit esse damnādum. Vere enim de hoc mysterio à
seculis abscondito dicit Apostolus, q; nemo principū
huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquā
dām glorię crucifixiſſent. Quare autē dēmonia domi-
nus de se loqui, phibeat, Psalmista manifestat, q; ait: Psal. 42
Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iusticias
meas? &c. ne quis, dum prædicantem audit, sequatur
errantem. Improbus autem magister est diabolus, q;
faliaveris ſæpe permiscerit, ut specie ueritatis, testimoniū
fraudis obtexat. Alias autem nō solum dēmo-

Psal. 61

Corin. 2

TIN OCTAVA

nes, qui intuiti confitebantur, iubentur silere de Christo: sed & illi, qui ab eo sanati sponte confiteri uolebāt, imo ipsi apostoli, qui cum post resurrectionē toto orbe erant prædicaturi, ante passionem eius præcipiuntur omnino reticere de illo: ne diuina uidelicet maiestate prædicata, passionis disp̄satio differretur: & dilata passione, salus mundi quæ per hanc futura erat, negaretur. **Facta autem die egressus ibat in desertum locum, et turbæ requirebant eum.** et venerunt vsque ad ipsum, et detinebāt illum, ne discederet ab eis. Si occasu solis, domini mors exprimitur saluatoris, quare non die redeunte resurrectio illius indicetur, q̄ manifesta luce à credentium turbis inquiritur, & in gentium deserto inuentus, ne abeat detinetur, maxime cum hæc prima fabbari, quo resurrectio celebrata est, egressio, quaestio, & inuentio cōrigerit? **Quibus ille ait: Quia et alijas ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo mislus sum.** Et ut Marcus ait: Abiit in desertum gentium, ibi in suis fidelibus orabat, quia corda eorum per gratiam sui spiritus ad uitę oratiōis excitabat.

**SIN OCTAVA PEN-
tecostes. Iohan. III.**

Tin illo tempore Erat homo ex phariseis, Nicodemus nomine, princeps Iudeorum. Et reliqua.

PENTECOSTES

233



Sicut ignorantia unius aliquando multis obesse solet, sic unius interrogatio multis podesse. Quod in huius lectiois textu facilime cōprobamus, si Nicodemi interrogacionem, & dñi responcionem solicite attendamus. Utile enim unus ignorat, qn ad unius interrogationē, non unus, sed multi, quid utile est discunt. Nam (ut supra euangelica lectio retulit) prædicāte dño Hierosolymis in die festo, multi Iudæorū crediderunt in noīe eius, uidentes signa quæ faciebat. Ipse aut̄ Iesus nō credebat semetipsum eis, eo q̄ nosset oīnes, & quia opus ei non erat, ut q̄s testimoniu perhiberet de hoīe. Ipse em̄ sciebat quid esset in hoīe. Ex eis ergo qui crediderant, unus erat iste Nicodemus: qui, qm̄ rudimēta cælestis doctrinæ aliquantulum perceperat, cupiens plenius instrui, ut secerius eius allocutione perfaci posset, nocte ad cū uenit. Nox aut̄, in qua uenit, ipsam ignorantiam qua premebatur, significat, quia em̄ illū nondum uerum deū esse credebat, sed quasi magistrū, docendus adibat, cōgrue nō in die, sed in nocte ueniebat. Non em̄ de illis erat, qui ab Apostolo audire meruerunt: Fūisti aliqñ tenebræ, nunc aut̄ lux in dño, sed potius in illorū numero esse comprobatur, quibus per pphe tam dicitur: Surge, illuminare Ierusalē, quia uenit lu men tuum. Et per Apostolum: Surge qui dormis & exurge à mortuis. Vel certe, quia princeps Iudæorū

P v

*Isai. 60
Ephes.*

erat, nocte ad Iesum uenit, metuēs sibi immixtare all
 quod periculū, non solū à iudæis, sed etiam à Roma
 nis. Iam em̄ consipauerant iudæi, ut si quis eū palā
 confiteretur Christū, extra synagogam fieret. Nō so
 lum quidē nocte in ipso statu tēporis, sed etiā uerbis
 suā ignorantiā pādit, cū ei dicit: **Rabbi scimus q̄**
ad coyenistim magister. A deo igit̄ illū missum ad
 cælestē magisteriū docendū ex uisioē miraculorum
 intelligebat, necdum tñ ipsum uerē deum credebat.
 Et ideo ait: [Rabbi, scimus quia à deo uenisti magi
 ster.] Rabbi autē est magister, unum idemq̄ est. Sed
 hebraice rabbi, latine magister dī. Si em̄ perfecte eū
 uera deū esse credidisset, magis dñm q̄ magistrū ap
 pellasset. Sed dū magistrū appellauit, & dñm tacuit,
 non se perfecte credere manifestauit: q̄m necdū erat
 perfusus illo, qui foras mittit timorē, sed potius deil
 lis erat, quibus dicitur: Quaesiērūt gloriā hominū
 magis quām dei. Vnde non incongrue figuram cate
 chumenorū tener, illo scilicet, qui in fide imbuūt
 baptismū percepturi. Et illi quidē requisiti se deum
 credere confitentur, necdum tñ eius occulta myste
 ria capiunt, nec sacramentum corporis & sanguinis
 ipsius intelligunt. Nos autē qui in fidei fundamento
 radicati sumus, essentialiter de illo credamus, quod
 Nicodemus quasi insipiēs loquitur. Ipse em̄ est uerus
 magister, à quo om̄is sapientia procedit, & cum quo
 fuit imper & est ante æuū, sine cuius magisterio insi
 piens esse conuincitur, etiā qui sibi sapiens esse uide
 tur. Qui ait discipulis suis: Vos uocatis me, magister
 Mat̄. 13 & dñe, & bene dicitis: sum etem. Et iterum: Vos aut̄
 nolite uocari rabbi, unus ē em̄ magister uestr̄. Cre
 damus aut̄ illum à deo uenisse, iuxta qđ ipse in cuan

PENTECOSTES

295

gilio loquitur, dicens: **Ego à meipso nō ueni, sed pa-**
ter meus misit me. Et iterum: **Qui me misit, mecum**
est. Et alibi: **Vado ad eū qui misit me.** Et rursus, **Exi-**
ui à patre, & ueni in mundum. De cuius aduentu
 Paulus scribit, dicens: **At ubi uenit plenitudo tempo** Sala. 40
ris, misit deus filium suum &c. **Quod uero subiūxit,**

Nemo em̄ potest hæc signa facere, quæ tu fa-
cis, nisi fuerit deus cū co. Non solum autē illa
 quæ dominus faciebat, sed nec parū aliquid boni sine
 illo fieri posse credamus, q̄ ait in euangelio, **Sine me**
nihil potestis facere. Cæteræ per eius gratiā multis da-
 tum est esse possibile, qđ sine illo omnino esset impo-
 sible, sicut ipse ait: **Qui credit in me, opera quæ ego**
facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet. Ex uirtute
 autē miraculorū credit eum à dñō esse missum, uel ali-
 quem magnum uirum, sicut Moysen, aut Eliam, aut
 unū ex prophetis. Sed ipsam potestatem non se ha-
 bere posse credidit, sed à deo accipere. Et quia de sa-
 lute sua sollicitus Nicodemus, ad magistrum uerita-
 tis interrogandum uenerat, non solummodo secun-
 dā natuitatis, sed etiam mysterium passiōis & resur-
 rectionis, atque in cælum ascensionis audiuit. Nam
 subditur: **Respondit Jesus, et dixit ei: Amen**
amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo,
non potest videre regnum dei. Omnis em̄ ho-
 mo originalis peccati vinculo tenetur astrictus, an-
 tequam per undā baptismatis & gratiam sancti spi-
 ritus sit ablutus, teste Psalmista, qui ait. **Ecce enim**
 in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis conce-
 pit me mater mea. Et sicut per beatum Iob dicitur,
Nemo mundus est à peccato, etiam si unius diei uita
eius fuerit super terrā. Sed Nicodemus, qui nocte ad

dñm uenerat, necdum mysterium secundæ nativitatis intelligens, dixit ad Iesum: **Quō potest homo nasci, cum sit senex?** **Hunquid potest in ventre matris suæ iterato introire & renasci?** In quibus uerbis nō esse impossibile, quod audit, affirms; sed modum, quō fieri possit, interrogat. Sed quod ille de carnali nativitate dicit, nos de spiritu sentire debemus. Sicut eñ homo in uentre matris suæ iterum non potest introire & renasci, sic qui baptizatus est, rebaptizandus non est. Siue enim ab hæretero, siue à quolibet facinoroso in noīe sanctæ trinitatis baptizatus fuerit, iterum non est baptizandus, ne inuocatio tanti noīis uideatur annullari. **Hoc autē sacramentū nec malus peius, nec bonus melius implere potest.** Quia qualiscunque sit minister exterior, spiritus sanctus operatur est interior. **Vnde post baptismū ecclesia peccantibus poenitentiā indicit, non autē baptismū iterat.** **Quo ordine spiritualis nativitas impleatur, dñs manifestat, cum querenti Nicodemo respondit, dicens:** **E**men amendico tibi, nisi quis renatus fueris ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnum dei. Et conuenienter in ordine baptizandi utrumq; posuit, aquam scilicet & spiritum sanctum. Quia aqua corpus lauat, sed spūs sanctus mentem renouat. Superflue eñ aqua esset, nisi spūsanctus p̄stā remitteret. Aqua igitur exterius significat, quod spiritus sanctus interius operatur, id est, mundationem peccatorum. Ergo aqua proficit ad lauacrum, spiritus autē ad gratiā. **Siquidem Iohannes baptizabat populum aqua, non in remissione peccatorū, sed in poenitentiā, dicens:** Ego baptizo in aqua, medium autē uestrum stetit, quē uos nescitis. **Hic est**

qui baptizat in spiritu sancto & igni. Postquam ergo ille uenit, qui singulari priuilegio meruit, ut spiritus sanctus super eum in specie columbae descenderet & maneret, & per suum baptismum nostrum baptismum sanctificauit, omnes credentes remissionem peccatorum accipere credimus. De q̄ baptismate dñs dicit: **Vos autē baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies.** Et iterū: **Baptismate meo baptizabimini, et rursus. Baptismate habeo baptizari.** Sed quia ad ianuam paradisi rhomphaea illa flammæ, & gladius versatilis post p̄ctm positus fuerat, necesse erat ut p̄ sp̄m sanctum peccatis relaxatis, credentibus iterum per baptismū aperiretur. Quod quia inuisibilis sp̄s inuisibiliter operatur, recte subiungit: **Quod natū est ex carne. caro est, & quod natum est ex sp̄, spiritus est.** Acs diceret dñs: **Sicut caro ex carne nascitur, sic per sp̄m dei spiritus homines renouatur.** Vnde ait Apostolus. **Renouamini spiritu mentis uestræ, et Ephe.** induite nouū hominem, qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Solæ autē mētes fidem nouerunt, quia cū aliquis ad baptismum uenit, descendit filius iræ, & ascendit filius reconciliatiōis; descendit filius diaboli, & ascendit per adoptionem filius dei: descendit filius discordiæ, & ascendit filius pacis. Cæteri coram oculis insipientium & infidelium, qui nihil aliud, q̄ quod oculis uident, credere uolunt, totum quod in baptismo agitur, ludus esse putatur. Vñ in fine, uisa sanctos gloria, dicturi sunt: **Hi sunt quos aliqui habuimus in derisum & in similitudinem improprietatis nos insensati, uitā illorum estimabamus in saniam, & finē illorum sine honore.** Quod ergo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est:

Flon mireris or dixitibi, oportet vos nasci
denuo. Quia Nicodemus, qđ à magistro ueritatis
 audierat, nondū perfecte intelligere poterat, nō me-
 dioc̄e mirabatur. Sciebat eñ ueritatē falli nō posse
 & tñ quō fieret, quod ueritas proferebat, non intel-
 ligebat, & ideo mirabat. Cuius mentē dñs ab admira-
 ratione remouēs, sacramentū se cūclae nativitatis ma-
 nifestus declarauit, subiiciens: [Spiritus ubi uult spi-
 rat, & uocē eius audis, & nescis unde ueniat, aut quo
 uadat. Sic est om̄is qui natus est ex sp̄itu.] Sp̄us ubi
 uult spirat, quia cuiuscumq; mente uult illuminat, sic
 ut Apostolus, enumeratis eiusdē sp̄us sancti donis,
 ait: Hæc omnia operatur unus atq; idē sp̄us, dividēs
 singulis, put uult. [Et uocē eius audis,] cum is, quē
 repleuerit, te præsente deum confitetur. [Sed nescis
 unde ueniat aut quō uadat.] quia eius nec initium,
 nec finis uiderur. Siue certe, nescis unde ueniat aut
 quo uadat,] quia q̄liter in hoīem ingrediat, & egre-
 diatur, uidere non potes: qm̄ inuisibilem habet nau-
 ram, instantū ut si te præsente ad horam aliquę sp̄us
 prophetiæ repleuerit, uidere non possis. Si eñ tu ip̄s
 us sp̄m corporalibus oculis uidere non potes, & tñ
 te sp̄m habere non dubitas, multo magis sp̄m dei in-
 uisibiliter operantē uidere non uales: & tñ quod in-
 uisibiliter operatur, fidelis mens non debitat. **Sic**
est omnis qui natus est ex sp̄u. Id est, sicut spiri-
 tus dei inuisibilis est, sicut uermis spiritus inuisibilis
 est. Et sicut spiritus dei inuisibiliter operatur, sicut spiri-
 tus hominis inuisibiliter renascitur. Et quia hoc sa-
 cramentum inuisibile quisquis non intelligit, nō con-
 tumaciter, sed humiliter inquirere debet, sicut Nico-
 demus adhuc interrogat, dicens: **Quomodo pos-**

Sunt h[oc] eccl[esi]e. Cui à d[omi]no respondeat? Tu es ma-
gister in Israe[li]. et h[oc]c ignoras. Quod nō insul-
tando d[omi]n[u]s dicit, quasi q[uo]d magister uocare, & tñ tantis
mysterii ignarus esset, sed illu[m] ad humilitatis uia pro-
uocat, sine qua ianua regni cælestis non aperit. Ait
enim: [Amen amē dico tibi, q[uo]d a quod scimus loqui-
mur, & quod uidimus testamur, & testimoniū nō accipitis.] In quibus uerbis indiuisibilē trinitatē
in substantia humanitatis ostendit, cū unus idemq[ue]
dei filius loquēs, nō singulariter, sed pluraliter dicit,
quod scimus loquimur: q[uo]d scit filius, scit pater,
scit & spiritus sanctus. Et quod loquit[ur] filius, loquit[ur]
pater, loquit[ur] & sp[iritu]s sanctus. Et quibus una est sub-
stantia, nō dispar est scientia. Testimoniū eius nō ac-
ceperunt, quia sicut ipse dixit: Ego ueni in no[n]e pa-
tris mei, & nō suscepisti me. Sicut terrena dixi vo-
bis, & non creditis: quō si dixer[em] uobis cælestia, cre-
deris? Frequenter d[omi]n[u]s ad discipulos & ad turbas lo-
quens, similitudines de rebus terrenis adhibuit. sed
quia illi terrena & uisibilia nō credebant, quō cæle-
stia capere possent: Ut aut ex multis unum profer-
amus, terrena d[omi]n[u]s eis ostendit, cū ait: Soluite tēplum
hoc, & in triduo suscitabo illud. Illi aut nō intelligen-
tes, q[uo]d de tēplo corporis sui loqueretur, ad materialis
templi destructionē siue restaurationē sermonē con-
uerterunt, dicētes: Quadraginta & sex annis ædifica-
tum est tēplum hoc, & tu tribus diebus excitabis il-
lud! Quisq[ue] aut cælesti sacramēti cognoscere desi-
derat, paulatim ad superiora ascendere debet. Vnde
postquā d[omi]n[u]s modū secundā nativitatis Nicodemo
aperuit, ascensionis luce potentia declarauit, dicēs: Et
nemo ascēdit in cælu[m], nisi qui descēdit de cæ-

Io. filius hominis qui est in cælo. Vbi queritur,
quō filius hoīs descendisse de cælo, iuxta ipsius pro-
missionem & ante ascensionem in cælo esse dicatur?
Ad quod dicendum, quia mediator dei & hominū dñs
Iesus Christus, in una eadem psona ex duabus sub-
stantijs creditur, diuina scilicet & humana. **Q**ui idē
est filius dei, qui & filius hoīs: & idem filius hominis,
qui & filius dei. **I**pse ergo descendit de cælo per huma-
nitatem, qui erat in eo per diuinitatem. **E**t ipse ascen-
dit in cælum per humanitatē, ubi semper erat per di-
uinitatē. **C**ui simile est, quod alibi dicit: Exiui à patre,
& ueni in mundum: iterū relinquo mundū, & uado
ad patrem. **Q**uæritur ite, quare dicar, **N**emo ascen-
dit in cælum &c. cum omnis fidelium ecclesia illō
se ascensuram esse credat, quō caput suum meminit
præcessisse, iuxta ipsius promissionē, dicentis: **V**olo

Johan. 16. **p**ater ut ubi sum ego, ibi sit & minister meus. **A**d qd
dicendum quia omniū electorē caput est Christus, &
huius capitī membra sunt omnes electi, quibus ait
Apóstolus: **V**os autē estis corpus Christi, & mēbra
de membro. Mēbra ergo capitī suo adhærentia, in
cælū sunt ascensura. **S**ed quia nullus sua uirtute uel
merito cælum ascendere potest, nisi p eius gratiam,
qui de cælo in terrā descendere dignatus est, recte di-
citur: **[N**emo ascendit in cælum, nisi qui descendit de
cælo, filius hoīs qui est in cælo.] **Q**uia dñs Iesus Christus
cum suis mēbris unū efficitur corpus, qui ergo
cælū ascendere desiderat, capitī suo totis uiribus ad-
hæreat. **E**t quia prius dñi passio cōsummandā erat,
& postmodum eius ascensio declaranda, Nicodemū
magistrū Mosaicē legis, dñs ad spiritalem eiusdē le-
gis intelligentiam prouocat, cū subiungit: **E**t sicut

Doyles exaltavit serpentem in deserto. ita
exaltari oportet filium hominis. Vbi historiq ue
teris libri Numeri dñs meminit, in qua tædio longi
itineris populus Israeliticus affictus, murmurasse cō
tra dñm & Moysen legí. Propter quod misit in eos
dominus serpentes ignitos, ad quorum morsus cū
plures morerentur, uenerunt ad Moysen, dicentes.
Omnes morimur, ora pro nobis ad dñm. Cumq o-
rasset Moyses, iussit eum dominus facere serpētem
æneum, & ponere in stipite pro signo, dicens: **S**i quis
percussus eum aspicerit, uiuet. **F**actaq est mira res,
& antea inaudita. Mordeabant à serpentibus, aspi-
ciebant serpētem, & sanabantur. **A**enei ergo serpen-
tis exaltatio, domini passionem præfigurauit, qui ex
altandus erat in cruce, sicut ipse in præsenti loco di-
gnatus est exponere. **D**e qua ipse alibi ait: **S**i exalta-
tus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. **N**ec cui-
libet indignū uideri debet, si dñs per assumptam hu-
manitatem serpenti cōparetur: quia ipse p propheta
tam de seipso loquitur, **E**go autē sum uermis & nō
homo, opprobrium hominū & abiectio plebis. **E**t
sicut in septuaginta interpretibus legitur, scarabeus
clamabat de ligno. i. Christus de cruce. **S**icut eī ser-
pens ille similitudinem habebat ignitorum serpenti-
um, sed tamen à ueneno serpentium alienus erat: sic
dñs Iesus Christus apparuit in similitudine carnis
peccati, nullam tñ maculam traxit peccati. **A**eneus
autem dictus est serpens, propter infinitā in Christo
æternitatē. **A**es autē durabile est metallum, & ualde
sonorum, & natura æternitatis nec initium habuit,
nec finem habebit. **V**el quia æs rubicundū habet cō-
lorem, aeneus dictus est serpēs, propter preciosissimam

Q

THE IN OCTAVA

guinis effusionem. Igniti autē serpentes, quoi mortis
sibus homines peribant, uenenosas cogitationes &
mortiferas persuasions significant. Quae, cum delectationem
peruersam usq; ad consensum perducāt,
quasi pungendo animā interimunt. Nam & primi
parentes nostri in paradiſo serpentis astutia sunt de-
cepti. Miro ergo ordine contra serpentē ponitur ser-
pens, quia per hoc quod dominus pro nobis passio-
nem sustinuit, antiqui serpētis caput contrivit. Qui-
cunq; ergo originalis peccati punctione, uel cuius-
cunq; uulneris contagione uult sanari, intueatur ser-
pentem in stipite, id est, confiteatur Christum in cru-
ce, et hunc crucifixum. Cumq; tali fide armatus cruci
fixerit membra sua cum uitris & concupiscentijs, nō
solum à mortis periculo liberari, sed etiam ad uitam
peruenire merebitur æternā. Vnde & subditur: Ut
omnis qui credit in ipso, non pereat, sed ha-
beat vitam æternam. Omnis enim (ait scriptura)
quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit,
sicut ipse salvator in euangelio ait: Qui credit in me,
etiam si mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit, &
credit in me, non morietur in aeternum. Ille autem
uere credit, qui sic uiuit sicut Christus præcipit. Qui
autem confitetur uerbis, sed factis eum negat, non
uitam meretur, sed peñam, quia sicut ait Iacobus
apostolus, Fides sine operibus mortua est. Et iterū
Tu credis quod unus sit deus? bene facis, & dæmo-
nes credunt, & contremiscunt.

SE DOMINICA II. OS

POST PENTECOSTEN.

I. Iohannis IIII,

PCharissimi, Deus charitas est. In hoc apparet charitas dei in nobis, quoniam filius suum unigenitum misit in mundum, ut uiuamus per ipsum. Et reliqua.

Quomodo ipse dominus ait, Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut anima sua ponat quis pro amicis suis. Et ibi probata est dilectio Christi in nobis, quia mortuus est pro nobis. Dilectio patris unde probata est a nobis? Quia filium suum unicum misit mori pro nobis, sicut & Paulus apostolus ait: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quod non etiam cum illo omnia nobis donavit. **E**t in hoc est charitas non quasi nos dileximus deum, sed quia ipse prior dilerit nos. Non illum dileximus prius, nam adhuc nos ille dilexit prius, ut diligamus eum. **G**ratia quippe hominem praeuenit ut diligat deum, qua dilectione operetur bona. **V**nde Psalmista: Deus meus, inquit, misericordia eius praeueniet me. **E**t misit filium suum propiciatorem pro peccatis nostris. **E**t hoc est maximum in nobis diuinę pietatis indicium, quia cum necdum ipsis pro peccatis nostris eum pertere nossemus, misit ille filium suum ad nos, qui nobis in se creditibus ultro ueniam daret, nosque ad partem gloriae societatem uocaret. **I**n quibusdam condicibus hic uersiculus, ita legitur: **E**t misit filium suum iudicatorem pro peccatis nostris. **L**ibrator autem sacrificator est. Sacrificauit enim filius dei pro peccatis nostris, non hostiam pecudum, sed seipsum offerendo. **V**nde b*n* Paulus admonens, ait: Estote imitatores dei sicut filii charissimi, et ambulate in dilectione,

244 DOMINICA II.

sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum
pro nobis oblationē & hostiam deo in odorem sua
uitatis. Cuius sententiae concinit hoc, quod hic quoq;
Iohānes exhortando subiūgit, dicens: Charissimi,
sic sic deus dilerit nos, rnos debemus inuicē
diligere. Quod autem sequitur, Deum nemo vi-
dit unquam, maiore disputatione indiger, cum do-
minus & hominibus mundo corde deum uidēcum
promittat, & de sanctis dicat, quod angeli eorum in
cælis semper uideant in faciem patris. Hanc autem
sententiam & in euangelio suo ponit idem Iohānes,
ubi etiam quomodo deus uideri possit, consequen-
ter adiūgit, dicens: Vnigenitus filius qui est in sinu pa-
tris, ipse enarravit. Quod beatus pater Ambrosius uia
exposuit: Et ideo deum nemo uidit unquam, quia ea
quaæ in deo habitat plenitudinem diuinitatis, nemo
conspexit, nemo mente aut oculis cōprehendit. Vi-
dit enim, ad utrumq; referendum est. Deniq; cum ad-
ditur, Vnigenitus filius q; est in sinu patris, ipse enar-

rauit, mentium magis quam ocolorum uisio declara-
tur. Species enim uidetur, uirtus uero narrat: illa ocu-
lis, hæc mente comprehenditur. Item beatus Augu-
stinus in libro de uidendo deo, de eadem disputatione
quæstione, proinde in qua narrante unigenito q; est
in sinu patris narratione ineffabili, creatura rationa-
lis munda & sancta, impletur dei uisio ineffabili,
quam tunc cōsequemur, cum ei æquales facti fueri-
mus: quoniam sicut uidetur ista uisibilia corporis
sensibus, nō ita deum nemo uidit unquam. Quoniam
sialiquando eo modo uisus est, non sicut ista natura
uidetur, sed uoluntate uisus est specie, quia uoluit ap-
parens, latente natura atque in se incommutabilitate

POST PENTECOSTEN 245

permanēt. Eo autem modo quo uidetur sicuti est, nunc fortasse uidetur à quibusdam angelis suis sanctis. **A**nobis autem tunc ita uidebitur, cum eis facti fuerimus æquales, & post aliquanto exponens sententiam sancti Ambrosii: Deum nemo uidit unquam, uel in hac uita sicut ipse est, uel etiam in angelorum uita, sicut uisibilia ista, quæ corporali uisione cernuntur, quia unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarravit. **Q**uianon ad oculorum corporalium, sed ad mentium uisionem dictū est pertinere quod narravit. Item post multa: Ad eam uero uisionem qua uidebimus deum sicuti est, mundanda corda cōmōnuit. **Q**uia enim corporalia consuetudine loquendū uisibilia nominātur, properea deus inuisibilis dicit: ne corpus esse creditur. Neq; enim corda mūda suæ substantiæ contemplatione fraudabat, cum hæc magna & summa merces deum coalentibus & diligentibus promittatur, dicente ipso domino, quando corporalibus oculis uisibiliter apparebit, & inuisibilem se contuendum mundis cordibus promittebat: **Q**ui diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum. **H**æc quippe natura eius æqualiter cū patre inuisibilis, sicut æqualiter incorruptibilis est, quia continuatim **A**póstolus posuit, dicens: Regi autē seculo, & inuisibili, incorruptibili, diuinam substantiā qua potuit hominibus prædicatiōe cōmendās. Deus ergo inuisibilis, neq; oculo, sed mēte querendus, est. Sed quæadmodum si solem istum uidere uelimus, oculos corporis purgaremus, unde lux uideri potest: uolētes uidere deum, oculum coridis, quo deus uideri potest, purgemus. **B**eati em̄ mūdo corde, quoniam ipsi deum uidebūt. Verum quia

Q in

hæc uisio in futuro speratur , quid agendū est nobis
dū adhuc cōstituti in corpore , peregrinamur à dño?
Quo solatio utendum , ubi diuina uisio necedum li-
cer perfrui ? Si diligamus inuicē deus in no-
bis manet . Sed nemo putet hanc dilectionem , in
qua deus manet , abiecta & desidiosa quadam man-
fuctudine , imo non mansuetudine , sed remissione &
n̄egligentia reseruari . Non ista est charitas , sed lan-
guor . Ferueat charitas ad corrigendum , ad emenda-
dum . Sed si sunt boni mores , delectentur : sunt mali ,
emendentur corriganterg . Si ergo diligamus inuicē
sincera & disciplinabili charitate , deus in nobis ma-
net . Operibus quidē ipsius charitatis manifestatur ,
quāuis nondum uisibiliter apparet . et charitas
eius in nobis perfecta est . Quærendum autem ,
quomodo dicat perfectionem diuinæ charitatis in
mutua dilectione consistere , cum dominus in euau-
gelio pronūciet , non esse magnum , si diligamus eos ,
qui nos diligunt , nisi ad inimicos etiā (de quibus hic
penitus tacere uidetur) eadē dilectio pertingat , nisi
forte ipsos quoque inimicos fraterni amoris intuitu
diligere iubemur , uidelicet ut nō semper inimici re-
maneant , sed resipiscant à diaboli laqueis , nobisq;
germano federe societur . Si diligamus , inquir ,
iuicem , deus in nobis manet , et charitas
eius perfecta est . Incipe diligere , perficiens capi-
sti diligere ? c̄cepit in te deus habitare , ut perfectius
habitando faciat te perfectum . In hoc cognoscē-
mas quod in eo manemus . et ipse in nobis ,
qm̄ de spiritu suo dedit nobis . Hoc ipsum qđ
de spiritu suo dedit tibi , unde cognoscis ? Interro-
ga uiscera tua , si plena sunt charitate , habes spiritum

POST PENTECOSTEN 247

dei, Paulo teste, qui ait: **Quia charitas dei diffusa est Roma.** in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. **Et nos vidimus et testificamur,** quoniam pater misit filium suum salvatorem mundi. Nemo de salute desperet, quia et si magni sunt morbi scelerum qui deprimunt, omnipotens deus est medicus qui saluat, tantum meminerit quisque, quod idem filius dei, qui uenit mitis ut saluaret, ueinurus est ut districtus iudicet. **Quicunque confessus fuerit quoniam Jesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo.** Perfectam cordis confessionem dicit, quod nec malevolentium hereticorum possit fraude corrumpi, nec persequentium paganorum tormentis conuulsari, nec carnalium fratum exemplis, nec propriæ fragilitatis segniciâ titubare. Sunt etenim qui etiam uerbis negant esse Iesum filium dei, quales multifuisse produntur eo ipso tempore, quo hac scribebat Iohannes. Sunt item qui consentent uerbis, factis autem negant. **Vnde bñ qui nūc ait, [qui-cum] confessus fuerit quoniam Jesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo,** Iipse paulo superius dixit: **Si diligamus in uicem, deus in nobis manet, insinuans pfectio quia quisquis dilectionem in fratres habet, ille Iesum dei esse filium restatur.** **Et nos cognouimus et credimus charitati, quam habet deus in nobis.** Cognouimus quia Iesus est filius dei, & quia pater misit eum salvatorem mundi, & credimus charitati, quam habet deus in nobis, quia uidebit cū haberet unicum, noluit esse unum, sed ut fratres haberet, adoptauit illi qui cum illo possiderent uitam æternam. **Deus charitas est.** In hoc superius dixerat, ecce iterum dicit. **Amplius tibi nō possumus.**

Q. iiiij

248 DOMINICA II.

tuit commendari charitas, quam ut diceretur deus. Forte munus dei contemptus eras, nūquid & deū cōtemnis? z qui manet in charitate, in deo manet, z deus in eo. Viciſſim in ſe habitant, qui contineat & qui continetur. Habitatis in deo, ſed ut continearis: habitat in te deus, ſed ut cōtineat te ne cadas, ¶ Corin. 13 quia (ſicut Apoſtolus de ipla charitate dicit) charitas nunquam cadiſ. Quomodo cadiſ quem cōtineat deus? In hoc perfecta est charitas nobis̄cum, ut fidutiam habeamus in die iudicij. Quisquis fidutiam habet in die iudicij, perfecta eſt in illo charitas. Quid eſt habere fidutiam in die iudicij? nō timere ne ueniat dies iudicij. Cum enim primo ad peneſtendum ſe de malis actibus conuerterit, incipit timere diē iudicij, ne uidelicet apparente iusto iudice, ipſe Doggei. 21 damnetur. Proceſſu uero bonæ cōuerſatiōis animatus, dicit non timere quod timebat, ſed potius optare, ut ueniat ille desideratus cunctis gentibus, ſperā ſe cū sanctis merito bonæ actionis eſte coronandū. Unde autē fidutiam in diē iudicij habere poſsumus, plenius ſubdendo manifestat, quiā ſicut ille eſt, et nos sumus in hoc mundo. Nunquid uero potest eſſe homo ſicut deus? ſed & meminiffe oportet, qđ & ſupra dictum eſt, quia non ſemper ad æqualitatē dicitur, ſicut, ſed dicit ad quandā ſimilitudinē. Quomodo enim dicas, ſicut aures habeo, ita habet & imago? Nunquid omnino ſic? Sed tamen dicas, ſicut. Si eī facti ſumus ad imaginem dei, quare nō ſicur deus ſumus? Non ad æqualitatē, ſed pro modulo noſtro. Inde ergo nobis daſ fidutia in die iudicij, quiā ſicut ille eſt, z nos sumus in hoc mundo. Imi‐tando uidelicet perfectionem dilectiōis in mundo;

POST PENTECOSTEN 249

cuius ille exemplum nobis quotidie præbet de celo.
De qua saluator in euangeliō: Diligite, inquit, inimicos uestros, & orate pro persequentibus uos, ut sitis filii patris uestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & in iustos. **T**imor non est in charitate. In tali uidelicet charitate, quæ ad imitationem diuinæ bonitatis, etiam inimicis benefacere, & hos diligere nouit. **s**ed perfecta charitas foras mittit timorem. Illum scilicet timorem, de quo dicitur: Initium sapientiae timor domini. Quo timer quisq[ue], incipiens opera iustitiae, ne ueniat iustitiae distractus iudex, & se minus castigatum inueniens damnet. illa charitas pellit foras timorem, quæ pro merito iustitiae fidutiam habet in die iudicij. Sed & presentium aduersitatum timorem perfecta charitas ejicit ex animo, quam habere quæ rebat, qui dñs supplicans, ait: **A** timore inimici eripe animam meā. quam habebat qui dixit, **Q**uis nos separabit à charitate Christi tribulatioꝝ an angustiaꝝ **R**omaꝝ an persecutioꝝ an fames an nuditas an periculū an gladius &c. **Q**uoniam timor poenam habet. Torquet cor conscientia peccatorum, nondum facta est cogitatio. Ideo in Psalmo de ipsa pfectione iustitiae: Cœuertisti, inquit, placitum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meū & præcinxisti me lætitia: ut canet tibi gloria mea, & non compungar. Id est, non sit quod stimulet conscientiam meā. Stimulat timor, sed noli timere, intrat charitas quæ sanat, quem uulnerat timor. **Q**ui autem timet, nō est perfectus in charitate. Quia nimurum timor poenam habet, quamvis sicut sectione medici salus optata, ita timorem charitas desiderata subsequitur. **N**ec putari de-

bet his beati Iohannis sermonibus esse contrarium, quod Psalmista dicit: **T**imor dñi sanctus permanet in seculum seculi. **O**uo nanc sunt timores. **V**nus, quo item homines deum ne mittatur in gehennam. **I**pse est timor ille qui introducit charitatem, sed sic uenit ut exeat. **S**i enim adhuc propter poenas times deum, nondum amas quē sic times: non bona desideras, sed mala caues. **S**ed ex eo quod mala cauēs corrigit te, incipis & bona desiderare. **C**um bona desiderare coepis, erit in te timor sanctus, ille scilicet, ne ipsa bona amittas, ne mittaris in gehennam, sed & ne ipsa te deserat præsentia domini, quem amplecteris, quo atque numerum frui desideras. **N**os ergo diligamus dñm, quoniam ipse prior dilerit nos. Nam unde diligemus, nisi ille prior dilexisset nos? **H**inc enim ipse in euāgelio dicit: **N**ō uos me elegistis, sed ego elegi uos. **I**ta autem perfecti erimus in charitate, si quemadmodum nullius alterius, nisi salutis nře grā, prior dilexit nos ille, nimurum nos quoque ita eum nullius rei, nisi tantū amoris dilexerimus obtētu. **V**erum quia sunt qui uerbotenus deum diligunt, cōsulte subiungitur: **S**i quis dixerit, qm̄ diligō dñm, et fratrem suū sibi uiderit, mēdar est. **U**nde probamus quia mendax est: audi: **Q**ui enim non diligīt fratrem suū quem videt, deum quem non vider, quomodo potest diligere? **Q**uid ergo? Qui diligīt fratrem suū, & non diligīt deum, necesse est ut diligat dñm & diligat ipsam dilectionem. **D**eus enim dilectio est. **E**t ne quis dicere auderet, **E**t quid obstat diligere deum, etiam si non diligīt fratrem, recte subdidit: **E**t hoc mandatum habemus à deo, ut qui diligīt deum, diligat & fratrem suū. **Q**uomodo enim diligis eum,

PRE POST PENTECOSTEN 251

cuius odisti mandatum? Quis est qui dicat, diligo im-
peratorem, sed odi leges eius? Non ita est uerus dei
amator, sed uide nunquid quia mādata tua dilexi do-
mine, & ideo confidenter adiungit, in tua misericor-
dia uiuifica me.

**SE DOMINICA SE-
cunda post Pentecosten**

Lucæ XVI.

In illo tempore dixit Iesus discipulis su-
is: Homo quidam erat diues, & in duebatur
purpura & bysso. Et re-



Scriptura sacra dia in-
stus inspirata, nō solū
bonorum actiōes ad
imitādum commemorat,
sed etiam tormenta repro-
borum narrat; ut quos ad
bene uiuendum non pro-
uocant exempla piorum,
salem terreat denuncia
et supplicia reproborum.
Quod utrumque in hac lecti-
one ostenditur, quādo nō
solū quies Lazarus cōmemoratur, sed etiā pena su-
perbi dinitis ad memoriam reducitur; ut in uno ha-
beat pauperes quod imitētur, in altero aut̄ diuites unde
terrātur. Nam cū superius dominus cōtra auaritiæ
uitium disputaret, admonendo subiunxit, dicens: Fa-
cite uobis amicos de mammona iaiuitatis, ut cum

Luce' 16

DOMINICA II.

defeceritis, recipient uos in æterna tabernacula. Sed quia omnis, qui ex uitio non uult corrigi, ex correptione deterior fit, subiunxit euangelista, dicens: Audiebant omnia hæc pharisæi, qui erant auari, & deridebant eum. Quia cum malorum peruersitas crescit, predicatione non solum minui non debet, sed etiam augeri. Ut confirmaret dñs exemplis, quod docuerat uerbis, adiunxit hoc per similitudinem, quod in capite hius lectionis audiuimus, dicens: **Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide.** Ostendens superbum diuitem esse condemnatum, quia sibi amicū Lazarum de mammona iniquitatis facere noluisset. **Valde enim homo iste diues fuisse ostenditur, cū purpura & bysso induitus memorat.** Purpura enim regiae dignitatis est habitus: bysus uero, genus est qdālini suauissimi & cā didissimi decoris. Ad augmentum quoq; tēporalis gloriae, quotidie epulabat splendide, diuersis ciborum apparatus uertri satisfaciēs. Epulae enim ad crapulam pertinet, preciosa uero vestimenta ad inanem gloriam. Sed quo dicitur in facultibus, eo deterior in cruciatibus. Potētes enim (ait scriptura) potenter tormenta patientur. sunt em̄ non nulli, qui putant in cultu preciosarum uestium peccatum non esse. Quid si omnino non esset, nequaquam dñs mentionem purpurati diuitis, qui in inferno torquebatur, faciens, præmitteret, dicens: [**Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso.**] Et nisi in cultu preciosarum uestium peccatum fuisset, nequaquam Petrus foeminas cōpesceret, dicens: Non sit extirpatus capillatura, aut circūdatio auri, aut indumentum apostoli vestimentorum cultus. Et Paulus apostolus in epi-

Dogen.

Petri.

POST PENTECOSTEN 253

stola ad Timotheum: Et mulieres uolo esse in habitu 2. Timo.
ornato, cum uerecundia & sobrietate ornantes se, nō
in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste p-
tiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatē
per opera bona. Et si hoc obseruandum est à mulierē
bus, quanto magis à uiris? Vnicuiq; enim sua consciē-
tia testis est, quia preciosa uestis non nisi propter ina-
nem gloriam requiritur. Quia cum in secreto sit, ubi
à nemine videatur, nō curat qualibus cūq; indutus sit
uestibus. At uero, cum in publicum processerit, preci-
osa uestimenta regrit, non ut sanctior, sed ut honora-
bilio ceteris appareat. Quia uero uirtus ē uilibus ue-
stimentis indui, è diuerso colligimus peccatū non de-
esse, preciosa uestimēta regrere. Si em in uilitate ue-
stiū uirt° nō esset, nequaq; euāgelista de asperitate sui
uestimenti Iohannem laudasset. E quibus exemplis
cognoscere possumus, quia tam ac talia uestimen-
ta querere debemus, quæ nuditatem possint operis
& frigus arcere. Quod dīs ostendit, quādo in initio
primos homines nō purpurā, sed tunicas pelliceas in-
dūit. Vnde Paulus nos admonet, dicens: Nihil intuli-
mus in hunc mundum, sed neḡ aliquid auferre pos-
sumus, habentes autē uictum & uestitum, his cōten-
ti simus. Sunt aut̄ alij, qui præcepta ueteris testamēti
austeriora esse purant, quām noui. Sed hi improuida
consideratiōe falluntur, dum utrorūq; testamento
rum præcepta subtilius nō discutiunt. Nā in ueteri te-
stamento dicitur: Diliges amicū tuum, & odio habe-
bis inimicū tuum. In nouo autē dominus ait: Diligite
inimicos vestros, bñfacite his qui oderūt uos, & ora-
te pro persequentibus & calumniantibus uos. In ue-
teri testamento homicidiū morte plectitur, in nouo

DOMINICA. II.

dñs dicit: Qui irasci fratri suo, reus erit iudicio. In ueteri dicit: Oculū pro oculo, dentē pro dente, manum pro manu. in nouo uero præcipit: Si quis qd tuum est tulerit, ne repeatas. Et qui uoluerit tecū contendere in iudicio, & tunicā tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et qui te angariauerit mille passus, uade cū illo duō millia. Et ego dico uobis, nolite resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. In ueteri præcipit, Non adulterabis uxorem proximi tui: in nouo, Qui uiderit mulierē ad cōcupiscēdam eā, iam mœchatus est eam in corde suo. In ueteri testamēto aliena res inuasa, in quadruplum restituitur: hic autē diues non aliena legitur rapuisse, sed quia propria nō dedit, apud inferos torqueat. Unde cognoscimus, quia præcepta noui testamēti, quāto sunt perfectiora, tanto distriktiora. **Et erat qui-**
dam mendicus nomine Lazarus. Si subtiliter
 hæc uerba dñi discutimus, inueniemus qd quæ apud
 homines alta uidentur, apud deum frequenter in imo
 sunt: & qd apud homines sunt despecta, deo accepta
 sunt. Deniq; inter homines nomina diuitum lōge la-
 tegi sciuntur, pauperum uero etiam à pluribus conci-
 uibus & vicinis ignorātur. At contra, domiuus men-
 tionē de diuite & paupere faciēs, nomen diuitis qua-
 si ignotum tacuit: nomen uero pauperis quasi fami-
 liarius indicauit, ostendens unum reprobando nesci-
 re, alterum eligēdo se scire. At enim de diuite, [Ho-
 tino quidam erat diuies:] de paupere autē, [Erat qui-
 dā mendicus, nomine Lazarus,] acsi diceret: Super-
 bum diuitem nescio, humilē pauperem scio. Excelsus
 em̄ dominus, cum non sit personarum acceptor, alta
 celonge cōspicit, & humiliā de prope, **Vt** susciter de

POST PENTECOSTEN 255

pulvere egenum, & de stercore eleuet pauperem. Non
nisi ergo dominus quos elegit, & ignorat quos repro-
bat. Vnde in fine reprobis dicturus est. Nescio uos un-
de sitis. discedite a me operari iniquitatis. Aperfe-
cto uiro Moysi dicit. Nouite ex noīe. Et sicut Ap̄lus
ait. Nouit dñs qui sunt eius. Ac per hoc magni meriti
illos esse credimus, quorū noīa deus scire dicit. Qui
facebat ad ianuā eius hulceribus plenus, cu-
piēs saturari de micis, quae cadebāt de mēta
diuitiis, & nemo illi dabat, sed & canes ueniebant
& lingebāt hulcera eius.] Vasa figuli probat fornax,
aut scriptura, et homines iustos tentatio tribulatio-
nis. Quod huic pauperi Lazaro contigisse cernimus,
eui ad augmentum doloris, cum egestate ciborum ac
cidit infirmitas hulcerum. Sola enim egestas illi suf-
ficeret, etiam si infirmitas defuisset. Et rursus, sola in-
firmitas sufficere posset, si indigēja defuisset. Sed ad
augmentum doloris, cum infirmitate addita est indi-
gentia, ut tanto probabilior coram oculis dei esset,
quāto durius igne tribulationis fuisset excoctus. Vbi
cōsiderandum est quia dñs omnipotens æquissimus
iudex, in una eadēq; re duo iudicia operatus est, ut vñ
uni prēmium, inde alteri cresceret supplicium. Fortal-
sis enim diues iste de misericordia excusationem ha-
beret, nisi pauperem afflictum ante ianuam iacērem
uidisset: cum autem uidit miserum, sed misereri nolu-
it, omnem aditum excusationis sibi exclusit. Pauper
vero cum penuria corporis, maiorem tribulatiōem
sustinuit mentis, cum uideret q̄tidie diuiteim splendi-
de epulari, se uero micarum fragmenta desideraret
cum cerneret illum obsequentiibus turbis circumdati,
se autem à nemine uisitari. Iam quod ab hominibus

Ecclesiastes 27

contemptus sit, canes testantur, qui licenter hulcerat
eius lingebat. Quod iusto dei iudicio (sicut diximus)
factum est, ut unde unius abatio, inde alteri cresceret da-
mnatio. Sed nūquid semper aut iste in tribulatione,
aut ille erit in gloria? Non. Audi quod sequitur: Fa-
ctum est autem ut moreretur mēdicus, et por-
taretur ab angelis in sinum Abraæ. Mortu-
us est autem et diues, et sepultus est in inferno. In
quo loco colligere possumus, quia unicuique electoru-
angelus ob custodiā sui deputatus est, iuxta illud qđ

Hebrei. 2 ait Apostolus: Sunt administratori spūs in ministeri-
um missi propter eos, qui hereditatē capiunt salutis.

Matthew. 18 Et sicut dominus de paruulis ait, Angelī eorum sem-
per uidēt faciē patris. nam & de Petro pulsanti adia-
nuam, dictum est: Angelus eius est. Quādiū enim ele-

Sapien. 9 cti in præsenti uita manēt, ubi corpus quod corrum-
pitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabi-
tatio sensum multa cogitantē, necesse habent angelo-
rum auxilio cōfortari, secundum quod scriptum est in
persona uiri iusti: Angelis suis mandauit de te, ut cu-
stodian te in omnibus uījs tuis. Et in manibus tollē-
te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Cū em̄
oculus diuinæ maiestatis semper & ubiq̄ nostra ope-
ra & cogitationes intueatur, credimus tñ dignas ope-
rations & iustas eleemosynas ab angelis deo nunci-
ari, iuxta illud quod angelus Thobiae ait: Cum orare
tis, ego obtuli orationes uestras ante deum. Hinc est

Tobi. 12
Dani. 10 quod ab angelo dicitur Danieli: Ex die qua posuisti
cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in cōspe-
ctu domini, exaudita sunt uerba tua, & ego ueni pro-
pter sermones tuos. Qui autem operātes in hac uita ele-
tos adiuuant, à corpore exētūs suscipiunt, quod in

POST PENTECOSTEN. 257

presenti exemplo comprobatur, cum dicitur: **Fa-**
cium est autem ut moreretur in medicus, et por-
taretur ab angelis in finum Abrae. Sinus au-
tem Abrae in hoc loco requie significat beatorum,
iuxta quod ipse alibi ait: Multi uenient ab oriente & **Mand. 2.**
occidente, & recumbent cum Abraam & Isaac & Ia-
cob in regno calorum. Sicut enim de ea re, quam in
finu habemus, certi securitatem sumus: sic electi caelestis
regni gremio collecti, æterna securitate firmantur.
Sed sicut læto corde audiendū est, quod dicitur, [**Fa-**
ctum est autem ut moreretur mendicus, & portare-
tur ab angelis in finum Abrae : ita ualde timendum
est quod subinfertur, [**Mortuus est autem & diues,**
& sepultus est in inferno.] Sepultus autem in infer-
no dicitur, cum spiritus sepultura non indigeat, ut ma-
gnitudo poenarum ostendatur. Mortuo enim sepul-
tura debetur, & ideo quia mortuus erat in corpore,
in anima sepultus in inferno dicitur, quia sine fine cru-
ciabitur. Sicut enim preciosa est in cōspectu domini mors san-
ctorum eius, sic ē contra mors impiorum pessima. Audiat
hoc auarus, audiat pecuniarum cupidus. Quid enim pro-
dest auaro diuiti, quod in bonis ducit dies suos, quā-
do in puncto ad inferna descendit? Vbi ē diuerso col-
ligere possumus, quae pena preparata sit raptoribus,
quoniam diues iste, qui aliena legitur non rapuisse, sed sua non
dedisse, in inferno sepultus esse narratur. Si enim in in-
ferno cruciatur, qui sua non dedit, quia pena puni-
endus est, qui aliena tollit, qualibus per Isaiam dici-
tur: **V**æ qui coniungitis domum ad domum, & agrum **Isiae. 9**
agro copulatis usq; ad terminum loci. Non solum enim
rapina, sed etiam superflua tenacitas inferni penam
meretur, sicut ipse iudex pauperum curam negligenter.

R

ribus dicturus est. Discedite à me maledicti in ignem
æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.
Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Situi,
& non deditis mihi potum. Hospes eram, & non col-
legistis me. Nudus, & non cooperauistis me. Infirmitas
& in carcere, & non uisitastis me. Tunc respondebunt
ei & ipsi dicentes: Domine, quando te uidimus esuri-
entem, & sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infir-
mum, aut in carcere, & non ministravimus tibi. Tunc
respōdebit illis, dicens: Amē dico uobis, Quādiū enim
uni ex minimis istis nō fecistis, nec mihi fecistis. Ra-
dix em(ut ait apostolus) omniū malorum est cupiditas.
Vnde dñs ait in euangelio: Vx uobis diuitibus, q ha-
betis consolationē uestrā. Et iter: Difficile, q pecuni-
as hñt, in regnum celorum intrabūt. Illis deniq, q solici-
te ingrere solēt, utrū anima ad similitudinē corporis
mēbra habeat, an rōn, præsens lectio satis facit. Ait
em dominus de diuite: Elenans autē oculos su-
os. cum esset in tormentis, uidit Abraam à lon-
ge, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamās dixit: Pater
Abraam, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat
extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam
mēā, quia crucior in hac flamma.] Ergo & diues ocu-
los & linguam habebat, & Lazarus digitum: quia ani-
ma secundum suam subtilem & spiritalem naturam
membra creditur habere, quē habet & corpus. Quod
in eo facile comprobatur, q̄a corporis membra nihil
possunt sine anima. Vbi pariter demonstratur, qā nō
solū boni bonos in gloria, sed mali malos recogno-
scunt in peccata. Nam diues non solum Lazarum, quē
prius uiderat, recognouit, sed etiam Abraam, quem
nunquam uiderat, se recognouisse testatur, cum ait:

POST PENTECOSTEN 259

Dater Abraā miserere mei. Et cū fratrū suorū ab-
sentī meminit, liqdo dāt intelligi, qā eos, quos præ
sentialiter malos uidebat, recognoscere poterat. In q̄
loco etiā ostendit, qā nō solū boni, cum sint in eterna
requie recepti, malos cōspiciunt in pēna, sed etiā ma-
li bonos in gloria. Qd' iusto dei iudicio agit, ut unde
sanctis gloria, inde reprobis augeatur pēna. Dupli-
citer em̄ reprobri cruciantur cū sanctos cōspiciunt in re-
quie, nō solū quia peccauerūt, sed etiam cum eos re-
munerari uident, quos contēptui habuerūt. Vñ in fi-
ne uisa illorū gloria, dicturi sunt: Hi sunt quos aliquā **Sapiens**
habuimus in derisum & in similitudinē improperijs.
Nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniā,
& finem illorum sine honore. Quomodo ergo com-
putati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorū
est? Ergo miseri errauimus à via ueritatis. Iusti autē
tanto huberiores gratias deo referunt, quanto de ma-
ioribus tormentis, non suis meritis, sed gratia dei se
considerant liberatos, quod usq; ad iudicium futurū
erit. Nam postea, sublatis impijs ne uideant gloriam
dei, sancti reprobos conspecturi sunt, quia illi q̄ crea-
tori suo iuncti erunt, nihil erit in creaturis quod non
uideant. A longe diues Abraam conspicit, qāg imi-
tatiōcm eius proximus fieri noluit. Multum autem
ad se refrigerandum Lazarum mitti precatur, ut eius
gloria ei fieret detrimentum, cuius pēna ipse noluit
præbere solatum. In omnibus enim operibus suis iu-
stissimus est dominus, in hoc tamen eius iustum iudicium
declaratur, cum dicitur: [Mitte Lazarum, ut in-
tingat extreum dīgitū sui in aquā, ut refrigeret lin-
guam meam.] In mensis enim diuitum mīca super-
flua esse uidentur, gutta autem aquæ etiam pauperi-

R ii

bus exigua est. Qui ergo minima negauerat, minima impetrare nequieuit: quia qui micas panis Lazaro dare noluit, in ardore positus guttam aquæ ex eius digito incidentem impetrare non potuit. Audiant hoc auari, qui superflua diuinarum suarum magis in pretredinem uerti finunt, quam in necessitatibus pauperum expendi, non timentes illud, quod terribiliter eis Iacobus apostolus comminatur, dicēs: Agite nūc diuites, plorate ululanties in miserijs uestris, quæ superuenient uobis. Diuitiae uestræ putrefactæ sunt, testimenta uestra à tincis comesta sunt. Autū & argentum uestrum aeruginauit, & arrugo eorum in tetromium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Talis erat ille diues, qui dicebat in corde suo: Destruam horrea mea, & maiora faciam. Cui à domino dictum est: Stulte, hac nocte auferetur anima tua à te: hæc auten quæ præparasti, cuius erunt?

Jacob. 5

Lucr. 12

s. Tim. 6

Quia ergo (ut ait Apostolus) nihil intulimus in hunc mundum, sed neq; aliquid auferre possumus, habentes uictum & uestitum, his contenti simus. Quid est quod specialiter linguam refrigerari togat, cum hinc inde ultricibus peccatis circumsepitur totus atque cruciatur, nisi quia in ea plus se ardere iudicatur? Vbi datur intelligi, quia pro qualitate & quantitate peccatorū, redditur reprobis pena tormentorum. Nō enim æqua lis pena debetur ei, qui parū peccauit: & ei qui multum. Quia sicut sub uno radio solis non omnes æqualiter urimur, ita reprobri in gehennali pena nō omnes æqualiter cruciatur. Habet enim hoc subtilitas iudiciorum dei, ut per quod membrum amplius peccat qd, in eo maiorem vindictam recipiat. Cum enim superius diues iste splendide epulatus fuisse dicitur, & nūc

in lingua se cruciari perhibet, ostenditur quia præ cæteris membris in lingua arderet. In conuiuijs enim superflua & inanis loquacitas abundare solet: quoniā ubi uenter diuersis cibis & potibus distetus fuerit, statim lingua ad cachinnos, iocca, maledictiones, detractiones & cetera his similia resolutur, sicut scriptum est: *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Et quia in conuiuijs in lingua peccauerat, in tormentis in lingua ardebat. Quoniam (sicut Sapient. 12 ait Salomon) Per quæ peccat quis, per hæc & torqueatur. Sed forte quereret aliquis, utrum ignis gehennalis corporeus sit, an incorporeus. Ad quod dicendum, quia sic corporeus esse creditur, ut anima in corpore am cruciare possit. Quod autem res corporea anima incorporam cruciare possit, mirum non est, cum uiuente quolibet homine spiritus in corpore tenetur. Nam apostolas angelos quæ incorporeos spūs esse dubiter: & tamen igne gehennali sine intermissione cruciant, sicut ueritas reprobis dictura est: *Ite maledicti in ignem eternum, q[uod] paratus est diabolo & angelis eius.* Non est ergo dubium, animam incorporam ante iudicium ab igne corporali posse torqueri, cum hoc in spiritibus immundis possibile demonstretur. Iustus est enim, ut q[uod] in anima simul & corpore peccat, an iudicium in aia, post iudicium uero in aia & corpore crucient. Et dicit illi Abraam: *Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala.* Cum superius Abraam patre uocari, & nunc cum Abraam filium eum nominari, cognoscere possum ex eodem populo, qui ex stirpe Abraam originē ducebat, illum fuisse. Sed summopere illud considerandum est, quia quem filium nominat, à pœna non liberat: quo-

niam in districtione iusti iudicij dei tanta æqualitas
 iustitie erit, ut nec filius patrem, nec pater filium libe-
 rare ualeat, sed unusquisq; recipiet secundum opera
 sua, purgessit, siue bonū, siue malū. Quia peccator in
 p̄ctō suo moriet, & iustus in iustitia sua, quam opera-
 tus est, uiuet. Vnde & per Iezechielem prophetam
 dominus, cum terram gladio, peste & fame periturā
 prædiceret, adiunxit, dicens: Viuo ego, dicit dominus,
 quia si Noe & Job & Daniel fuerint in medio eius, fi-
 lios & filias nō liberabunt, sed ipsi iustitia sua libera-
 bunt animas suas. Absq; obliuione autem memorie
 commēdandum est, quod diuini uoce Abrāq dicitur:
 [Fili, recordare quia recepisti bona in uita tua, & La-
 zarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur,
 tu uero cruciaris.] In quibus uerbis intelligimus &
 diuitem aliquod bonum fecisse, pro quo in hac ui-
 ta bona recepit: & pauperem aliquod reprehensibile
 egisse, pro quo pr̄sentis uitę flagellis purgatus est.
 Acquisitus enim iudex deus, sicut malū nullū im-
 punitum dimittit, sic nullum bonū absq; mercede re-
 linquit: q̄a aut in p̄senti, aut in futuro retribuit. Quo-
 ties ergo aut prosperitas pr̄sentis uitę nobis bla-
 ditur, aut diuitiae affluūt, timendum est ne de bona
 quod agimus, mercedem in pr̄senti seculo recipia-
 mus, ne forte in futuro nobis dicatur: Amen dico uo-
 bis, recepistis mercedem uestram. Quotiescumq; au-
 tem aut paupertas nos affligit, aut flagella nos ate-
 runt, gaudendum est & gratulandum: quia flagella dei
 aut ad remunerationem nobis contingūt, aut ad pro-
 bationem. Propter quod nos scripture admonet, di-
 cens: Fili, ne despicias disciplinam domini dei tui, neq;
 fatigeris cum ab eo corriperis. Quem em̄ diligit do-

minus, corripit: flagellat autem om̄em filium quem recipit. **E**t in his om̄ibus inter nos & vos chaos magnū firmatum est, vt hi qui volūt hinc transire ad vos, nō possint, necq; inde huc trās meare. Chaos dicitur pactum uel firmatum, siue confusio elementorum. Dicitur enim chaos uorago uel profundum. Sed in hoc loco dicimus quia infernus, ubi diues torquebatur, longe inferius erat, unde paup̄er superioris dicitur: [Eleuans autem oculos suos, uidit Abraam à longe, cum esset in tormentis.] Ante aduentum enim domini animæ sanctorum, quia propter originale peccatum ianuam regni cœlestis ingredi non ualebant, in secretioribus locis absque pœna erant, ad quorum comparationem infernus pœnalisi longe inferius erat, unde Psalmista precatur: Eripiuisti animam meam ab inferno inferiori. Chaos ergo magnum firmatū est, siue terminus intrameabilis districtiōe iusti iudicij dei, ut nec isti ad illos, nec illi ad istos trāsire possint. **Q**uod aut̄ illi q; in pœnalibus locis tenetur, ad sanctos requieē transire uelint, nulli dubium est. Iusti aut̄ in reuile cōstituti, & sp̄iritus mentis compassionem ad illos transire uolunt, tamē quia ab æquitate iusti iudicis discordare non possunt, nequaquam ad eos transire ualēt. **S**ed infelix diues de salute sua desperatus, ad fratrū liberationem, quos in seculo reliquerat, solicitudinē conuertit cum ait: **R**ogo ergo te pater, vt mittas eum in dominum patris mei. Habeo enim quinq; fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in locum hunc tormentorum. [Cui iusto iudicio dei ad cumulum suæ damnationis, non solum cognitio, sed etiam memoria reseruata est; ut non solum pro se, sed etiam pro fra-

tribus torqueret, q̄s similiter perire metuebat. Neq; enim perfecta eset in diuine ultio pauperis, si Lazarū non cognouisset: neq; perfecta poena in tormentis, si fratum, q̄s in seculo reliquerat, nō meminisset. Quo exemplo nos instruimur, quia animæ sanctorum in æterna beatitudine receptæ, pro salute charorum, q̄s inter seculi picula reliquerunt, intercedere creditur.

Eccl. 14

Et quia iuxta scripturę autoritatem, qui sibi nequam est, nulli bonus erit, diuiti pro fratribus rogati respondeat: **Habent Moysen & prophetas, audiane illos.** At ille dolore constrictus: **Non, inquit, pater Abraā, sed si quis ex mortuis ierit ad eos,**

Eccl. 9

p̄cōnitentiam agent. Et quia (ut ait Salomon) nec opus, nec ratio, nec scientia, neq; prudentia est apud inferos, adhuc subditur: **Si Moysen & prophetas non audiūt, neq; si quis ex mortuis resurrecerit, credent.** Quia sentētia luce clarius patet, q̄a qui Moysen & prophetas audire contēpserunt, Christum à mortuis resurgentem credere noluerunt: uel qui precepta ueteris testamenti contemnunt, utique ueritatem noui testamēti, quæ Christi resurrectionē prædicat, minime implere possunt. Sed quia hæc moraliter ad terrendam diuinitum auaritiā, & pauperum inopiam consolādā diximus, hinc breuiter quid allegorice significant, uideamus. Per diuitē em & pauperem duo præcepta populi significatur, Iudeorum scilicet & gentium. Per diuitem Iudeorum populus præfiguratur, qui non solum carnales diuinitias, sed etiam spiritalē per legis nositiam accepit, quibus magis ad nitorem, quā ad utilitatem usus est. Qui purpura induitus est in martyribus, byssō in uirginibus: siue purpura in regia dignitate, byssō in gloria sacerdora-

POST PENTECOSTEN 265

li. Epulabatur quotidie splendide, in patru eloquijs meditando. Per pauperem uero Lazarum getilis populus designatur, qui pauper extitit, qñ à legis notitia & cognitione dei alienus fuit. Iacebat ad ianuam eius, quia intra ianuā scientia legis ingredi non poterat. Hulceribus plenus .i, diuersis pectorum crimini bus foedatus. Cupiens saturari de micis, quæ cadebat de mensa diuitis, & nemo illi dabant: qd ille superbus Iudeorū populus uerba, quæ de legis scientia profluebant, gēribus dare nolebat. Et dum præceptis legis magis ad elationē, quam ad charitatē & utilitatem usus est, quasi ex acceptis dapibus tumuit. Mēsa em scripturam sc̄tām significat, sicut scriptum est: Para sti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Micæ aut, quæ cadebat de mensa diuitis, uerba sunt, quæ de legis scientia (ut diximus) profluebant. Has cupiebat accipere iste pauper, gentilis scilicet populus, de qbus erat illa mulier Chananaea que dñi sibi dicēti, Non est bonū sumere panem filiorū, & mittere canibus, respondit dicens: Vtq dñe. nam Matth. 15 & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dñorum suorum. Sed quem diues contēnit, deus nō despicit. Quādo em̄ excelsus deus humilis factus est homo, non solū ad Iudeorū populum, sed etiā ad gentē um prædicatores suos mittere dignatus ē. Vnde bñ dicitur: [Sed & canes ueniebant & lingebant hulcera eius.] Canes in scripturis uarias habent significations. Aliqñ populum Iudeorū significat, ut in Psalmo legitur: Circundederunt me canes multi. Aliqñ falsos catholicos, sicut per sapientissimū Salomonē dicitur: Sicut canis q̄ reuertitur ad uomitū suum, ita stultus q̄ iterat stulticiā suam. Aliqñ hereticos, sicut

R v

Philip. 3

Isaiæ. 56

Psalm. 67

Matth. 8.

Apostolus ait: Videte canes, uidete malos operarios, uidete concisionem. Aliqñ malos doctores, sicut prophetā dicitur: Speculatorēs eius cæci oēs, nescierunt uniuersi canes muti, nō ualentes latrare, uidentes uana & amantes somnia. & iter: Canes impudicissimi, nescierunt saturitatē. Et Iohānes in Apocal. Foris canes & uenefici, & impudici, & om̄is q̄ amat mendaciū. Sed in hoc loco bonos p̄dicatores significant, de quibus per Psalmistā dicitur: Lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso. Canis eīm uulnus quod ligat, citius ad sanitatē perducit. Quid autē sunt uulnera nisi peccata? Sicut eīm uulnus ab interioribus uisceribus foras in cute erumpit, sic peccata per confessio nem pandenda sunt, ut ad sanitatem animæ quis pervenire possit. Igitur nihil aliud est p̄tōrum cōfessio, nisi quædam uulnerum ruptio. Et nos ergo cōfitemendo peccata nihil aliud agimus, nisi quod pestifer in mente latebat, aperiōmus. Quia ergo sancti p̄dicatorēs gentilē populū ad peccatorū confessionē uocauerunt, quasi spiritales canes uulnera Lazarī lingen do curauerū. Vnde bene idē Lazarus, adjutus interpretatur: quia illi ad salutē eū adiuuerunt, qui peccata sua eū confiteri docuerunt. Et quia gentiles perfidem filij Abraæ effecti sunt, recte subiungitur: [Fa]ctum est autē ut moreretur mendicus & portaretur ab angelis in sinum Abraæ.] Pauper autē in sinum Abraæ portatur, quia perfidem gentilis populus ad societatē patriarcharum colligitur, domino dicēte: Multi uenient ab oriente & occidente, & recumbēt cū Abraam & Isaac & Iacob in regno cœlorū. At uero Iudæorum populus, qui credere noluit, propter perfidiam repellitur. Vnde bene dicitur: [Mortuus

PRE POST PENTE COSTEN. 267

est autē & diues, & sepultus est in inferno.] **R**ecete in capite huius lectionis primum posuit diuitem, deinde pauperem: nunc uero primum pauperem, deinde diuitem, ut ostēderet quia Iudaicus populus, qui fuit in capite superbiendo & se exaltando, factus est in cauda: gentilis se humiliādo, qui erat nouissimus, factus est primus, quia (sicut per sapientissimū Salomonem dicitur) superbū sequitur ignominia, & humilem spiritu gloria. **V**nde & dominus in euāgelio proue,²² ait: **O**mnis qui se exaltat, humiliabitur. **E**t iterū: Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Qui **A**braā à lōge conspicit, quia ei per imitationem (ut dictum est) proximus fieri noluit. Qui plus in lingua se cruciarē phibet, quod uerba legis, quod in ore tenuit, opere imple-re cōtempsit. **R**ecete etiā in lingua magis ardere dicītur, quod Iudei acuerūt linguas suas sicut serpentes, quod contra autorem uitā dixerūt: Crucifige crucifige eū. **N**ō habemus regem nisi **C**æsarēm. Qui ab extremo dīgito Lazarī se refrigerari precatur, quia illi qui in æterno supplicio sunt dñnati, minimis sanctiori operibus, si fieri possit, optarēt esse participes. **Q**uod quod post mortem fieri nō potest, recte diuīti uoce Abrag dicitur: [**M**emento fili quod recepisti bona in uitā tua, & Lazarus similiter mala. **N**unc autem hic consolatur, tu uero cruciaris.] **Q**uincū autē fratres diues se habere testabatur, quia populus Iudaicus quinque libros Moysi accepit. **V**nde recte per **A**braā dicitur: [**H**abent Moyen & prophetas.] **V**el quia eiusdem pars populi, quod adhuc in presenti vita subsistit, in quinque sensibus corporis constat, quos sensus qui ad sp̄italem intellectum flectere nolunt, recte de eorum contumacia subinfertur: [**S**i Moyen & prophetas nō

DOMINICA III.

audiūt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. Ideo em in Christū, qui ex mortuis resurrexit, nō credūt, qd MoySEN & pphētarū dicta spiritualiter nō intelligūt. Vñ saluator ait in euāgelio: Si crederet; Moysū, crederetis forsitan & mihi, De me em ille scripsit.

DOMINICA III.

post Pentecosten. I. Ioh. III.

Nolite mirari, si odit uos mūdus. Et re-

Mundum, dilectores mūdi dicit. Nec mirandum quia qui amāt mundū, fratrem à mundi amore separatum & caelestibus tm desiderijs intentum, amare non possint. Abominatio est enim pēbōri religio, ut scriptura testatur. **Nos scimus quia translatis sumus de morte ad vitā,** qm̄ diligimus frātres. Nemo se de uirtutibus falso extollat, nemo sua uirium paupertatē ultra modum metuat. Apertū dat indicium, [qm̄ diligimus frātres.] quia quicūq; fraterna dilectionē plenus est, ad salutem electorū pertinet, quia portionē habere in terra uiuentū meruit. **Qui non diligit manet in morte.** Mortē dicit animæ. Animæ quæ peccauit, ipsa moriet. Vita quippe carnis, atūma: uita animg, deus est. Mors corporis, amittere animam: mors animæ, amittere deum. Vnde cōstat, quod in anima mortui omnes in hanc lucem nascimur, trahentes ex Adam originale pētm, sed Christi gratia fidelibus regenerando agitur, ut in anima uiuere possint. Verum baptismatis & fidei mysterium illis solū prodest, illos de morte trahit ad uitā, qui syncera mēte diligūt frātres. Atq; ideo notandū, quod nō ait, qui non dili-

POST PENTECOSTEN. 269

git, uetus est in morte, quasi de pena perpetua loqueretur, quæ restat pectoribus in futuro. Sed q̄ non diligit, inquit, manet in morte, de qua etiā in hac uita, si fratres perfecte amaret, exurgere posset. Hinc etem dicit in Apocalypsi: Beatus & sanctus, qui habet spem in resurrectiōe prima, in his scđa mors nō habet p̄tatem. [Omnis qui odit frēm suū, homicida est.] Si contēnebat quisq; odium fraternū, nunquid & homicidiū in corde suo contēpturus est? non moet manus ad occidētū hoīem, & homicida iam tenetur à deo, uinit ille, & iste iā intersector iudicatur. Et scitis q̄ omnis homicida non habet vitā in se manentem. Nam ubi retributionis tēpus aduenerit, cū Cain qui ex maligno erat, dānabitur etiā qui hoc homicidiū genere teneat, ut discordet & dissideat, & pacem cum fratribus non habeat. Notandum enim quod non ait absolute, [homicida non habet uitam in se manentem:] sed omnis, inquit, homicida, scilicet nō solum ille qui ferro, uerum & ille q̄ odio fratrem inseguitur. In hoc cognouimus charitatem dei, qm̄ ille pro nobis animam suā posuit. Qualis perfecta charitas esse debeat in nobis, dominicæ passionis exemplo didicimus. Maiorem nam q̄ hac dilectionem nemo habet, quam ut animā suā quis ponat pro amicis suis. Vnde & Paulus ait. Commēdat aut̄ deus suam charitatem in nobis, qm̄ cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus ē. Hac beatus Petrus habere monebatur, quum dñs dicēt, Petre amas me? pasce oves meas. Johā. xl. respondit se amare statimq; audiuit: Cum aut̄ senue sis, extendes manus tuas, & aliis te cinget, & ducet quod tu nō sis. Hoc aut̄ dixit (ait euāgeliū) signi-

sicans qua morte clarificaturus esset deum. Cum enim amorem cōfidenti suas cōmendaret oues, eum in testimonium perfecti amoris animā pro eisdem oīibus ponere docebat. **¶ nos debemus pro fratribus animas ponere.** Sed dicit aliquis forte, Et quō possum habere istam charitatem? Noli cito desperare de te, forte nata est, sed nondum perfecta est, nutri eam, ne ossocetur. Et unde noui, inquit, natam in me esse charitatem, quam nutram? Audi sequentia: **Qui habuerit substancialiū huius mundi, et videat fratrem suū necessitatē habere, et clauserit uiscera sua ab eo, quō charitas dei manet i eo.** Ecce unde incipit charitas. Si nō dū es idoneus mori p̄ fratre, iā idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Si enim molestiā patienti non compateris, nō utiq̄ pateris, ex quo ambo regenerati estis, charitas manet in te. **Filioli mei, nō diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate.** Opere uidelicet, cum frater aut soror nudi sunt & indigent uictu quotidiano, demus eis quae necessaria sunt corpori. Similiter cū spiritualibus donis eos egere cōspicimus, præstemus eorum necessitati quae possumus. Veritate aut̄, ut eadē eis bñficia simplici int̄ctione largiamur, & non propter laudem humanā, nō propter iactanziam, non ad iniuriam aliorum, qui maioribus prædicti substancialijs nil tale fecerint. Quæcunq; em̄ mens huiusmodi nevis infici, in hac puritas ueritatis habilitate nō ualet, tāe si opera dilectionis proximis impendere uideat. **In hoc cognouimus qm ex ueritate sumus.** I. cum opera pieratis in ueritate facimus, patet quia ex ueritate sumus, quæ deus ē, ut p̄te q̄ eius perfectionem p̄ modulo nostro imitamur.

DOMINICA III. POST

Pentecosten. Lucæ XIV.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis similitudinē hanc: **H**omo quidam fecit cœnam magnā, & uocauit multos. **E**t rel.

Omnipotens deus in exordio mundanæ formæ tions, ad se cognoscendū, seip̄ ppetualiter laudandū, duas rationabiles creaturas, angelicā scilicet & humanā, cōdedit. **S**ed q̄a angelica magna ex parte per superbiā lapsa est, humanæ naturæ stan tinuidit, eamq̄ ad lapsum peccādi traxit, atque paradiſi delicijs priuauit. **V**nū scriptū est: **I**nuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarū. Has delicias prim⁹ hō amisit, qñ in paradiso præcepta uitæ contempserat. **E**xpulsus aut̄ à paradiso, tā longe ab eius delicijs pēcando effectus est, ut uix eas nominatas recordari possit atq̄ spiritales paratus tangere, nisi per similitūdines & parabolās. **Q**uiā hoc inter carnales & spirituales delicias distat, qm̄ carnales deliciæ, cū habētur, in fastidio sunt: cum uero nō habentur, in desiderio. **A**c contra, spiritales deliciæ tūc in fastidio sunt, cum nō habentur: cum uero habentur, eduntur: & quāto magis degustantur, tāto amplius desiderantur. **H**inc & **P**salmista ait: **G**ustare & uidete quoniam suavis est dominus. Primum dixit, gustate: deinde, uidete. **A**cū diceret: **E**ius dulcedinē percipere non potestis, si hāc minime gustastis. **D**e quo & apostolus Petrus dicit: **S**i em̄ gustastis quoniā dulcis est dominus. **Q**uiā ergo ab earum degustatione homo peccando lōge recesserat, pius & misericors deus nolens humanā na-

turā, quæ aliquid fragile ad delinquendū habuerat,
perire perpetuo, iterū pœnitentibus has delicias præ-
parauit, atq; ad earum saporem hominibus denunci-
andum, seruum suum misit. **Nam** (ut supra retulit eu-
angelista) cum diceret dominus pharisæo, à quo fue-
rat inuitatus, **Cum** facis prandium aut cœnam, noli
inuitare eos quite iterum reinuitent, & fiat tibi retri-
butio, sed uoca pauperes ac debiles, & beatus eris, qd
non habent, unde retribuāt tibi, retribuetur enim tibi
in retributione iustorum, quidam de circumstantibus
dixerunt: **Beatus** qui manducabit panē in regno dei.
Et dominus ad illos: [**Homo** quidam facit cœnam
magnam, & uocauit multos.] **Spiritaliter** homo iste
deus est intelligendus, de quo scriptum est: **Homo** ē,
& quis cognoscit eum? **Et** iterum: **Homo** natus est in
ea, & ipse fundauit eā alissimus. **Qui** uere homo ud-
catur ab humanitate, qd benignissimā largitatē quo
tidie generi humano exhibit. **Qui** fecit cœnā magnā,
quia indeficientem satieratē in æterna dulcedine ele-
ctis animabus præparauit. **Vocauit** autem multos,
primum per se met ipsum **Iudaëis** prædicando, postmo
dum per prædicationem apostolorū ex quatuormū-
di partibus populum gentium ad fidem uocando, de
qua uocatione per **Psal mistam** dicitur: **Annūciaui** &
locutus sum, multiplicati sunt super numerum, **Sup**
numerum reprobi multiplicantur, quia extra num-
erum electorum inueniuntur. **Muli** enim uocantur,
sed pauci uenient: quia multi intrant in ecclesiam per
fidem, sed pauci saluantur per operationem. **Et** ne de
ignorantia homines excusationem haberēt, misit ser-
uum suum hora cœnæ dicere in uitatis ut ueniret. **Ser**
uus iste qui ad in uitandos alios mittitur, ordinē præ-

POST PENTECOSTEN 275

dicatoꝝ significat. Qui dum uerbum diuinum intra
 eccl̄iam annūciant, quasi plurimos ad cœnā uocat.
 Non solum eñ diuinæ pietati satis fuit, quod æter-
 naſ delicias nobis p̄parauit, sed etiā seruus missis, eanꝝ
 dulcedinem nobis enunciauit. Ex quibus unus erat
 ille, qui dicebat: Pro Christo legatiōe fungimur, tan-
 quā deo exhortate ḡ nos. Rogamus ergo in Chri-
 sto, recōciliamini deo. Hora cœnæ, finis est seculi, il-
 le scilicet, de quō Paulus ait: Nō sumus in q̄s fines
 seculorꝝ deuenerūt. Et Iohānes: Filioli, nouissima ho-
 ra est. Quāuis eñ apud antiquos cōsuetudo fuerit,
 ut semel in die prāderent, & hoc conuiuū & prandiuū
 & cœna uocaretur, tamen apud usum nostræ locu-
 tionis, post prandium cœna restat, post cœnā autē
 nullum conuiuū remanet. Vnde nō incongrue per
 hanc cœnam dīes iudicij, siue illud æternū cōuiuum
 figuratur, ad quod qui peruenient meruerint, nō esuri-
 ent neq; sitiēt amplius, neq; nocebit eis q̄stus aut sol: *Iaie. 43*
 quia miserator eorū reget eos, & ad fontes aquarꝝ po-
 tabit eos. De qua cœna per Iohannē dicitur: Bcati q;
 ad cœnā nuptiarꝝ agni uocati sunt, in his scđa mors
 non habet potestatē. Cuius cœna participationē se
 nouerat habere, qui dicebat: Dominus pascit me, &
 nihil mihi deerit, in loco pascuę ibi me collocauit. Et
 itē: Satiabor dū manifestabitur gloria tua. Tāto er-
 go ad hanc cœnā festinātius currere debemus, quan-
 to post hanc aliā inuenire nō nouimus, dño monētes
 Currite dū lucē uitę habetis, nē tenetis mortis uos
 cōprehendant. Nā ut fastidiū auferret, subiunxit, dī
 cens: Quia iam parata sunt omnia. Omnia eñ
 parata sunt, quia ille singularis agnus occisus est, in
 cuius præparatione omnia præcesserūt. Siue omnia pa-

rata sunt, quia nullum exemplū uirtutis est, quod ad nostram imitationem in operibus sanctorum nō sit declaratū. Iam eīm innocentia Abel audiūmus, obedientiam Abrāe, constantiam Isaac, toleratiā Iacob, castimoniā Ioseph, mititiā Moysi, misericordiā David, patientiā Job, & finē dñi uidimus. Et cceperunt oēs simul excusare. Offert deus quod roga-
ri debuerat, dare paratus est nō rogatus, de quo uix credi potuit, qd largiri dignaretur, etiā postulatus. Inuestigande enim sunt deliciae dñi, etiam si fuissent absconditae. Nunc autē manifeste parata sunt, & tñ adeas accepī das pigrī & fastidiosi sumus. Quod id-
eo fit, quia plus terrenis desiderijs, q̄ celestibus inhi-
mus. Vñ & subdiī: Primum dicit ei: Villā emi,
& necesse habeo exire & uidere illam: rogo te, habe-
me excusatū.] Quid per villam, nisi terrena designat
substantia? Exiit ergo uidere villā, qui ut terrena ac-
quirat substantiā, in exterioribus rebus semetipsum
implicat. Sunt enim nōnulli, qui diuinitarum tempo-
raliū cupiditate capti, ut ditiones & potentiores alijs
appareāt, diuersis artibus & ingenij, terrenis nego-
cij inserviunt. Dumq̄ aeternam uitam aut uix au-
tarde ad memoriam reducunt, et si non uerbis, tamē
operibus ad conuiuiū dei uenire negligūt: quia sicut
ait Apostolus, Nemo militans deo, implicat se nego-
cij secularibus. Et sicut dominus dicit in euangelio,
difficile qui pecunias habent, intrabūt in regnū cæ-
lorū. Igitur qui toto desiderio peragendis superfluis
curis & mundanis intēdit, magis seculum imitari ui-
detur quam deū, sicut Iacobus apostolus ait: Qui uo-
luerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constitui-
tur. Et iterū: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in ten-

2.Tim.2

1.Tim.6

tationē & in laqueum diaboli, & desideria multa &
inutilia. Et alter dixit: Iuga bouū emi quinq̄,
et eo probare illa. rogo te, habe me excusatū.
Quid in quinq̄ iugis bouū, nisi quinq̄ sensus corporis
intelliguntur, uisus uidelicet, auditus, gustus, odora-
tus & tactus? Qui bñ iuga uocātur, q̄ in utroq̄ sexu
geminātur. Quos sensus ideo accipimus, ut inter bo-
num & malum discernere ualeamus. Sunt etenim nō
nulli, qui sensus corporis, quos acceperunt ad usum
naturæ, in usum cōuertūt culpæ: & oculos quidē ad
concupiscentiam, & aures aperiunt ad audiendā li-
benter detractionē, linguā ad maledictionē, manus
ad proximi læsionē, nares ad illicitū odorē. Dumq̄
semetipſos obliuiscētes, aliena opera ad derogandū
curiosus inquirūt, scilicet, nō ut corrigant aut emen-
dant, sed ut dijudicent & contemnant, ad conuiuiū
dei non ueniant. Vnde bene de quinq̄ iugis bouū
dicit, [eo probare illa.] Solet enim probatio aliquā
ad curiositatem pertinere. Qui enim de alterius oce-
lo festucam eis cere nititur, ut sanctior & iustior ui-
deatur cæteris, in suo trabem nō uidens, quasi ad p-
banda iuga bouū egrediens, ad conuiuium dominū
non uenit. Graue nanḡ curiositatis est uitiū, qui dū
aliens actiones dijudicat, semetipſum obliuiscit.
Tales significauit Dina Iacob filia, quæ cum egressa
eret ut uideret mulieres regiōis illius, uidelicet Sichē
mis, ad quā ingressa fuerat cū patre & fratribus, tur-
piter à Sichem Emor filio cōstuprata, patre interue-
niēte & fratribus pugnātibus liberata, ad paternam
domum reuersa est. Quādo enim mens infirmantiū
actiones curiose perscrutatur, quasi Dina filia Iacob
mulieres regionis uidere desiderās, à paterna domo

egreditur, id est, à semetipsa recedit: sicq; uiolata vir-
ginitate ad domū paternā reuertitur, quia soler con-
tingere ut in iisdē uitijis deterius labatur, in quibus
acrius alios iudicabat, quā decebat. Et sicut Diana fi-
lia Iacob, nisi patre interueniēt & satribus pugnati-
bus liberari non poterat: ita quoq; actio curiositatis
cripi non poterit, nisi domino miserante & sanctoru-
mō orationibus interuenientibus. Qui ergo adhuc in
estate puellarī, i. nouellus in conuersatione fuerit, in
paterna domo maneat. i. in secreto sui pectoris se an-
te se ponat, & iuxta euangelij praeceptum intrēt in cu-
biculum, & clauso ostio oret patrem suum. Illi autē
adaliorum actiones corrigendas foras procedere de-
bent, quos & morū grauitas, & aetatis maturitas, &
diurna sanctitas, atq; temperata discretio idoneos
reddit. Notandum quod & is qui propter uillam, & is
qui propter quinq; iuga boui uenire excusat, in excu-
satione sua eadē uerba proferunt, cū dicunt: [Rogo
te, habe me excusatum.] Cum em dicit, [Rogo te.]
humilitas sonat in uoce: cum autē subiungit, [habe
me excusatū,] superbia ostendit in actione. Sunt em
nonnulli infirmæ mentis hoīes, qui sua iugū Chri-
stī suscipere n̄tūnt, & tñ in iniuritatibus suis iacere
nō formidant. Tales (ut Psalmista ait) illic trepidau-
runt timore, ubi non est timor. Quibus cū à doctori-
bus prædicatur, ut prauitates suas deserāt, & secula-
ria desideria abnegent, r̄ndere solent: Rogo te, ora
pro me, hoc tñ agere nō possum. Cum ergo dicit,
Rogo te, ora pro me: & cū dicit, Hoc agere nō pos-
sum, quid aliud est, nisi quia humilitas sonat in uoce
& superbia in actione? Tales significauit Petrus ad
huc in infirmitate positus, qñ uiso miraculo p̄fscit;

dixit: Exi à me, quia hō peccator sum dñe. Sed qui se
peccatorē cōsiderat, deū à corde suo nullo modo re-
pellat, sed quo magis se īpium intelligit, eo magis
misericordiā dei imploret. Et alius dixit: Uxorē
duri, & ideo nō possum venire. Quid per uxorē,
nisi uoluptas carnis designat? Nec mir. Solet em̄ per
licitā rem, res illicita figurari. Coniugiu nanc̄ est res
licita, quia à deo cōcessum est, sicut scriptū est: Erunt
duo in carne uua. Et Apostolus: Quos deus cōiūxit,
hō non separer. Sed dum pleriq̄ non pro desiderio fi-
liorum, sed p̄ sola carnis delectatiōe explenda illud
suscipiunt, ad conuiuiū dei uenire recusant, cōparati
iūmētis insipītibus, & similes facti sunt illis, in quo-
rum uituperationē per prophetā dicitur: Equi ama-
tores & emissarij, unusquisq; ad uxorem proximi sui
hinniebat. Et iter: Quorū carnes sicut carnes asinorū,
& sicut fluxus equorū fluxus eorū quibus per Prophē-
tam dñ: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nō
est intellectus. Tres ergo ordines dñs excusationum
cōmemorauit, q̄a tria sunt spiritualiter uitia, in q̄bus
genus humanum maxime implicatum, ad conuiuiū
dei uenire contēnit, per quæ & diabolus Iesum Chri-
stum tēravit, id est, per auaritiam, per curiositatēm,
qua pertinet ad uanam gloriam, & per cōcupiscentiā
carnis. i. per gulam: quæ solicite nos cauere Io-
hannes apostolus admonet, cum dicit: Charissimi, no-
lite diligere mūdum, neq; ea quæ in mundo sunt: q̄a
omne quod in mundo est, cōcupiscentia carnis est, &
concupiscentia oculorū, & ambitio seculi. Emptio ex-
go uillæ, ad ambitionē seculi pertinet, id est, ad au-
aritiam. probatio quinq; iugorū boum, ad cōcupiscentiā
oculorū, id est, ad curiositatēm, cōiūctio uxoris,

Jeremi. 52

ad concupiscentiam carnis, id est, ad luxuriam. Alios
em̄ superbia inflat, alios luxuria maculat, alios cupi-
ditas uel curiositas deuastat. Ex earū em̄ radicibus
multi uitior̄ rami pullulāt, q̄ multos à cōuiuio dei
reuocant. Fugientes ergo superiora uitia, non alior̄
nequitias pscrutemur, sed ad nos reuersi, cogitemus
tales nos fuisse, aut tales nos esse posse. Cupiditatem &
auaritiam fugiamus, & pauperes esse propter Christum
desideremus, ut ait Apostolus: **Habentes uictus**
& uestimentū, his contenti simus. Perulantiā non so-
lum fugiamus, sed etiā à līcito usu coniugij abstine-
mus: & (scdm Apostolum) habentes uxores, simus
tanquā non habētes. **E**t **r**eversus seruus nūcia
uit h̄c dñō suo. Seruus iste (ut supra dictum est)
speciem tener doctorum. Nunciat ergo seruus dñō
fuo uerba excusantium, cum doctores pro illorū er-
roribus dolent, atq̄ simpliciter dñm deprecantur, q̄s
uerbum dei despicerē cognoscunt & ad coenam ueni-
re. Sed nūquid quia auari, quia curiosi, quia luxuri-
si uenire contemnunt, locus conuiuij dñi uacuus re-
manebit? Non. Audi sequentia: **Z**unciratus pa-
ter familias. Quāritur quō iste pater familias ira-
sei dicitur, quē figurā dei diximus tenere, cum in deo
nulla ira cadat, nulla mutabilitas sit. Ad qd dicendū,
quia more nostro scriptura loquitur, ut p̄ uisibilia in
uisibilia intelligamus. Neq̄ em̄ aliter intelligere po-
teramus. Sicut em̄ rex iūc iratus diciet, qñ in p̄stōres
uindictā exerceat, ita deus oī potēs illis iratus appare-
bit, q̄s pro peccatis puniet. Cæterū uere in sua natu-
ra immutabilis est, & irasci nunq̄ potest, sicut de eo
quidam sapiens testatur: **T**u autē dñe sabaoth cū tran-
quillitate iudicas. Et apostolus: **A**pu dquem non est

POST PENTECOSTEN

279

transmutatio. De quo etiam Psalmista ait: Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascitur de die in diem? **Dicit seruo suo: Eri cito in plateas & vicos ciuitatis, et pauperes ac debiles, cæcos & claudos cōpelle intrare.** Plateas à latitudine dicunt, uicus aut à cōuiuantibus nomine accepit. Superbis ergo uenire cōtēnentibus, humiles pauperes colliguntur: quia dignū est, ut q̄s mundus despiciat, deus eligat. Quia (sicut ait Ap̄lus) infirma mundi elegit deus, ut cōfundat fortia: & ignobilia mūdi & contēptibilia elegit, & ea quæ nō sunt, ut ea quæ sunt destrueret. **Vbi colligere possumus, quia p̄ infirmitates membrorū, infirmitates mentī expressae sunt.** Pauperes em & debiles sunt, qui se apud semetiplos despiciunt. **Cæci, q̄s intellectus scripturarū nullo ingenio illuminat.** Claudi, q per intellectum uiam dei uident, & tñ p̄ infirmitate mentis per eā currere formidant. **Ethi ergo qui colliguntur, peccati uinculo tentur, sicut & illi qui uenire cōtempserāt.** Sed pauperes humiles colliguntur, superbi uero p̄stōres despiciuntur. Frequenter enim illi facilius ad deum conuertuntur, q̄s mundi prosperitas diuersis occupationibus non ligat. **Et ait seruus: Dñe factū est ut imperasti, & adhuc locus est.** Aci diceret: lam pars quedam ex Iudæis credidit, sed adhuc locus restat, ubi multitudo gētiū subintroeat. De q̄bus ad huc subdit: **Et ait dominus seruo: Eri in vias & sepe, & compelle intrare, ut impleatur dominus meus.** Cum superiorius dominus de plateis & uicis aliquos colligere præcepit, populū Iudæorū significare uoluit, q̄ suburbanā habitationem accepit: q̄a in urbibus quasi in uicis degebat, & in legalibus insti

tutis quodammodo excutus fuit. Nunc autem cum
de uīs & sepibus alios intrare compellit, genilē po-
pulum intelligi uult agrestem & quodāmodo à cul-
tura dei alienum. Primū ergo in plateas & uicos mi-
lit, quia prius ad gētem Iudeorum prædicatores su-
os destinauit, dicens: In uiam gētium ne abieritis, &
in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis, sed ite po-
tius ad oues quæ perierunt domus Israel. Illis autē
maxima ex parte nō credentibus, gentiles uocant,
cum dicitur: [Exi in uias & sepes, & compelle intra-
re, ut impleat domus mea.] In uia quippe lata & spa-
tiosa, quæ ducit ad mortem, gentilis populus erat, &
tortuosis flexibus more sepium, uarijs criminibus &
peccatis alligatus. Siue certe (ut quidā uolunt) cū su-
perius diuites aliquos colligere præcepit, populum
Iudeorum significat, ut dictum est. Per illos autem,
qui de plateis uocantur, gentium populus designat,
qui ex altitudine uel longitudine uitiorum, per præ-
dicationem apostolorum, ab idolorum culturis ad
uerū deum conuersi sunt. De quibus dicitur: [Paupe-
res ac debiles &c.] Pauper em̄, debilis, cæcus & clau-
dus, gētilis populus erat. Pauper erat, qā delicias pa-
radisi perdiderat: debilis, qā à bono opere torpebat
cæcus, qā in tenebris & umbra mortis sedebat: clau-
dus, quia in utroq pede claudicās, à recto itinere ces-
sabat. Qui ergo lucē ueritatis ignorabat, uiā manda-
torum dei currere nesciebat, delicias spiritales amise-
rat, nec bonū operari nouerat. Nō igitur soli illi cur-
rūt ad conuiuiū, qui debiles sunt corpore, sed & mē-
te. Pauper em̄ est, qui quāuis diues sit, tñ egens uirtu-
tibus diuitias distribuit ut dñs, non aut̄ eas cōcupiscit
ut seruus. De quibus dñs ait: Beati pauperes spiritu,

Cæcus est, qui illud lumen aspicere non potest, q̄ dixi; Ego sum lux mundi. Debilis, qui fidem perfectam non habet, quam dñs commendans discipulis, ait: Si habueritis fidē & rel. Claudus est, qui habet fidem sine operibus, aut opera sine fide. Quia sicut fides sine operibus mortua est, ita & opera sine fide nihil sunt. Ergo tales ad conuiuiū dei uocātur, q̄a non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Cum autem ait, Exi in vias & sepes,] per illos qui de uīs uocātur, populum ludorum intelligi uoluit, qui quasi ex uīs uocatus est, quia legem habebat, p̄ quam incedere debebat. Per sepes uero, gentilis populus intelligitur. Se-
pes uero, ex sylva sunt. Solet autem natio gentium p̄ ligna syluarum designari, sicut scriptum est: Tunc ex ultabunt omnia ligna syluarum. Tuac aut̄ ipsi uocati sunt, qn̄ latam & spatio sam uiam atq̄ tortuosam, quæ ducit ad mortem, reliquerunt, & iter rectū incedere cœperunt. Vnde Iohannes in Apocalypsi, post quā dixisset se ex duodecim tribubus duodecim milia signatos uidisse, adiunxit, dicens: Post hæc uidi turbam magnam, quam dinumerare non poteram. Nostandum autem, quia in hac tertia invitatione non dicitur, [uoca,] sed [compelle intrare.] Sunt enim ple-
ris qui non facile ad deū cōuertuntur, nisi prius aut infirmitate aut pauperate aut aliqua necessitate constricti fuerint: quod illa parabola euāgeliij de prodi-
go filio ostendit, qui cum egere cœpister, ad se reuer-
sus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei ab-
undant panibus, ego aut̄ hic fame pereo: surgam, &
ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccauī in ce-
lū & corā te, iam nō sum dignus uocari filius tuus. fac
me sicut unum de mercenarijs tuis, Et de talibus Psal-

Psalm. 77
 Reg. 30
 Osee. 2
 misita ait: **Cum occideret eos, tunc inquirebat eum;**
Et sicut per prophetam dicit, Tantummodo sola ue-
xatio intellectum dabit auditui. Nonnulli enim ele-
cti post carnis desideria currere desiderant, cum ama-
toribus mundi communem uitam ducere, sed oculus
diuinæ misericordiæ eorum impias actiones præve-
niens, alios infirmitate affligit, alios paupertate atte-
nuat, alios necessitatibus uarijs coangustat. Cūq; post
flagella ad deum conuertuntur, quasi ad conuiuum
eius intrare compelluntur. Talibus per prophetam
dicitur, Virga & flagello castigaberis filia Sion, ut nō
discedat zelus meus à te. Tales significauit puer ille
Amalechites, de quo in Regnorum libris legitur, qui
socijs fugientibus infirmus in uia remansit, quem Da-
uid psequens Amalechites repperit, eumq; cibo & po-
tu refocillavit, atq; ducē sui itineris fecit, & ipse poste-
a cū David Amalechites percussit, à quorū cōsortio
infirmus in uia remansit. Amalechites enim, qui lam-
bens populus interpretat, mundi amatores significal,
qui de aliortū facultatibus ditari desiderant. Sunt enī
nonnulli electi qui cū talibus cōmunem uitam duce-
re optant, sed cū misericordia dei præueniente, aut in
firmitate, aut aliqua necessitate præpediuntur, quasi
infirmi in uia remanent, quos David. i. manu fortis
dñs scilicet Iesus Ch̄rus reperiens, spiritali cibo & po-
tu refocillat, atq; eorū mentes ad cælestia sitienda ac-
cēdit. Et solet contingere, ut ipsi postea ad deū cōuer-
si, amatores mundi spiritali gladio increpandos feri-
ant, cū quibus prius cōmunem uitā in seculo ducere
desiderabāt, qualibus per Osee prophetam pie cōmi-
natur, dicens: Ecce ego sepia uiam tuā spinis, & sepiam
cā maceria, & sequeris amatores tuos, & non appre-

PRE POST PENTECOSTEN. 283

hendes eos, quares, & non inuenies eos. & dices, Re-
uertar ad uirum meū priorē, quia bene mihi erat tūc
magis quod nunc. Valde autē terrible est, quod in cōclusio-
ne huius parabolę dicit: **Dicito aute vobis pronost nemo
viroz illoz, qui vocatis sunt, gustabis cœnam
meam.** Quod om̄es em̄ uocati sumus, scimus. utrum
aut ad æternam beatitudinem degustandā peruentu-
ri, adhuc ignoramus. Multis em̄ modis uocat nos de-
us, per fidem, per baptisma, per exempla patrum, pro
prospera & aduersa, per somnia & reuelatioēs. Quia
ergo inexcusabiles sumus de uocatione, solliciti debe-
mus esse, necesse est, in bona operatione, ne tēpore iu-
diciū conuiuio dei exclusi, cum fatus uirginibus fa-
me pereentes & clamātes, Domine dñe, aperi nobis,
audiamus: Amē dico uobis, nescio uos, sed potius cū
prudentibus uirginibus in æterna satietate de uisitōe
conditoris iugiter epulemur. •

DOMINICA IIII.
post Pentecosten I. Petri V.

**Charissimi, Humiliamini sub potentia
manu dei, ut uos exalteat in tempore uisita-
tionis. Et reliqua.**

Modo fratres charissimi audiuiimus beatū Pe-
trum apostolum ad humilitatē nos cohor-
cantem arque dicentem: **Humiliamini sub
potentiā manu dei.** Manus dei, potestas eius datur
intelligi, quia in deo cōpaginatio membrorū non in-
uenitur, qui ubique & in omnibus totus est plenus, arque
perfectus. Sub more hominum de deo loquitur scri-

ptura, ut apertius maiestatem atq; potētiā sui crea-
toris homines intelligent, & intelligentes quæ sit uo-
luntas dei, opere complere contendant, unde gaudia
sibi sempiterna conquirant. Sequitur: **vt vos exal-**
tet in tempore visitationis. Quia quisquis hic in
præsentī seculo eius se subdiderit uoluntati, & in præ-
ceptis eius assensum commodauerit, & ea, quantum
diuina gratia posse dederit, operibus adimplere sat-
egerit, carnis superbiam cōterendo, in die ultimæ re-
tributionis exaltabitur à domino, atq; ad æternæ be-
atitudinis premia perducetur. **Omnenm solicitude**
nem vestram prouidentes in eum, quoniā pli-
cura est de vobis. ut Psalmista nos admonet, di-
cens: lacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enu-
triet. Et alibi: Inquirentes autem dominum, non defi-
cient omnib; bono. Et ipse dominus in euāgeliō: Noli
te solliciti esse dicentes, qd manducabimus, aut quid
bibemus: scit enim pater uester quia his omnibus in-
digetis. Quarite ergo primum regnum dei & iusti-
am eius, & hac omnia adiicienūt uobis. **Sobrii esto**
te, & vigilate. Semper in sobrietate & modestia uitâ
uestram habet ore, cauentes semper astutias diaboli,
& uigilate iugiter in custodia mandatorū dei, & in cu-
stodia animarū uestrarum. Sequitur: **Quia aduer-**
sarius uester diabolus tanquam leo rugi-
ens circuit, querens quem deuoret. Diabo-
lus enim nunquam dormiens, nūquam ab infidijs ho-
minum requiescens, sed semper die & nocte circuit
tentando & infidias ponendo hominibus, qualiter
quenquam illorum, qui dei uoluntati subiecti sunt,
sua ualeat suggestione decipere. [querens quem de-

PROPOST PENTECOSTEN 285

uoret] non corpore, sed anima, quemcūq; ad nocuā
& inutilia ualeat per trahere carnalia desideria. **L**ui
resistere fortis in fide. Exemplo Christi & sancto-
rum eius contemnentes dulcedinem carnalis con-
cupiscentiā, recordantes iugiter quid sit illis amaritū
dinis præparatum, qui desiderijs terrenis inseruiunt,
nec cōuerti à malitia sua per p̄nitentiā uolunt. **N**os
ergo fideliter domino adhærere satagamus, eiusq; p-
cepta iugiter meditemur, carnis nostræ desideria con-
geramus, & resistamus fortiter diabolo hosti ne quis-
simus, in fidē recta, in spe firma ad dei omnipotētis mi-
sericordiam, in charitate perfecta ad seruitum eius,
in operibus misericordiæ & pietatis, ut eius largien-
te gratiā, mereamur & de hoste triumphum, & æter-
na beatitudinis præmium. **D**eus autem omnia
gratiæ, qui vocauit nos in æternā suam glo-
riam in Christo per incarnationem unigeniti filii
sui, quem pro mundi misit mori salute. **M**odicum
passus, qui in hoc mundo, quamvis modici tempo-
ris, multas sustinuit pro nobis iniurias, ad ultimum
etiam crucifixus & occisus est pro redēptione no-
stra, & mori dignatus est pro nobis. **M**odicumq; tē-
poris reteſus à morte, statim surrexit tertia die. ipse
perficiet in nobis bonū quod cœperat, nosq; in sua
semper uoluntate, & in diuina religione confirmet
& corroboret in perseverantia bonorum operum;

SANCTA DOMINICA IIII
post Pentecosten **Lucæ XV.**

Tha illo tempore Erant appropinquati

DOMINICA IIII.
res ad Iesum publicani & peccatores, ut au-
dirent illum. Et reliqua.



Sicut unius peccatoris casus multos ad desperationē traheresolet, qui eius malum exemplum imitantur, sic unius recuperatio multis pdest ad salutem. Quod in exordio huius lectiōis facile cōprobamus, si superiora huius euangelij solicite consideremus. **V**t enim euangelicus sermo supra retulit, **T**ransiēs Iesus, uidit hominem sedentē ad telonium, nomine Leui, qui & iose princeps erat publicanus, & vocauit eum. At illi relictis omnibus surgens, secutus est illum. Et fecit ei cōuiuum magnum in domo sua, & erat turba multa publicanorum discubentium cū eo. Ergo publicani & peccatores uidētes principem suum tam benigne à deo nō solum receptum, sed etiam in ordinem apostolatus uocatum, tandem resumpta fidutia, quasi ægroti ad medicū accederūt, ut audirent illum. Et nō solum ad colloquēdum, sed etiam ad conuēscendum recepti sunt. Quod uidētes scribæ & pharisiæ, qui de falsa iustitia sibi applaudebant, non solum ægrotos ad medicum accedētes, sed etiam ipsum medicū ore contumaci reprehendebāt, dicentes: **Q**uia hic peccatores recipit, & māducat cum illis. **V**nde cognoscimus, qā si cū uera iustitia compassionem haberet, sic falsa designationem.

T POST PENTECOSTEN 287

Dominus autem Iesus Christus ueram iustitiam habet, compassionē & misericordia publicanos & peccatores suscipere non est dēsignatus. Pharisaei quidē qui falso se iustos arbitrabātur, nō solum peccatores despiciebāt, sed etiā ipsum medicū peccatores uocantem reprehendebāt. De quorū numero erat ille unus phariseus, nomine Simon, qui cum inuitasset dñm ad domum suam, & uidisset mulierē peccatricem lachrymis pedes eius rigantē, & capillis suis tergentem, dicebat in corde suo: **Hic si esset propheta, sciret utiq̄ quæ & qualis est hæc mulier, quæ tāgit eū, quia peccatrix est.** Quē præueniens dñs, ait illi: **Simon, habeo tibi aliqd dicere.** At ille dixit: **Magister, dic.** Ait illi: **Duo debitorū erāt: cui dñs, unus debebat denarios quāgentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderēt, donauit utrisq̄.** Quis ergo eū plus diligere habuit? At ille hoc, qđ negare nō potuit, respōdit, dicens: **Aestimo quia is cui plus donauit.** Et conuersus ad mulierē, dixit Simoni: **Vides hāc mulierē? Intraui in domū tuā, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autē lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terst.** Oculū mihi non dedisti, hæc autē ex quo intravi, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū nō unxisti, hæc autē unguēto unxit pedes meos. Propter qđ dico tibi, remittunt ei peccata multa. Sed illis murmurābāt, dñs talē similitudinē adhibuit, ut & eos murmurationē ex ratione cōpesceret, & ipsa similitudo ad ipsum autorē oīm specialiter p̄tineret. Ait em̄ ad illos parabolā istam, dices: **Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, et si perdidit ynam ex illis, nonne dimittit novagintanouem in deserto, et vadit ad illam,**

quaꝝ perierat, donec inueniat illam?] Ac si diceret: Si uos ouem perditam studio rato & labore inquiritis, non oui, sed uestrae auaritiae consuientes, quia o magis ego hominem debeo ad imaginem dei factum quaꝝ rere, & de perditione liberare? Quia non ueni quenqꝫ perdere, sed omnes salvare. Spiritaliter homo iste ille est, de quo pphera ait: Ecce ueniet deus & homo de domo Dauid, scilicet dominus Iesus Christus, qui habuit centum oves, quando angelicam & humanam naturam perfectam creauit. Centenarius enim numerus perfectus est. & ipse centum oves habuit, quādo ad obtinendam æternām perfectionem angelorum & hominum naturam condidit. Vna enim ouis tunc perijt, quando primus homo peccauit. Sed ille, cuius misericordia est ab æterno, & usqꝫ in æternū super timentes eum, nolens humanam naturam perpetuo perire, relictis non q̄inta nouem ouibus in deserto, abiit illam querere quaꝝ perierat. Desertum hic cælū intelligitur. Quia enim desertum dicitur derelictum recte in hoc loco cælum desertum uocatur, quia primus homo peccando illud deseruit. Quod manifestius significare uolens alias euangelista, pro deserto, in montibus posuit, ut intelligas, in excelsis. Reliquiter ergo non agintra nouem in deserto, quando illos angelicos spiritus in cælo relinquens, propter nos & propter nostram salutem humanam naturā suscepturus, intravit terram. Notandum tamen q̄a non sicut eos deseruit, ut semper per diuinitatis potentiam cum illis non esset, per quam ubiqꝫ est præsens, ubiqꝫ est totus, sicut nec nos deseruit, quādo ad illos rediit. Quæsiuit enim ouem se non querentem, quia natura humana cum non posset accedere ad eius diuinitatem, factus

POST PENTECOSTEN 289

est nobis uicinus p humanitatem, teste **Apostolo**, q
ait: **S**emel ipsum exinanuit, formam serui accipiens,
in similitudinem hominum factus. **E**t item: At ubi
uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum
factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub le
ge erant redimeret, ut adoptionem filiorum recipere
mus. **E**t cum inuenierit eam, imponet in hume
ro suo gaudens. Per humeros dei, labor passionis
eius exprimitur. Quoniam ergo habet homo ma
iorem fortitudinem in humeris ad onera portanda,
quam in ceteris membris: merito per humeros uir
tus passionis designatur, sicut Isaia ait: **E**t factus est **Isaie. 9**
principatus eius super humerum eius. **Q**uia enim in
umeris onera portare solemus, inuentam ouem in
umeris posuit, quando nos per laborem suæ passio
nis ad cælestem gloriam reuocauit. **D**e quo per bea
tum Petrum dicitur: Peccata nostra ipse pertulit in
corpo suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiae
iuiam⁹, cui⁹ liuore sanati sumus. Eratis em̄ sicut oues
errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & epi
scopum animarū uestrarum. Siue impositam in hu
meris ad gregē reportauit, quando nos ad suam simi
litudinem reformauit. **H**oc est ergo ouem inuentam
in humeris imponere, quod (iuxta aliam parabolā)
hominem à latronibus uulneratum, imponere in iu
mentum & ducere in stabulū. **E**t veniens domū.
Domus, ad quam inuenta ouis reportatur, cælestis ē
patria, ad quam illa spiritalis ouis pī pastoris hume
ris se reportari oportebat, cū dicebat: **V**nam petij a do
mino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domi
ni omnibus diebus uitę meę. **V**t uideam uoluntatem
dñi, & uisitem templum eius. **E**t iterum: Errauisicut

T

DOMINICA IIII.

quis quæ perire, require seruum tuum domine. Inuenia ergo oue, ad domum revertitur, quia post liberata humanam naturam, post triumphum suæ passionis, ad cælum rediit per gloriam ascensionis. Quanta autem gloria de hominis liberatione angelis in cælis ora sit, manifestatur cum subdit. **V**ocat amicos et vicinos, dicens illis: **L**ongratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Amici & vicini angelorum spiritus sunt. Qui amici recte uocantur, quia ab eius ueritate nunquam discordant. Vicini, quia uisione claritatis illius est proximo contemplatur. Norandum aut quod non ait, congratulamini inuenientem ouem, sed mihi, ostendens quia nostra salus illius est gaudiū. Pijissimus enim deus, cū sit immutabilis, sicut humano more contristari pro hominum perditione dicitur, sic de eius salute gaudere. Quod autem de hominum perditione doleat, ipse per Prophetam declarat, cum enumeratis Ierusalem peccatis, adiungit, dicens: **I**n omnibus istis contristabas me. Quantum autem de eius salute gaudeat, euangelista declarat, dicens: **I**n illa hora exultauit Iesus spiritu, & dixit: Confiteor tibi dñe, pater cæli & terra, qui abscondisti hęc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Cuius gaudij perfectionem dñs declarat, cum expōnens similitudinem subiungit, dicens: **D**ico vobis quod ita gaudium est in cælo super uno peccatore & penitentiā agente, quam supra nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitentia.] **M**aior ergo gaudiū est in cælo de cōuersis peccatoribus, quam de stantibus iustis: qā & nos terrenā substantiam perditā cū maiori gaudio recuperamus, quā ante perditionē posideremus. Qd manifeste illa parabolæ

POST PENTECOSTEN 289

Paueagelij indicat, ubi prodigū filiū reuertentē pateat
cū magno gaudio suscepit, dicens: Proferte cito stolā
primā, & date anulum in manu eius, & calceamenta
in pedes, & occidite uitulū saginatum, & epulemur
& iucundemur: quia hic filius meus mortuus fuerat,
& reuixit: pierat, & inuētus est. Sed forte mouet ali-
quē, quōd angeli dei, in quibus summa pfectio est, ma-
gis de conuersione peccatorum, quam de statu iu-
storum gaudere possint? Ad quod dicēdum, q̄a sunt
nonnulli electi, qui deo se protegente nulla capitalia
crimina cōmiserunt, & tamen nullis uirtutibus prin-
cipalib⁹ se exercent. Et quia suo iudicio sibi iusti esse
evidentur, tanto securius uiuunt, quanto se minus pec-
catores cognoscunt. Qui uero post publica flagitia &
sclera ad pœnitentiam conuersi, tanto se acrius affli-
gūt, quāto grauius se peccasse meminerūt: & si bimer-
trati, carnem suam per abstinentiam & uigilias ma-
cerāt: uoluntates proprias abnegant, ieunijs & ele-
mosynis inseruunt, in orationibus & lachrymis com-
pungunt, & mortificatē semetiplos, crucifigūt mentem
bra sua cum uitijs & concupiscentijs. De talium ergo
peccatorum cōuersione maius gaudium est in cælo,
quam de illorū iustorum statu, qui (ut diximus) tau-
to minus se in bonis exercent operibus, quāto minus
se obligatos sentiunt in malis grauioribus: q̄a & rex
eum militē in prælio plus diligit, qui post fugā reuer-
sus aduersarios uiriliter premit, quā illū, qui nunquam
in iū fugam, nec tamen aliquando aliqd fortiter ges-
sit. Similiter & agricola eam terram plus diligit, quē
post exceptionem ueprum & spinarum huberiores
fructus reddit, quam illam quā nunquam spinas pa-
tulit, nec tamen huberes fructus fecit. Sunt etiam alij

DOMINICA IIII.

iusti, qui cum iustitiae opera habeant, se ramen minime ipsi iustos arbitrantur, & quasi cōscij sibi sint māgnorum peccatorum, ita se metiplos accusant, affligētes se iejunijs, uigilijs, orationibus: & sicut alij culpas operis, ita illi plerūq; deplorant culpas cogitatiōis. Considerandum ergo est, quia si de conuersis peccatoribus gaudium sit in calo, multo magis maximū gaudium est de talium iustorum operatiōe. Neque angeli in quibus perfecta est charitas, sine gaudio salutem hoīm uidere possunt, de quorum interitu dolere dicuntur. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdidet drachmam vñā, nonne accendit lucernam, & euertit domum & quærit diligenter donec inueniat? Qui supérius per pāstorem, ipse nunc signatur per mulierem, dñs scilicet Iesus Ch̄r̄us, dei uirius & dei sapientia. Quæ mulier habens drachmas decem, quia angelorum & hominum rationalem creaturam creauit. Nouem enim sunt ordines angelorum, id est, Angeli, Archangeli, Throni & Dominationes, Virtutes, Principatus & Potestates, Cherubim & Seraphim. Decimus em̄ per superbiam eccl̄idit. Sed ut electorum numerus completeretur, ad illius restauratiōē homo decimus creatus ē. Quia tantam multitudinem ex animabus fidelium cœlum credimus ascensuram, quantos illic cōtigit angelos remansisse, iuxta illud quod scriptum est: Scatuit terminos hoīm iuxta numerum filiorū Israel. Et sicut dominus ait in euangelio, In resurrectione neq; nubent, neq; nubentur, sed erunt æquales angelis dei in cœlo. In drachma enim imago regis exprimit: & qā angelorum & hominum spiritus ad imaginē dei creati sunt, recte in drachmarum nomine exprimuntur;

T POST PENTECOSTEN 293

Vnam drachmam mulier perdidit, qñ primus homo peccauit. Sed dei sapientia, nolens hominē perire per petualiter, accendit lucernam. **L**ucernam quippe accendit, quando humanam naturam, quam ex nobis assumpsit, uirtute miraculorum per suam diuinitatē clarificauit. **L**ucerna enim lumen est in testa: lumē in testa, diuinitas in humanitate. Sicut enim lumē in testa conualescit, ita dei caro per ignem passionis ad immortalitatē trāsfiguit, sicut ipse per prophetam ait: **E**x aruit uelut testa uirtus mea. Sed postquam mulier accedit lucernam, domum euertit, quia cum dñs in humanitate apparuit, statim cor humanum ad poenitentiam agendum conuertit, ipso dicente: **P**oenitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. **E**ueritur quippe domus, quādo homo illud quod nequiter gessit, grauiter in se ipso pupiēs destruit. **E**t cū inuenierit, conuocat amicas & vicinas, dicens: **C**ongratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. **A**micæ & vicinæ, supernæ civitatis uirtutes sunt, & angelorum scilicet spiritus, qui ab eius uoluntate nunquam discordat, nec ab illius uisione aliquo interuallo temporis separantur. **C**ongratulabuntur namq; angeli in inuentione ouis & drachmæ, quando numerum suum, quem per apostamat angelum imminutum uiderunt, per recuperationem hominis compleri cernen. **N**otandum autem, quia nō ait, congratulamini inuenta drachmæ, sed mihi ostendens quia nostra liberatio, liberatoris est exultatio. **M**agna est enim spes conuersis peccatoribus, magna fiduria pœnitentibus tribuitur, cum subinfertur: **I**ta dico vobis, quia gaudium erit corā angelis dei super uno peccatore pœnitentiam agen-

Psalm. 28

Matth. 1

T iii

te, quam supra non agint anouē iustis, qui nō
indigent pœnitentia. Quis igitur habet tam dura-
pectus & impoenitens cor, ut hæc audiens non cōuer-
tatur? Ut ergo gaudium habeant de nostra cōuersio-
ne angeli, utiq̄ dignum est, ut luctum in terra tenea-
mus, dicētes cum Psalmista: Lauabo per singulas no-
etes lectionem meū, ut impleatur in nobis, quod dñs di-
cit in euangelio: Beati qui lugent, qm̄ ipsi consolabū-
tur. Sed uidēdum est, qualis debeat esse pœnitētia, qa
multi sunt, qui se peccatores assidue dicunt, & tamen
adhuc delectat eos peccare. Alij à uino, & carne se ab-
stinent, alij largas eleemosynas tribuunt: sed q̄ à pec-
catis non cessant, fructus dignos pœnitētiae non faci-
unt. Qm̄ ueram pœnitentiā facere non potest, nisi q̄
peccatum odit & deum diligit. Ille est em̄ pœnitēs di-
cendus, qui sic præterita deflet, ut iter, flenda nō cō-
mittat. Vn̄ bene pœnitentia dicta est, quasi punientia;
quia ita præterita mala punire pœnitendo debemus,
ut ea iter pœnitenda non cōmittamus. Quia q̄ præ-
terita plangit, & futura cauet, securus ad deum uenit.
Qui em̄ delectabiliter & sine cessatione malis operi-
bus inhæreret, & à cibis, quos deus creauit ad percipien-
dū cum gratiarum actione, se abstinet, magis irrisor
quam pœnitēs dicēdus est. Vtruncq; em̄ pœnitētibus
necessariū est, ut & p̄ peccatis amaritudinē habeat in
corde, & afflictionē in corpore, ut caro, q̄q̄ lēta nos
traxit ad culpā, afflīcta reducat ad ueniā, iuxta illius
exemplum qui ait: Conuersus sum in ærumna mea,
dum configitur spina. Vnde alibi uoce pœnitentis
dicitur: Manducabam sicut cinerem panē meū, & po-
culum meū cum fletu miscebam. A facie ira indigna-
tionis tuae. Et iter: Ego autem dum mihi molestie,

Psalm. 6.

Math. 5.

PRE POST PENTECOSTEN

298

Sent, in duebar cilicio, & humiliabā in ieiunio animā
meā. Hinc ecclesiastica consuetudo publicam pœ-
nitentiam in cinere & cilicio indicere consuevit, ut in
asperitate cilicii afflictio sentiatur exterius, & in uiso
ne cineris recordatio sit humanitatis interius. Hinc
uoce beati Iob in persona pœnitentiū dicitur: idcir-
eo ipse me reprehendo, & ago pœnitentiā in fauilla
& cinere. Nullus de magnitudine peccatorum despe-
ret, quia etiā magni sunt morbi animarum, omnipot-
ens est medicus, qui non uenit uocare iustos, sed pec-
catores ad pœnitentiā. Nullum enim uulnus pec-
cati tam magnum est, ut per pœnitentiā sanari non
possit, si tamen medicina pœnitentiæ nō negligatur.
Non enim mentitur ille qui ait: In quaunque die pec-
cator cōuersus fuerit & ingemuerit, peccata illius ob-
liuioni tradetur. Et iterum: Viuo ego, dicit dominus,
nolo mortem peccatoris, sed ut cōuertatur & uiuat.
Hinc peccatricem animam ad pœnitentiā prouo-
cans, per prophetam dominus dicit: Nūquid potest
mater obliuisci infantem suum, ut non misereatur fi-
lio uteri sui? Et si illa obliuiscatur, ego tamen non ob-
liuiscar tui. Humana enim natura sicut facile cadit, sic
facile surgere potest. Quia sicut ait saluator in prä-
senzi lectione, Gaudium erit in cælo super uno
peccatore pœnitentiā agente.

DOMININA VIRGINIS POST Pentecosten. Lucæ VI.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Estote misericordes, sicut & pater uester
misericors est. Et reliqua,

T **iii.**



IN cæteras uirtutes, quibus domin⁹ Iesus Christus cælestem gloriam querere monuit, præcipue misericordiam commendauit. Denique cum in monte sedēs octo beatitudines discipulos suos doceret, ait inter cætera: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Quisquis ergo ad hoc præmium beatitudinis pertinere desiderat, uirtutem misericordiæ studeat habere. Ut autem ostenderet non solum gratis, sed etiam ingratissimam misericordiam impeditam, postquam sententiam de dilectione inimicorum protulit, adiunxit hoc quod in capite huius lectionis audiimus, dicens: Estat ergo misericordes. Primum ergo etymologiam huius nominis videamus, ut uirtutes illius perfectius cognoscere ualcamus. Misericordia enim ex corde & miseria compositum est nomen, in qua compositione ostenditur, quia ubiq̄ est miseria, ibi necesse est misericordia. Duobus autem modis misericordiæ intelligimus: una est corporalis, & altera incorporalis: una uisibilis, & altera inuisibilis. Ad corporalem namq̄ misericordiam pertinet, esurienti cibum, sifienti potum tribuere, uestire nudum, suscipere hospitem, uisitare infirmum, sepelire mortuum, & peccantibus in nobis ex corde dimittere, & necessitatibus proximorum iuxta vires succurrere, & ceterahis similia pietatis opera imp̄dere. At uero spiritalis misericordia est, insipientem docere, con-

POST PENTECOSTEN

267

solari dolorem, exhortari bene agentem, corripere negligentem, & superbientem ad humilitatem & satisfactionem prouocare, & cetera talia. Vna est ergo bona, & altera melior: quia tanto est melior misericordia spiritualis quam corporalis, quanto est anima melior quam corpus. Per unam enim reficitur corpus, quod est moritur, per alteram anima sine fine mansura. Igit qui utrancumque potest impendere, perfectus est. Si quis autem spiritualiter impedit non ualerit, saltus corporalem non negligat, ut in retributione iustorum audire mereatur. Venite benedicti patris mei, recipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. Hanc habere uolebat Paulus apostolus discipulos suos, quibus dicebat: Induite uos, sicut electi dei, uiscera misericordiae. Coloss. 3d
Ephe. 4.

estote in uicem benigni. Ad hanc habendam Petrus apostolus per epistolam fideles exhortatur, dicens: Omnes unanimis in oratione erote, compatiens, fraternalitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Tanto ergo studiosius hanc requirere debemus, quanto in eius executio cœlestis patris imitatores esse desideramus. Quantum enim perfecta sit uirtus misericordiae, hinc liquido ostenditur, cum ad eius exhibitionem ipsius domini prouocamur ex exemplo. Unde & subditur: [Sicut & pater uester misericors est.] Vbi notandum quia [sicut] ad uerbi similitudinis, non semper ad æquaratem, sed aliquatenus pertinet ad similitudinem. Negat enim sicut dominus est, nos per omnia esse possumus, & tamen iuxta quandam similitudinem, ut Iohannes apostolus ait: Sicur ille est, & nos sumus in hoc modo. Iuxta hunc modum locutionis & in hoc loco, sicut, ad similitudinem pertinet. Dignus est enim, ut sicut nos patrem gloriamur habentes in celis, iuste & pie uiuamus in terris, intrinsecus ut ipsa.

T. v

bona nostra opera filios dei nos esse demōstrēt. Sic ut eī in humana nativitate paterni uultus similitudinē frequentē in filiorū facie inspicimus, ita si filii dei esse uolumus, cælestem patrē in terris imitari debe-

Cor. 15. mus. **Vnde** Apostolus ait: Si portauimus imaginem terreni, portemus & imaginē cælestis. Et sicut filiis regū cultus preciosior & dignitas sublimior cōmendatur, sic in nobis, qui filii sumus dei, in bonis operibus uirtutes florere debet, ut charitate fulgidi, in humiliitate præcipui, castitate lucidi appareamus, ut impleatur illud qd dñs ait: Sancti eritis, sicut & ego san-

Leuit. 20. ctus sum. Estote perfecti, ut sicut ipse pius & misericors est, qui sole suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. ita nos non solū amicis, sed etiā inimicis & extraneis bona quē possumus,

Zunge. 6. impēdamus, sicut dñs ait: Diligite inimicos uestros, bñfacite his qui oderat uestros, quatenus in sorte filiorū dei cōputari mereamur, ut impleatur in nobis, quod ipse ait in euangelio: Beati pacifici, qm̄ filij dei uocabuntur. Nec superflū uideri deber, si ad hanc imitationem cælestis patris subtilius indagandā, ex rebus uisibilibus aliquod exemplū sumamus. Tradunt eī physiologia naturā esse aquilarū, ut pullos suos cōtra iubar solis suspēdant: & quos more parentū irreuerberatis oculis intueri uiderint claritatē solis, cū omni diligentia fouent & nutritiunt. Quos autē terrā inspice re uiderint, quasi adulterinos deiciunt & contrēnūt. Similiter de coruis dicūt, q̄ tandem pullos suos neglēgant, quo usq̄ similitudinem suā nigrescentibus plurimis in illis inspiciat. In q̄bus similitudinibus nos mystice monemur, ut si filii dei esse cupimus, æternæ clāritatis gaudia mentis oculo contēplemur, & superni

POST PENTECOSTEN 499

parentis similitudinē in bonis actibus ostēdamus, ut
 impleatur in nobis illud, qđ ipse ait in euangelio: **Lu** Matth. 5.
 ceat lux uestra corā hominib⁹, ut uideāt opera bo-
 na uestra, & glorificant patrē uestrū qui in cælis est.
 Teste em̄ apostolo **Petro**, Cuius opa facit qs, eius fi-
 lius appellatur. Vnde Paulus nos admonet, dicens: **Ephe.** 5.
 Estote imitatores dei, sicut filij charissimi. **Hinc Io.**
 hānes ait: Filij dei sumus, sed nondū apparuit qđ eri-
 mus. Scimus aut̄ quia cum apparuerit, similes ei eri-
 mus, qm̄ uidebimus eū sicuti est. **Polite iudicare.**
z nō iudicabimini. Polite cōdemnare. z non
condemnabimini. Quæritur, quare dicat, [Noli-
 te iudicare, & non iudicabimini, cum ipse alibi dixis-
 se legatur: Si uideris fratrem tuū peccantem, increpa
 illū. Et alio loço: Si peccauerit in te frater tuus, uade
 & corripe eum, inter te & ipsum solum. Si te audierit,
 lucratus eris fratrē tuum: si aut̄ rōton audierit, adh̄i-
 be tecum unum uel duos. Ad quod rñdendū, quia in
 correptione fraterna hæc discretionis regula tenēda
 est, ut scilicet manifesta & aperta mala, & uitetur &
 reprehendant: ea uero, quæ quo animo fiant à proxi-
 mis ignorant, non sunt iudicāda, sed potius extra-
 crepationē accipienda. Sunt em̄ quædam opera, que
 & bono & malo animo fieri possunt, de talibus perī-
 culosum est iudicare, maxime ne cōdemnemur. Sic-
 uti, uerbi gratia, uides aliquē frequenter nō ieunan-
 tem, noli multum laudare, neq; multū detestari, qđ
 potest fieri, ut propter infirmitatē stomachi ieuna-
 re nō possit, aut propter appetitū gulæ ieunare non
 uelit. Hæc & his similia facile nō sunt iudicāda, sicut
 apostolus **Paulus** dicit: Qui manducar, nō māduca-
 tem nō iudicet; & q; non manducar, māducantem nō

Luce. 17.

Matth. 18.

Roma. 14.

I. Corin. 4. spernat. Et iterum: Nolite ante tempus iudicare, quod adusq[ue] ueniat dñs, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordiū, & tunc laus erit unicuique a deo. Et alibi, ubi prohibet eos iudicare, qui carnibus uescabantur ab his qui non uescabantur, dicens: Nemo uestrū iudicet in cibo aut in potu. Et item: Tu quis es q[uod] iudicas alienū seruum? Et rursus: Melius mihi est non māducere carnē, neq[ue] bibere uīnum &c. Q[m] qui aliū iniuste iudicat aut condēnat, iuste iudicabitur & condemnabitur. Sunt uero alia opera, que per se meipso manifesta & aperta mala sunt, sicut sunt adulteria, furia, homicidia, rapinae, ebrietates, & cetera talia, haec a fidelibus non solum reprehendenda sunt, sed & corrigenda ab illo, quilo cum regiminis tenet, atq[ue] iudicāda, maxime proper illud, quod dñs per prophetā dicit: Si non annuncia ueris iniquo iniquitatē suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Est & aliud discretiōis genus in correctione fraterna obseruandū, ut si uerbi gratia occultum est peccatum, occulte corrigas & emēdes, proper hoc quod dñs dicit: Si uideris fratrē tuū peccatum, corripe eum inter te & ipsum solum. Si autem manifestum & publicum est peccatum, publice argue & emenda, proper illud quod Apostolus ait: Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habent. Et sicut per Salomonem dicitur: Qui corripit proue. 26. palam, pacem facit. Et iterū: Responde stulto iuxta stultitiam suā. Ad hoc enim diuina iustitia statuit in ecclesia, ut esset pastor in populo, princeps in seculo, ut unus peccantes corrigat, alter uero corrigendo negligentes puniat. Quando autem in te frater tuus peccat, cum leui correptione dimitte ei. Vnde & subditur

POST PENTECOSTEN 301

ita. Sed quia non sufficit declinare à malo, nisi quisq
 studeat facere bonū, postquā de non iudicandis pro
 ximis praeceptū dedit, formā cui imprimamus ostendit, dicens: **Dimitte, et dimittetur vobis.** Qd^e
 est dicere: **Dimitte peccatis in uobis, & dimittetur uobis peccata uestra.** Non solum em̄ alios teme-
 re iudicare non debemus, sed etiā his qui nos iniuste iudicāt, ex corde dimittere. **Igitur dimittere ad igno-**
 scenda peccata pertinet, iuxta quod dñs alibi ait: Si **Watth. 6**
 dimiseritis hominibus peccata eorū, & pater uester cœlestis dimittet uobis peccata uestra. **Et item:** **Cum** **Marci. iii.**
 stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem. **Quod autē adiungit.** **Date, et dabitur**
vobis, ad dandam eleemosynam pertinet, dño ali-
 bi dicente. **Date eleemosynam, & ecce omnia mun-**
 da sunt uobis. **Dimittere enim injurias debemus &**
 eleemosynas dare, ut detur nobis uita æterna scdm
 quod dñs dicit: **Facite uobis amicos de māmona ini-**
 quitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æter-
 na tabernacula. **Et forte quod dare à uobis si quæ-**
 reres, subiunxit, dicens: **Mensuram bonā & con-**
 fertam, et coagitatā, et supereffluentem. Men-
 sura enim bona à bono & omnium remuneratore da-
 bitur, qn̄ pro minimis maiora rependet, pro terrenis
 cœlestia, pro transituris mansura. **Quæ bene cōferta**
 dicitur, i. plena & perfecta: & coagitata, quia ex nul-
 la pārte inanis erit & uacua. **Supereffluentem** i. su-
 perabundantem. **Hec enim mēsura plena, perfecta,**
 & superabundans fideli seruo dabitur, quando dice-
 tur: **Euge serue bone & fidelis, qasuper pauca fuisti** **Matth. 13**
 fidelis, super multa te constituā. intra in gaudiū dñi
 tui. **Et quia de gloriā beatæ patriæ, postquā accepta**

502 DOMINICA V.

fuerit, nullus locus amittendi erit, recte dictum est:
Dabunt in sinum vestrum. Sicut enim de ea re, quam
 in sinu habemus, certi securijs sumus, ita postquam in
 gremio regni caelestis collecti fuerimus, aeterna secu-
 ritate firmi erimus, Iohanne in Apocalypsi dicente:
Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et
 quia deus redditurus est unicuique secundum operas sua, ad
 hoc subinseritur: **Eadem quippe mensura, qua**
mensi fueritis, remetietur vobis. Si enim in no-
 bis peccantibus libenter dimittimus, & deus omnipo-
 tens clementer dimittet nobis peccata nostra. Vnde
 quotidianie in oratione eum poscimus, dicentes: **Dimit**
te nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris. Qui ergo peccanti in se dicit, itere non
 uult, uane & superflue a domino postulat, sicut ipse dicit:

Matth. 6. Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater ue-
 ster caelestis dimisit uobis peccata uestra. **Vñ & Sa-**
lonom: Homo homini seruat iram &c. Et iterum, **Dimit**
te proximo nocti te. Et, **Deprecanti te dimitte ei, &**
peccata soluentur. Qui enim pro deo in praesenti ui-
 ta maiorem labore assumperit, & huberiores ele-
 mosynas tribuerit, maiorē remunerationem in etet-
 na uita recipiet, restet Apostolo, qui ait: Qui parceret

Cor. 9
 minat, parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de bencunctionibus metet uitam aeternam. **Dicebat autem illis et similitudinem:** **Nuquid potest**
cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam
 cadunt? In hac similitudine dominus scribas & phariseos
 specialiter percutit, qui locum magisterij indigne usur-
Matth. 15
 pat, dominum deserentes, ut dominus alibi ait: Mandatum dei
 transgredim:ni propter traditiones uestras. Qui cum
 exerci essent, ita ut se cæcos esse nesciret, magistri in po-

POST PENTECOSTEN

303

pulo fieri non erubescabant: non lucrum animarum
querentes, sed suae iactantiae & cupiditati consulentes,
non ut populo prodescent, sed ut honorabiliores &
doctiores in eo apparerent, amantes primos recubiti-
tus in ctenis, & primas cathedras in synagogis, & sa-
lutationes in foro, & uocari ab hoibus rabbi. Quia
enim illum uidebant, qui dixit, Ego sum lux mundi,
& non eum agnoscabant, proculdubio cæci erat, sic-
ut dñs dicit: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.
Cumq; populū docerent quod nesciebant, & ipsi cæ-
cici cæcum ducatum præbentes utriq; in foueā cadebār,
sicut dñs alibi exprobrat eis, dicens: Væ uobis scribæ Luc. viii.
& pharisæi legisperiti, qui tulistis clauem sciætiæ. Et
alio loco sic: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocrita, Matth. xxv.
qui clauditis regnū cælorū ante homines, uos em̄ nō
intratis, nec alios intrare sinitis. Sed caudum nobis
est, ne uitia scribarum & pharisæorum ad nos transeant,
ut qd in illis reprehēdimus, in nobis inueniam. Sunt
em̄ nonnulli, qui anteq; discipuli sunt, magistri fieri
appetunt: & quibus nō est sanctitas in moribus, nec
maturitas in ætate, neq; doctrina in sermonibus sus-
fragatur, inuerecude locū regiminis appetunt, & ideo
magistri erroris sunt, q; discipuli ueritatis esse no-
luerūt. Cum em̄ aliquis per se uiuens docēdi officium
indigne suscipit, quasi cæcus cæco ducatum præberē
præsumit, & ideo ambo in foueā cadunt: quia & illē
indigne præst, & iste malū exemplū sequitur, ac per
hoc uterq; in errorē incidit. Inde Iacobus dicit: Noll
te fieri plures magistri. Ois em̄ q; in uia ueritatis alijs
omnide desiderat, cautissime cauere debet, ne aliter
uiuat q; doceat, nisi q; liter uixit Chfs & docuit, Vnde
& subditur: Nō est discipulus super magistrū:

Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Solet nauigium in humanis disciplinis contingere, ut discipulus per acumen mentis antecellat magistrum.

Johan. r. 3

Datt. 13

Magister ergo in hoc loco ille intelligit, qui alibi ait: **V**os uocatis me, magister & domine, & bene dicitis. Et item: **N**ec uocemini magistri, unus enim est magister uestrer, qui in caelis est. **Q**uae sententia a superioribus p[ro]cedet, ubi dictum est: [Dimitrite, & dimittetur uobis, Date, & dabitur uobis.] **A**cisi diceret: Si magister n[ost]r[us], cum possit ut deus, suas noluit vindicare iniurias, & uos perfecti esse poteritis discipuli, si inter persecutio[n]es non iniurias rependatis, sed patientia exhibeatis. **N**on quod ita perfecti esse possumus, sicut ipse ait, sed pro modulo nostrae capacitat[us] humilitate & mansuetudinem illius imitari debemus, illius vero magistri exemplu[m].

Matth. ii. sequentes, qui ait: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Sunt aliquanti, qui in aliorum uitijs corrigit[ur] duriores & districtiores apparerunt, cum in suis blandiores & leniores existant. **V**nde & subditur:

Quid autem videt festucam in oculo fratris tui, trabe autem quem in oculo tuo est, non consideras?

Quantum inter festucam & trabe, tam inter peccatum maius & minus distat. Quod ut manifestius intelligatur, unum est cunctis in mediis preferamus: uerbi gratia, ira subitanea, festuca est: inueterata autem, trabes efficitur. Et ira quidem subitanea oculum mentis perturbat, sicut per Prophetam dicitur, Turbatus est prae ira oculus meus. Odiu autem mentem excusat, teste Iohanne apo-

Iohn. 2. Stolo, qui ait: Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo uadat: quoniam tenebre excauerunt oculos eius. Qui enim odiu in corde seruans, fratrem subito irascientem durius reprehendit & di-

V.
T POST PENTECOSTEN 308

fudicat, quasi de alterius oculo festucā ejcere ntit,
 in suo trabē non uidens. Sed quia cuius uita despici
 tur, illius prædicatio contemnitur, recte subiugitur:
Et quō potes dicere fratribus: Frater, sine,
 ejciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo tra
 bem non uidens?] Qui enim alterius minima pec
 cata uult corriger, necesse est ut primum sua corri
 gat & emendet, ne quando dicat illis deus, **Quare tu** **Psalm. 49**
 enarras iusticias meas, & assumis testamentum meū
 per os tuū? **Tu** uero odisti disciplinam, & proiecisti
 sermones meos retrorsum. **Qui** em̄ alterius uitā dis
 cutere debet, purum oculum mentis necesse est ut ha
 bear, sicut **Apostolus ad Timotheū** scribit: **Oportet** **1. Tim. 3.**
 episcopum irreprehensibile esse, tanquā dei dispen
 satorē. **Vnde** dñs adhuc admonendo subiugit, dicens:
Hypocrita, ejcē primum trabem de oculo fra
 tris tui, & tunc perspicies ut educas festucā de oculo fra
 tris tui.] Hypocrita græce, latine simulator dicitur
 uel subauratus, quo noī illi cēsentur, qui aliud ostē
 dunt exterius, & aliud seruant interius. **Tales** dñs in **Matth. 23.**
 euangelio increpat, dicens: **V**z uobis scribæ & phari
 scæ hypocritæ, qm̄ similes estis sepulchris dealbatis,
 quæ à foris apparent hoiibus speciosa, intus uero ple
 na sunt osibus mortuorum & omni spurcitia. **Sic** &
 uos quidem à foris parentis hominibus iusti, intus aut̄
 plen̄ estis hypocriti & iniuriant. **Quām** graue nāq
 uitium sit hypocrisia, beatus Iob ostendit, cū ait: **Nō** **Job. 13.**
 enim ueniet in conspectu domini omnis hypocrita.
 Et iterum: **Congregatio** hypocitarum sterilis. **Et,** **Job. 15.**
 Simulatores & callidi provocant iram dei. **Et Salo-** **Job. 36.**
 mon: Simulator ore decipit amicum suum. **Pessimū**
 quippe genus est hypocitarum, qui hoc seculo car-

V

DOMINICA VI.

nem macerant, & in futuro mercede priuantur: quia

Matt. 6. sicut dñs ait, **Receperunt mercedē suam.** Sunt enim

nonnulli, qui cum serui sint uitor, ut appareant ho-

minibus iusti, aliena p̄ctā acriter corrigit, de quali-

Eccle. 19. bus scriptura dicit: **Est correptio mendax in ore con-**

tumeliosi. **Talibus conuenit quod dominus ait:** **Hy-**

pocrita, ej̄ce primum trabem de oculo tuo,

& tūc perspicies ut educas festucam de oculo fratris

tui.] Neque h̄c dicentes aliquem à fraterna corre-

ptione prohibemus, maxime cū sicut Iacobus apo-

Jacobi. 5. stolus ait: **Qui conuersti fecerit peccatorem ab erro-**

re uię suę, saluabit animā eius à morte, & operit mul-

titudinem p̄ctōrum. Sed quotiescunq; fratrem pec-

care uideamus, nostræ fragilitatis memores, benigne

& leniter corrigerem debemus, monente Paulo apo-

Gala. 6 stolo: **Fratres, & si p̄occupatus fuerit homo in ali-**

quo delicto, uos q̄i spiritales estis, huiusmodi in-

struite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne &

et a teneris. Cum autem aliquem incorrigibiliter ui-

tis inhiātere cōspicimus, zelo restitutinis accēsi, du-

Psalm. 118 riūs increpare debemus, exēplo illius q̄ ait: **Vidi p̄æ-**

Psalm. 138 uaricantes, & tabescbam. Et iterum: **Nonne qui o-**

derunt te domine, oderam? Perfecto odio oderam il-

los. Tunc enim sine culpa irasci uidemur, quādo ta-

lem asperitatem non ira, sed zelus format, in exem-

plum Moysi, qui exiit à Pharaone iratus nimis, quia

eius nequitiam incorrigibilem uidit.

DOMINICA VI. POST

Pentecosten. I. Petri. III.

Charissimi, Omnes unanimes in oratio-

ne estote.

Et reliqua,

VI.
POST PENTECOSTEN 307

Fraternitatis unanimitas ueluti urbs inexpugnabilis, hostium nō patet insidijs. Habet emCan. 6 sancta ecclesia, ut Salomon ait, castrorum acie ordinatam, quam tyrāni & persecutores unā cum autore suo diabolo nō ualent erumpere: quia in uniente Christo nec martyres persecutio, nec uirgines carnalis delectatio, nec misericordes cupiditas, nec humiles temporalis gloriæ devincit ambitio. **compa-**
tientes. Sicut enim gaudere debemus cum gaudientibus, ita & flere cum flentibus, sicut Paulus faciebat apostolus, qui dicebat: **Quis infirmatur, & ego non infirmor: fraternitatis amatores.** Qui ergo a-mathomines, aut qā iusti sunt, aut ut iusti sint, amare debet, sicut & seipsum amare debet, aut qā iustus est, aut ut iustus sit. **Dilectionem autem fraternalm quantum cōmendat Iohannes** **Postolus**, attendamus: **Qui diligit, inquit, fratrem suum quē uidet, in lumine manet, & scandalum in eo non est.** Et item: **Dilectissimi, diligamus nos inuicem, quia dilectio ex deo est.** Et omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognovit deum. Et dñs inquit: **Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem.** Et in hoc scient omnes qā mei estis discipuli, si uos inuicem dilexeritis. **miseri-**
cordes. Scriptum quippe est, **Facere misericordiā,** magis placet deo, quam uictimæ. Et qui pronus est (inquit scriptura) ad misericordiam, benedicetur. **Et dñs ait, Estote misericordes, sicut & pater uester mi-**
sericors est. humiles. Scriptū quippe est: **Perdit de-**
us memorī superborū, & non derelinquit memori am humilium. Et dominus inquit, **Discite à me quia mi-**
ritis sum & humilis corde. **Et ad quē respiciā, dicit** dominus, nisi ad humilem & quietum? **nō reddēn-**

Matth. 10

tes malum pro bono. Scriptum quippe est: Ne di-
cas reddam malum pro malo, expecta deum, & libe-
rabit te. Et itē, Qui uindicari uult, à deo inueniet vin-
dictam, & peccatū illius seruans seruabitur, nec ma-
ledictum pro maledicto. In hoc enim exemplū
domini tenendū est, qui cum malediceretur, non ma-
ledicebat. sed e contrario benedicentes, ut il-
lud, Benedicite maledicentibus uobis, benedicite &
nolite maledicere. Quia in hoc vocati es, ut
benedictionem hæreditate possideatis. Bene-
dictio est hæreditatis omnis virtutum copia cælestis,
in qua sancti hæredes quidem dei, cohæredes autem
efficiantur Christi, cum audierint: Venite benedicti
patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum
est ab origine mundi. Qui uult vitam diligē-
re, id est, uitam æternam, beatam, & in futuro sine fi-
ne mäsuram. [& Cidere dies bonos,] in quibus san-
cti cum sanctis iucundētur in cælis, qui dies nō pro-
pter interruptionem noctis, sed propter perpetua-
tem dicuntur luminis. [coercent linguam suam à ma-
lo,] id est, à malo detractiōis, maledictionis ac mur-
murationis, siue generaliter, omnino lingua refrenan-
da est à malo. Ait enim Iacobus: Si quis putat se reli-
giosum esse, non refrenans linguam suam, sed seduc-
ens cor suum, huius uana est religio. Nam & qui cu-
stodit linguā suā, inquit scriptura, custodit animā su-
am. Et lobia eius ne loquātur dolum, Dolus,
non dolor, sed fraus intelligitur: quando aliud cor-
de tenetur, & aliud ex ore profertur. [Declinet autē
à malo, & faciat bonum,] id est, destruat uitia, & uit-
tutes ædificet: relinquat quæ instigat diabolus, ut o-
pereatur quæ præcipit Christus. Inquit at pacem

POST PENTECOSTEN

309

et sequatur eam, id est, diligenter orando & humiliiter interrogando perquirat Christum, qui factus est pax nostra, & imiteretur eum. sequi etenim, imitari est. Siue secundum Apostolum, pacem sequatur & sanctimoniam, siue qua nemo uidebit deum. [Quia oculi domini super iustos,] id est, aspectus diuinitatis. [& aures eius in preces eorum,] id est, auditio diuina, qua dignatur preces audire iustorum. Vultus autem domini super facientes mala. Ut quid vultus domini super facientes mala? Audi sequentia: Vt perdat de terra memoriam eorum, id est, de terra uiuentium. Et illud, Deleanur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur. [Et quis est qui nobis noceat?] subauditur nullus. Iuxta huius sententie locum, passiones uel persecutiones non faciunt esse miseros, sed praestant esse beatos. [Si boni emulatores fueritis,] id est, si boni dei, de quod scriptum est, Nemo bonus nisi solus deus. Siue generaliter, siue omnium honorum emulatores, id est, imitatores fueritis uitatum. Sed et si quid patimini propter iustitiam, beati, subaudetur, eritis. Hanc sententiam dominum dicentem Petrus audierat, ubi ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. [Timorem autem eorum,] id est, persecutorum, ne timueritis, ut infide non turbemini. Et hoc dominus admonuit, ubi ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, quia habet potestatem corpus & animam perdere in gehennam. [dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris,] ubi dominus qui cuncta creando sanctificat, nisi corde pio & corpore casto. Sic dominus

DOMINICA VI.

Iesus sanctificandus est in cordibus nostris, ut nomine eius uocemur Christiani, & ut nihil sanctius eius nomine sentiamus. Sanctificemus enim eum in fide, spe & charitate, credendo, colendo & adorando, ut ab illo saluari pariter mereamur & sanctificari.

DOMINICA VI. POST

Pentecosten. Lucæ V,

Tin illo tempore Cum turbæ irruerentur in eum ut audirent uerbum dei, & ipse stebat secus stagnum Genezareth. Et rel.

De piscibus, quos apostoli ad iussionem domini nilaxatis retibus ceperunt, locuturi, primum de situ loci uideamus. Ait enim euangeliū: **L**ū turbæ irruerent ad Iesum ut audirent verbum dei, et ipse stebat secus stagnum Genezareth. **E**t uidit duas naues stantes. Stagnū Genezareth idem est, quod & mare Tiberiadis, & mare Galilææ. Sed mare Tiberiadis à Tiberiade ciuitate est dictum: mare Galilææ ab adiacente sibi prouincia, quæ & Galilæa nominatur. Stagnū Genezareth à Graeco uocabulo dictum est, quasi aurā generans, eo qd flantibus uentis, crispantibus undis, auram ex se generare uideatur. **T**enet autē hoc mare siue stagnum centum quadraginta stadia in longitudine, quadraginta uero in latitudine. **N**ec propter hoc mare uocatur, quod amara sint aquæ eius, sed Hebræa lingue consuetudo est, omnes congregations aquarum, siue saltarum siue dulces, uocare mare, sicut in Genesi scriptum est: Congregationsq; aquarum appellavit maria. Spiritualiter autem hoc mare mūdum signi

POST PENTECOSTEN

311

ficat, id est, mundi amatores. Quia sicut mare semp
fluet, nec quietum stare ualerit, ita mundus diuer-
sis perturbationibus & fluctuationibus commoue-
tur, sicut per Psalmistam dicitur: **C**ommouisti do- **P**salms. 59
mine terram, & cōturbasti eam. **C**rescit enim nascen-
do, decrescit moriendo: eleuatur in prosperis, deiisci-
tur in aduersis. **D**ominus secus stagnum stetit, quan- **P**hilip. 3
do (sicut ait **A**póstolus) semet ipsum exinanivit, for-
mam serui accipiens, in similitudine hominū factus,
& habitu inuentus ut homo. **E**t pulchre non in sta-
gno, sed secus stagnū stare dicitur, quia uenit in mun-
dum per naturam, sed alienus fuit à mundo per cul-
pam, teste apostolo **P**etro: **Q**ui peccatum non fecit,
nec inuentus est dolus in ore eius. **R**ecte quoq; non
ambulasse, nec pertransisse, sed sterise dicitur, nimis
ostendens seipsum esse, qui per diuinitatis potenti-
am semper incommutabilis permanet, qui ubiq; est
præsens, ubique totus, nec mouetur, nec de loco ad
locū trāsit, cui nec præterita transeūt, nec futura suc-
cedunt, sed semper illi æqualiter atque æternaliter
esse est, qui ait per prophetam: **E**go deus, & nō mu- **M**alac. 2
tor. **S**ine certe secus stagnum stat, quia resurgens à
mortuis, carnem quam ex nobis asumpsit, in litto-
re incorruptionis constituit. **A**c per hoc, sicut ipse in
commutabilis est, ita electos suos æterna incommu-
tabilitate firmat. **T**urbæ autem quæ ad eum irruer-
unt amore uerbi dei, multitudinem fidelium signi-
ficant, qui ei credendo & amando appropinquant,
de quibus per **I**SA I A M dicitur: **V**enient ad eum **I**saig. 1
Omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: **D**o-
mus Iacob uenite, & ambulemus in lumine domi-
ni. **E**t per Psalmistam: **O**mnes gentes quascunque **P**salms.
V iiiij

DOMINICA VI.

fecisti, uenient & adorabunt coram te dñe. Sed quia ista turba credentium, non solum ex Iudeis, sed etiam ex gentibus futura erat, recte subditur: [Et uidit duas naues stantes secus stagnum.] Due naues, duos ordines significant credituros, unum ex Iudeis, alterum ex gentibus: non quod in unitate fidei diuisio sit, sed quia ex utroq; populo in ecclesia colligitur. **B**ea autem utralsq; Iesus uidisse dicitur, q; ex utroq; populo praesciuit, q; in eñ credituri essent. **N**ouit em domini nus qui sunt eius. **N**am uidere, eligere ē, sicut Nathanaeli à dño dicit: Cū esse sub sicu, uidi te. [Piscatores aut̄ descenderāt, & lauabāt retia.] Piscatores ecclesiae sunt doctores, quorum priores apostoli fuerunt, q; retia suæ p̄dicationis in mundū extendētes, multos ex utroq; populo in fide ceperūt. de quibus

Jeremias per prophetam dicitur: Mittam piscatores meos, & p̄scabuntur eos &c. Retia doctrinam prædicatorū significant, quæ dum diversis patrum sententijs rohoratur, quasi uarijs filiis cōtexta ligatur. Et pulchre retia doctrinam prædicatorum significant, quia sic ut retia p̄siles quos capiunt, retinent: ita prædicatio veritatis, quos in fide capit, facile non amittit. **V**nde bene retia, quasi retinentia sunt uocata. **L**auant autem piscatores retia, quando sancti prædicatores castigāt corpus suum, & seruituti subiiciunt: nec aliter uiuunt, nisi quomodo alias uiuere docent, cauentes, ne alijs prædicantes, ipsi reprobi inueniantur, illius exemplum imitati, de q; scriptū est: Cœpit Iesus facere & docere. **V**ell lauāt piscatores retia sua, quādo prædictores suam doctrinam subtiliter examinant & discutiant, ne aliquid in ea hæreticum aut peruersum sonet. **A**scendens autem in vnam nauem, quæ

Johann. r.

Actiū. r.

POST PENTECOSTEN 313

erat **Simonis**, rogabat eum ut a terra reduceret pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Nauis **Simonis**, primitiva ecclesia, ex Iudeis collecta. Quae ideo **Simonis** dicitur, q[uod]a specialiter ei est commissa; quoniam in initio sue prædicationis, multi Iudeorum per eum crediderunt, quādo eo prædicante, una die crediderūt tria millia, & multa turba sacerdotum obediebat fidei. Illi enī à dño dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædifica. Matth. 16. bo ecclesiam meā. Et quodcumq[ue] ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumq[ue] solueris super terrā, erit solutū & in cælis. Vnde & Paulus apostolus ait: Qui operatus est Petro in apostolatum circoncisionis, operatus est & mihi inter gētes. Sive certe nauis **Simonis**, ecclesia ex gētibus intelligi potest, quæ tunc ei à domino est commendata, quando audiuit: Tu es Petrus etc. Et iterum: Simon Iohannis, dicitur Jobā. vlt. ligis me plus his? Pasce oves meas. Bene autē dicitur **ynq.** quia multitudinis credētium erat cor unum & anima una. Nec quisquam eorū quæ possidebat, suū aliquid esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Docebat autem de nauicula turbas, quia prædicatores sancti non aliam quām ecclesiasticam debent insinuare doctrinam. Ut cessavit aut̄ loqui, dicit ad **Simonem**: **Duc in altum.** Notandum, quod pri-
mum à terra nauem pusillum reducere iussit, nū caute-
rem in altum ducere iubet, ostendens temperandum
esse sermonem doctoribus in prædicacione. Infirmi
enim auditores non subito ad profunda mysteriora
sunt introducendi, sed prius pusillum à terra submo-
uendi, id est, à terrenis curis & carnalibus actibus se-
parandi. Non fragilitatem dñis tolerandam insinuat,

cum **Simoni** præcipit ut nauem pusillum à terra reducat. Nec propter tales deserendi sunt perfecti, sed ad alta misteriorum dei prouocādi, quod dās significare uoluit, qn̄ **Simoni** dixit: [Duc in altum,] Alter: Cum autem pusillum à terra reducere iubet, prædicationem apostolorum in proximas nationes esse extendendam ostendit. Cum uero ait, **Duc in altum,** eandem prædicationem usq; ad fines terræ esse peruenturam demonstrat. Quod tunc impletum est, qn̄ apostoli Iuda:is dixerunt: **Vobis** quidem oportuerat primum loqui uerbum dei, sed quoniam repellitis il lud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Bene autem subdir, **Laxate retia vestra in capturam.** Captura enim locus est capiendis piscibus aptus, unde & nomen cōgruum habet. Cū ergo dicit, **[Laxate retia vestra in capturā,]** ostendit illic prædicationem apostolorum esse laxādam, ubi nouerat esse electos, qui caperentur in fide, **Actus, 16** quod liber **Actuum** apostolorum declarat, cum dicit: Quia cū uellent apostoli ire Bithyniam, non permisit eos spūs Iesu. Nō enim ibi erat tūc locus capturæ aptus. Cum aut in Macedonia pergere nō disposerent, apparuit in somnis Paulo uir **Macedo**, deprecans eū & dicēs: **Transfēs in Macedoniā**, adiuua nos. At ille intelligens uisionem sibi à deo esse ostēsam, p̄rexit Macedonia, laxans ibi retia sua in capturā, Notandum uero, q; alio tpe retia plicant, alio capturæ laxantur, q; nō est om̄e tempus aptum doctrinæ, sed alio tempore retia prædictatiōis extendūtur, alio doctores suimet curā habēt. **Et respōdēs Simon,** ait illi: **Præceptor,** per totam noctem laborātes nihil cepimus, in uerbo aut tuo laxabo rete. **Bene præce-**

POST PENTECOSTEN

315

ptorem eum appellat, quia cū per totam noctē in pī
scatiōis officio frustra laborasset, statim ut ad eius ius-
siōem retia laxauit, multitudinē piscium cepit. **Nox**
in scripturis aliquā pro ignorantia uel cæcitate mentis
ponitur. Per totam ergo noctē laborātes nihil cepe-
runt, quia nisi dñs illuminet mentem auditoris inte-
rius, in vacuum laborat sermo doctoris exterius, scri-
piura dicente: Nisi dñs ædificauerit domū &c. Et, Nisi
dñs custodierit ciuitatem, & reliq. Qui eī alijs præ-
dicat, non in sua sapientia uel eloquentia cōfidere de-
bet, sed in uirtute dei. **Vnde** bene q̄ Simonem dicitur:
[In uerbo aut̄ tuo laxabo rete. **Et cum hoc fecis-
sent**, concluserūt multitudinem pisciū copiolam.]
Bis in sancto euangelio legimus, q̄ ad iussionem dñi
laxata retia copiolam multitudinem pisciū ceperūt,
nunc ante passionem, & secūdo post resurrectionē.
Sed hoc inter utrāq; piscatio[n]em distat, quia in hac
piscatione retia laxari iubentur, sed tñ, in qua parte
mitti debeant, nō designatur: in illa aut̄, specialiter in
dexteram partem misa perhibentur. In hac piscatio-
ne, præ multitudine pisciū rete rumpitur: in illa uero
multi & magni capti sunt, & retia rupta nō sunt. In
hac numerus pisciū non exprimitur, in illa certus nu-
merus designatur, cū cētum quinquaginta tres capti
memorantur. **Vnde** per hanc piscationē ecclesia de-
signatur, qualis est modo: per illā uero, qualis erit in
futuro. **Quandiu** eī ecclesia in præsenti uita manet,
utriusq; partis ciues retinet: quia bonos simul & ma-
los recipit. **Multi** eī (ur ait **Apostolus**) cōfident uer-
bis se nosse deū, factis aut̄ negant, de quibus per **Psal-**
mīstam dicit: Annūciaui & locutus sum, multiplicati **psalm. 39:**
sunt super numerū. **Et** pulchre in illa piscatione, quæ

post resurrectionem facta est, in dexteram partē nauigij retia missa esse legūtur: quia sicut per sinistrā præsens uita, ira quoq; per dexterā sempiterna figuratur, sicut per Salomonem dicitur: Lqua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. In hac pīscatione, quæ ante resurrectionem facta est, boni & mali pisces capti dicuntur, in illa uero soli boni: quia in præsenti ecclesia boni & mali inueniuntur, in sempiterna autē uita nemo malus inueniatur. Nusquam enim soli boni nisi in cælo, & nusquam soli mali nisi in inferno. Hec autem uita, sicut media est inter cælū & terrā, ita utriusq; ciuitatis ciues in se continet. Rūpebatur autē rete eorū. Quia ipsi ecclesiam uarijs heresibus scindere conati sunt, qui in ea per fidem capti tenebant, qualis fuit Iudas proditor, & Simon magus, & quales erant illi, de qbus Johannes apostolus ait: Exierunt ex nobis, sed nō erāt ex nobis. Sed quia numerus electorum non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus colligēdus erat, recte subinfertur: Et annuerunt socijs, qui erant in alia nauī, ut uenirent & adiuuarent eos. Alia nauis (ut superius diximus) ecclesia est ex gentibus uocata. Annuerunt ergo socijs qui erant in alia nauī, ut uenirent & adiuuarent eos, quia plures inter gentiles inueniuntur, qui apostolis in predicatione adiutores existerent. Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penes mergerentur. Impletio nauium, perfectionem significat ecclesiæ, quæ quotidie ex cōuersione credentium impletur, & usq; in finem seculi implebitur. Periclitantur autem naues, sed non merguntur, quia sæpe persecutionibus hæreticorum ecclesia consumpta est, sæpe falsorum fratrum iniqua operatiōe com-

Cant. 2

Johann. 2

POST PENTECOSTEN

317

mota, sed mergi non potuit, quia Christum in fundamento habuit, ipso dicente: Super hanc petram ædifi cabo ecclesiam meam &c. Et sicut alibi ait, Venerūt flumina, flauerunt uenti, & impegerunt in domum il lam, & non cecidit. fundata em̄ erat supra firmam pe tram. **Quod cum videret Simon Petrus**, p cedit ad genua Iesu, dicens: Exi à me quia homo peccator sum dñe.] Sunt nonnulli infirmi intra sanctam ecclesiam, qui peccator suor̄ magnitudine pressi, ui as uitæ quasi difficiles ingredi metuūt, & tñ insuis ini quiratibus iacere non formidant. **Quorū personā Pe trus hic in se exprimit**, cum uiso miraculo piscium, p cedit ad genua Iesu, dicens: [Exi à me, q̄a homo peccator sum dñe.] Sed qui se peccatorem cōsiderat, de um desperando à se repellere nō debet, sed pijs gemi tibus & assiduis fletibus eius misericordia appropin quare, nihil dubitās de illius promissione, qui ait: Po cnitentiam agite, appropinquabit em̄ regnum celorum. Sunt etiam & alij, qui carnaliter uiuentes, spiritualiū rectore disciplinam imperium esse arbitrantur: & dū eis spiritale magisterium onerosum uideretur, iugū ecclastici regiminis à suis ceruicib⁹ excutere conant. Cumq; peruerse uiuant, aliqui uoce, nonnunq; etiam morum prauitatem spiritales magistros, quibus nolen tes subiecti sunt, à se recedere persuadent. Horum ergo subiectionem significauit Petrus, eo quod prodi git ad genua Iesu: morū uero prauitatem, in eo quod ait: [Exi à me, q̄a homo peccator sum dñe.] Sed qđ spiritales magistri agere debeant, ille pastor pastore exemplo suo docet: quia non àrogante **Simone discessit**, sed & spiritalem doctrinam impēdit. Non em̄ propriet abiectos superbos deserēdi sunt humiles, sed

Matth. 16

Matth. 7

DOMINICA VI.

potius cū bonis corrigēdi & tolerādi sunt mali, dicē
te Salomone: Si spūs potestatē habētis ascēderit sup
re, locū tuū ne dimiseris. **Stupor eīm̄ cir cunde
clerat eūm̄ & om̄es qui cū illo erant, in captura pi
scīū quā ceperant. Similiter aut̄ Iacobū & Iohannē fi
lios Zebedæi, qui erāt socij Simonis.] Quia isti disci
puli diuini mysterij adhuc capaces minus erant, subi
tanea captura piscīū nō solū stupore, sed etiā timore
circūdati sunt. Sed eorū fragilitatē dīns consolatur, cū
pauentē Simonem confortat, dicens: **Politimere.**
Imō in pauento Simone, oēs p̄cōnitentes confortare
uidetur, ne de magnitudine peccatorū desperent. Vbi
manifeste ministeriū prædicādi, q̄dei cōmendaturus
erat, prædictit, cū ait. [Ex hoc eīm̄ iam hoīes eris capi
ens.] Non eīm̄ officiū p̄scandi uetuit, sed sp̄iritualiter
cōmutauit. Nam p̄st dīni resurrectionē legimus eū
iſſe p̄scatū. Et pulchre, qui p̄scator erat p̄scīū, p̄scator
hoīm̄ futurus prædictitur, ut sicut materiali reti pi
scis de profundis gurgitibus ad littus trahere solebat,
ita sp̄irituali prædicatione hoīes de amaris mundi flu
ctibus ad fidem traheret. **Et subductis ad terrā
nauibus, relictis omnibus, secuti sunt illum.**] Non
putandū est hanc eandem esse uocationē, qua Mat
thæus binos de naviculis discipulos ad Iesum sequen
dum uocatos narrat. Nō enim hic ab illo uocati esse
dicuntur, sed uiso miraculo piscium, subductis ad ter
ram nauibus, relictis omnibus, secuti illum esse me
morant. Vbi intelligendū est, q̄a post hæc ad propria
redierunt, & suimet curam gesserunt. Postea uero ab
illo uocati, ut Matthæus Marcusq; commemorant,
relictis nauibus & reti, secuti sunt illum, ita ut ulteri
us ad propria non redirent.**

DOMINICA VII.

post Pentecosten

Matthæi. V.

Tin illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Amen dico uobis, nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & phariseorum. Et reliqua,



Qui putant precepta veteris testamenti districtiora esse quoniam, distant ex praesentilectione suam ignorantiam confusori, audiantque ipsum salvatorem discipulis dicentem: Amen dico uobis, nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Iustitia scribarum & phariseorum erat, honinem non occidere: iustitia uero eorum, qui regnum celorum intrare desiderant, maior esse debet, ut non solum homines non occidant, sed ne irascantur, aut odio habeant. Iustitia scribarum & phariseorum erat, diligere amicum & odio habere inimicum: iustitia autem eorum, qui intraturi sunt in regnum celorum, maior debet esse, ut non solum amicum in deum, sed etiam inimicum diligat proper deum, dicente domino: Diligite inimicos uestrorum, benefacite his quod o

DOMINICA VII.

runt uos, & orate pro persequentibus & calumnianis
tibus uos, ut sitis filii patris uestris qui in cælis est. Iustitia scribarum & phariseorum erat, non mœchari cum
uxore proximi sui: iustitia eorum, qui regnum cælo-
rum intrare desiderant, maior esse debet, ut non so-
lum adulterium nō perpetrent in corpore, sed etiam
nec delectent in corde, ppter illud quod dñs ait: Qui
uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœ-
chatus est eam in corde suo. Et propter illud Apo-
stoli, Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Iusti-
tia scribarum & phariseorum erat, aliena non rape-
re: iustitia eorum, qui ingredi desiderant regnum cæ-
lorum, maior esse debet, ut & propria largiatur, & ra-
ptoribus non resistant, dñs dicente: Nolite resistere
malo, & si quis quod tuum est tulerit, ne repetas. Qui
bus exemplis profecto pater, quia præcepta noui te-
stamenti tanto sunt distinctiora, quanto spiritalia. Illa
enim quasi parvulis & carnalibus carnalia sunt data,
in quibus perfectio non est manifestata, sed malitia
refecata. Hæc uero spiritalibus spiritalia sunt data,
quaे non terrenam possessionem, sed cælestem præ-
parant mansionem. Illius temporali iustitia tempo-
rale præmium expectabat, domino dicente: Observa
& audi præcepta dñi dei tui, ut bene sit tibi, & longo
uius tempore, & ingressus possideas terram lacte &
melle manantem. Perfectio noui testamenti uitia pol-
licetur æternam, quam nec oculus uidit, nec auris au-
diuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ præparauit de-
us diligentibus se. Quibus ergo maius præmium p-
mittitur, maior debet esse iustitia. Aliter: Iustitia scri-
barum & phariseorum esse putabatur, quanquā nō
erat iustitia, quod exterminabat facies suas, ut appa-

POST PENTECOSTEN 321

terent hominibus ieiunantes, intus autem pleni erat rapina & iniuriae. Iustitia vero eorum, qui regnum dei intrare desiderant, maior esse debet, ut sanctitas quæ appareret in corpore, multo magis seruetur in corde. Iustitia scribarum & pharisæorum videbatur esse, quod alligabant onera grauia & importabilia, & imponebant in humeros hominum, digito autem suo nolebant ea mouere. Iustitia eorum, qui regnum cœlorum intrare uolunt, maior esse debet, ut mandatum dei primi custodian, nec prætermittant quæ alios cum studienda docent uel docuerunt. Iustitia scribarum & pharisæorum esse cernebatur, quod decimabant mentham & anethum & cyminum & omne olus horiti, maiora autem legis prætermittebant. Iustitia eorum, qui regnum dei intratur suum, magis abundare debet, ut sic minima præcepta dei custodian, quatenus maiora non prætermittant. **Audistis quia dictum est antiquis: Non occides.** Qui aut occiderit reus erit iudicio. Antiquis dictum est, id est, populo iudeorum, cui a dño per Moysen præcepit erat ut non occideret: aut si quis occideret, & ipse occideretur. **Ego autem dico vobis,** quia omnis qui irascit fratri suo, reus erit iudicio.] Id est, ego nouus homo, qui non ueni soluere legem, sed adimplere, quiq[ue] elegi uos de mundo, & mandatum nouum do uobis, ut uos inuidet diligatis, ego autem dico uobis: [**Quia omnis qui irascit fratri suo, reus erit iudicio.**] Tanta ergo pœna punitur ira in nouo testamento, quanta homicidium in veteri, secundum quod Iohannes apostolus ait: **Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.** In nonnullis autem codicibus ita scriptum legitur: **Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio.** Qd' quidam ita intelligens

X

dum putauerūt, quasi tunc ira nō esset peccatum, qm ab alijs lēsi uel puocati irascimur. Sed radendū est, sine causa. Non em̄ sine causa, uel cū causa Christiano fratri irasci permittitur, cui à dño præcepū est. Noli resistere malo, sed percutiēti maxillā, præbe ei & alterā, & pro persecutoribus exora. Seruū em̄ dñi (ut ait Apostolus) nō oportet rixari, sed mansuetum esse ad oēs, etiā ad eos qui cōtraria sapient. Et sicut Iacobus apostolus ait, Ita uiri iustitiae dei non operatur. In magna obseruantia charitatis stimulus iræ circuncludit, quia nemo eū quē ueraciter diligit, occidere potest. Qui aut̄ dixerit fratri suo racha, reus erit cōcilio. Racha nec græcū est, nec latinū, sed p̄prie Hebraicum. Dicit em̄ kev̄, id est, inanis & uacuus, quem nos sine sensu uel absq; cerebro possumus appellare. Quidā aut̄ etymologiam huius nōis de græco trahe re uoluerunt, purantes dici pannosum. Græce em̄ pānus pāxōē dicitur. Sed nos uim huius uerbi subtilius perspicientes, nihil aliud intelligimus esse racha, nisi uocē inconditā irati animi, cōmotionem significatīs. Quales sunt interiectiones apud grammaticos, sicut dicitur à dolente heu, ab irascente hei, à cadente atar. Et pulchre dicit: Qui dixerit fratri suo racha. Frater em̄ noster est, qui eodē precio nobiscum redemptus est, eodem baptismo est regeneratus. Si em̄ (ut domi nus ait) de ocioso sermone rationē reddituri sumus in die iudicij, multo magis de cōtumelioso. Qui au-
tem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Notandum in hoc loco, quia gradatim de minimis ad maiora ascendit, qm̄ pro qualitate peccati uindictam cominatur. In primo em̄ loco unum solum mō posuit, id est, iram: in secundo, duo, id est, iram, & uocem iræ

POST PENTECOSTEN

329

cōmotionem significantis in tertio, tria: iram, uocem
& contumeliam. Sicut ergo maius peccatum est, dice-
re fatue, q̄ solummō irasci, uel dicere racha: sic graui-
us est reum esse gehennæ ignis, quām reum iudicio,
uel concilio. In iudicio em̄ causa discutitur: & is qui re-
us esse putabatur, nonnunquam innocens inuenitur,
in concilio si quis reus conuictus est, qua pœna puni-
atur ab alijs tractatur, & adhuc euadere solet. In ge-
hennæ aut̄ ignis, nulla est liberatio. Et ideo in retribu-
tione pœnæ, quātitas peccati designat. Gehennæ no-
men in tota serie scripturar, ueteris testamenti nō re-
peritur, sed à saluatore primum in euāgelio positum
cognoscitur. Compositum autem nomen est gehen-
na ex ge & ennon, quia uallis gratuita interpretatur.
Fuit enim uallis filiorum Ennon iuxta Ierusalem, ubi
propter scelus idolatriæ multa iecuerunt cadauera
mortuorum. Et ideo ubicunq; nō men gehennæ po-
nitur, inferni pœna designatur. Sed ne asperam vide-
retur saluator protulisse sententiam, cum dixerit re-
um esse gehennæ ignis eum, qui dixerit fratri suo fa-
tue, statim remedium reconciliationis subiunxit, di-
cēs: Si ergo offeras munus tuū ad altare, et ibi
recordatus fueris quia frater tuus habet ali-
quid aduersum te, relinque ibimus tuum
ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tūc
ueniens offer munus tuum.] In quibus uerbis solici-
te considerare debemus, quantū ipse in nobis frater-
nū amorē diligat, quātiūmve malū discordiē odio ha-
beat, cū munera ante altare nō oblata relinquere iu-
bet, & prius reconciliari fratri. Cū em̄ dñs nostra nō
nisi propter nos querat, illi pacis hostiam nequaquam
offerre possumus, quām diu fratribus impacisci su-

mus. **Nec** putandum est quod ei tantummodo munera offerimus, cum manibus oblationem ante altare deportamus, sed quando orationi insistimus, ac perieciunium & vigilias carnem maceramus, cum eleemosynas tribuimus, hospitem suscipimus, nudum cooperimus, & cætera his similia pietatis opera implemus, tunc munera deo offerimus. **Cauendum** ergo summopere est, ne malum discordiae contra aliquem in corde teneamus, & propter hoc nostra munera in conspectu dei accepta non sint: quomodo deo placabilem hostiam (ut dictum est) offerre non possumus, quandiu proximis implacabiles sumus. **Notandum** autem quia non ait: **Si** tu habes aliquid aduersus frater tuum: sed: **Si** frater tuus habet aliquid aduersum te. **Tunc** enim frater noster aduersum nos habet aliquid, quando nos aedit. **Pergendum** ergo est ad reconciliacionem. & si ueniam petere uoluerit, quod in nobis peccauit, clementer est dimittendum, propter hoc quod dominus ait: **Cum** stabis ad orandum, dimittire &c. Si autem ueniam postulare noluerit, spiritus fratres secretius immittendi sunt, qui eum ad humilitatis satisfactionem prouocent, iuxta præceptum domini dicentis: **Si** te audire noluerit frater tuus, adhibe tecum unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. **Si** autem contumax & superbus perseverauerit ille, qui in te peccauit, non necesse est ut tu ei ueniā postules, sed tamen propter deū ex corde dimitte, ut securus accedēs ad altare, dicere possis: **Dimitte** nobis debita nostra, sicut & nos dimitterimus debitoribus nostris. & ut impleat in nobis, quod dominus ait: **Si** dimiseritis hominibus peccata eorum, & pater uester celestis dimittet uobis peccata.

VIL
POST PENTECOSTEN. 329

cata uesta. Quod si ex utraque parte negligentia cōtigit, ab utraque ueniat satisfactio procedere debet. Hec tamen discretio in hac reconciliatione obseruanda est, ut si ille qui alium laesit, temporale damnum intulit, quod iniuste abstulit, iuste restituat. Si autem uerbo aut conuictio tantum proximo fecit iniuriam, sufficere creditur sola uenientia postulatio ad satisfactionē. Vnde post reconciliationem à domino dicitur: **Et** tunc veniens offeres munus tuum. Esto cōsentiens aduersario tuo dum es in via cū eo. Forte mouet aliquem ad querendum, quis sit aduersarius noster, cum quo cōcordare nos iuber dominus noster. Cui respondendum est, quia aduersarius iste sermo dei intelligitur, non quia recte aduersarius sit nostræ salutis, sed quia contradicit nostræ carnali uoluntati. Verbi gratia: Carnalis delectatio pertrahere nos cupit ad adulterium, contrarius autem tibi sermo dei clamat: Adulteri regnum deinō possidebunt. Et alibi: Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Et iterum: Qui uiderit mulierem ad concupiscēdum eam, iam mortuatus est eam in corde suo. Si autem audita hac uoce, uitaueris carnalem delectationē, id est, ardorem libidinis freno continentię restrinxeris, cōcordasti cum aduersario tuo in bono tuo. Dicamus & alius, suggerit tibi ebrietas & immissit faucib⁹ tuis siccitatem, usq; quo uenias ad ebrietatem, sed contradicit tibi sermo diuinus: Videte, ne grauentur corda uestra in crapula & ebrietate. Et iterum: Ebriosi regnum dei non possidebunt. Vince ergo delectationem potandi, & concorda cum aduersario tuo. Sic de cæteris, uītiis sentiendum est, in quibus caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Et hęc

sibi inuicem aduersantur, ut non ea quae uolumus faciamus. **Via** autem, præsens est uita. Quādiu enim in præsenti uita manemus, q̄ si in via & in itinere sumus, et necdum ad pariam peruenimus. In via ergo cum aduersario nostro concordare iubemur, q̄a post mortem, nec audiendi uerbum dei, nec emendandi locus erit, Salomone testante, quiait: **Quodcunq; potest manus tua facere, instanter operare:** q̄a nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia est apud inferos quō tu properas. **Vnde** & de his, qui tarde conuerti negligunt, dicitur: **Inuocabunt me, & non exaudiam.** mane consurgent, & nō inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non audē erint, nec acquererint cōsilijs meis, & detraxerint universæ correptioni meæ. **Valde** autem timendum est, quod infert: **Nefo te tradat te aduersariis iudici, et iuder tradat te ministro, et in carcere mittaris.** Si audire nolueris, & cum aduersario tuo cōcordare neglexeris, ip̄e trader te iudici, id ē, ip̄e sermo dei erit in testimonium tue damnationis, qui prohibitor fuit tuæ correptionis. **Et** nō solum sermo dei erit tibi in testimonium, sed & ipsæ cogitationes aduersum te consurgent, sicut **Apostolus** ait: **Cogitatum inuicem aduersantium, aut etiam defendētiūm in die, quando iudicabit deus occulta hominum.** Nā & ipsa terra, in qua peccamus, nobis in testimonium erit, nisi prius medicina pœnitentie sanati fuerimus, teste beato Iob q̄ ait: **Et terra aduersum me clamat.** **Minister** autem cui traditur is, qui cū aduersario suo concordare noluit, diabolus intelligitur, qui sup eos ministerium accipiet iustæ damnationis, qui sponte se tradiderunt prauæ actioni. **Ipsos enim exactores**

VII.

POST PENTECOSTEN

327

habebunt in pena, quos persuasores habuerunt in culpa. Carcer autem infernus est, ubi est uermis qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, de quo per Iohannem in Apocalypsi dicitur: Omnes blasphemati, fornicatores & adulteri, mittentur in stagnum ignis & sulphuris. Quod autem subiungit, Amen dico tibi, non eries inde donec reddas nouis simum quadrantem, Donec, aduerbiū finitum pro minimo posuit tempore, quod non solum hoc in loco sacra scriptura, sed etiam plurimis in locis facere consuevit, sicut dominus per Prophetam ait: Donec senescatis, ego sum. Et Psalmista: Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Nunc quid aut post illorum senectam deus futurus non erat, aut postquam misertus fuerit nobis, oculi nostri cessabunt respicere illum? Non, sed (sicut diximus) finitum pro infinito posuit. Qui locus Origenianos destruit, qui falsa pietate dixerunt post iudicium demones esse soluendos. Sicut enim æternum regnum præparatum est sanctis, ita æternum suppliciū reprobis, domino dicete: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Et iterum: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. Hinc per Salomonem dicitur: Lignū in qua cūq[ue] parte ceciderit, siue ad austrum, siue ad aquilonē, id ē, siue in infernum, siue in regnum dei, ibi erit.

DOMINICA VIII.

post Pentecosten

Marti VIII.

X iiiij

In illo tempore Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducaret, conuocatis discipulis, ait illis: Misericordia super turbam, Et reliqua.



Dominus Iesus Christus, deus ante secula, & homo factus in fine seculorum, ita sua opera temperare dignatus est, ut in uno eodemque miraculo se uerum deum, uerum hominem esse declararet. Quia in huius lectiōis serie cito cognoscimus, si hanc diligenter consideremus. Quod enim super turbam esuriētē misericordia motus dicitur, humanæ compassionis est indicium: quod autem de septem panibus quatuor millia hominum reficit, diuinæ potestatis est declaratio. Nec putandum est, hanc eandem esse lectionē, ubi alijs euangelistæ de quinque panibus quinque milia hominum satiata fuisse referunt: quia ibi discipuli dominum commonent, ut dimittat turbas emere quæ sibi necessaria sunt, hic autem dominus supra turbam esuriētē misericordia motus dicitur, ibi quinque panes, hic septem fuisse memorantur: ibi hordeacei, hic cuius generis annonæ fuerint, non declaratur: ibi quinque millia hominum de quinque panibus satiata sunt, hic de septem panibus quatuor millia refecta: ibi supra scenum discubuerunt, hic super terram.

POST PENTECOSTEN

329

Vnde ibi per turbam, quæ ex quinque panibus satiata est, populus sub lege ueteris testamenti positus esse designatur, qui quinque libros Moysi ad suā eruditio-
nem accepit: hic autē per turbam, quæ ex septem pani-
bus reficitur, multitudo hominū fidelium, quæ p gra-
tiam noui testamenti quotidie pascitur, designatur.
Hanc turbam Isaías in spiritu à dño pascēdam præ- Isaie. 2.
uiderat, cum dicebat: Venient ad eū omnes gentes,
& ibunt populi mulci, & dicent: Domus Iacob ueni-
te, & ambulemus in lumine dñi. Et Psalmista. Omnes psalm. 85.
gentes, quascunque fecisti, uenient & adorabunt co-
ram te dñe, & glorificabūt nomen tuū in æternum.
Et bene in illa refectione, quæ ex quinque panibus fa-
cta est, per quam populus Iudaorū diximus significa-
ri, discipuli dñm cōmonuisse dicuntur, ut dimitteret
turbas emere sibi necessaria, quia idē populus ante
aduentum domini patriarchas & pheras suos in-
tercessores habuit. In hac autē ipse dñs ad misericor-
diā cōmouetur, quia gentilis populus nō suis me-
ritis, nec aliquo interueniente, sed sola gratuita domi-
ni misericordia saluatus est, sicut Paulus apostolus
aī: Gratia dei salui facti estis. Et pulchre dñs turbā,
quam amore uerbi dei esurientem uidit, etiam cibo
corporali refecit, ut in illis adimplerer, quod ipse ali-
bi promisit, dicens: Querite primum regnū dei & iu-
sticiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis. Recte
ergo de hac turba dicitur: Quia ecce iam triduo
sustinent me, nec habēt quod māducent. Tur-
ba enim dñm triduo sustinet, cum fidelis populus in
confessione sanctæ trinitatis incessabiliter persecut-
rat. Sustinere enim hō deū dicitur, cum etiā nec in-
ter aduersa ab eius deficit amore, imitans illū q dice-

bat: **D**irige me in ueritate tua & doce me, quia tu es
deus saluator meo, & te sustinui tota die. **A**liter: **T**ur-
ba triduo dñm sustinet, cum electi intellectu, memo-
riam & uoluntatē in bono opere occupant. Siue cer-
te dñm triduo sustinet, cū fidem & spem & charitatē
inuiolabilem seruat, de quibus **A**postolus ait: **M**ane-
ant in uobis fides, spes, charitas, tria hæc. maior autē
his est charitas. [**E**t si dimisero eos ieunios in domū
suam, deficiēt in uia]. **D**omus electorē proprie cale-
stis ē patria, de qua dñs ait: In domo pris mei māsiō-
nes multæ sunt. **A**d quā ardentissimo amore peruen-
ire optabat ille, qui dicebat: **V**nā petītā dñō, hāc re-
quiram, ut inhabitem in domo dñi omnibus diebus
uitæ meæ. **V**ia autē, præsens est uita. **Q**uandiu em̄ ui-
uimus, in uia sumus necdūq; ad patriā peruenimus.
Non uult ergo dñs tibi bā ieunā dimittere, ne defici-
ant in uia: quia electi nē in præsentiuita abono ope-
re cessent, pabulo uerbi dei pascēdi sunt: qā sicut de-
ficit corpus sine cibo, ita anima sine uerbo dei. **Q**uo
cibo refici desiderabat ille, q dicebat: **D**ñs pascit me,
& nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit.
Quod autē subiungitur, **Quidam autē de longe**
venerit ex eis, si ad utrungq; populū referre uole-
rimus, populus ludator de prope uenit, q; alegis no-
titiam & dei cognitionē habuit: de longe autē gēti-
lis uenit, qn post idolorū culturā ad dei cognitionem
cōuerius est. **V**nde **A**postolus ait: **I**pse ē pax nostra,
q fecit utrāq; unū. **Q**uotidie uero in cōuersioē fideli-
um, alij de ppe, alij de lōge ad fidē ueniūt. **Q**ui em̄ in
nullis criminalibus peccatis cōraminatus dei uolūta-
tē sequitur, sine dubio de prope uenit. **S**ed & is, q lici-
to coniugio expertus ad deū conuertitur, ex pxi

POST PENTECOSTEN 331

uenit. Qui autem post publica flagitia, adulteria, fure
ta, homicidia, ebrietates, rapinas, per penitentiam
ad deum conuertitur, de longe uenit. De prope autem
uenit, qui ab ipsa infantia vel pueritia, in seruitio dei
se mancipat: de longe uero, qui in senectute ad deum
conuertitur. Promittit ergo dominus cibum se da-
turum etiam his, qui de longe ueniunt, quia non so-
lum iustos, sed etiam peccatores conuersos recipit &
amat, sicut ipse ait: Non ueni uocare iustos, sed pec-
catores ad penitentiam. Et Apostolus ait: Veniens Luce. 5
Ephe. 2
euangelizauit pacem his qui erant prope, & his qui
loge. Talibus ergo nec ueniam, nec cibum abnegat
ille, qui per prophetam ait: Viuo ego, dicit dominus
deus, quia nolo mortem peccatoris, sed ut conuerta-
tur & uiuat. Et iterum: Peccator in quaunque die con-
uersus fuerit, & ingemuerit peccatum suum, omnia
peccata eius obliuioni tradentur. Et rursus: Nun- Isai. 49
quid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non
misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego
ramen non obliuiscar tui. Et in euangelio: Non est
opus sanis medicus, sed male habentibus. Et respon-
derunt ei discipuli sui: Ubi istos poterit quis-
hic saturare panibus in solitudine? In alia refe-
ctione Philippus specialiter dixisse narratur: Duce-
torum denariore panes non sufficiunt turbæ, ut unus-
quisque modicum quid accipiat. Nunc autem generali-
ter omnes discipuli dicunt: [Vnde poterit istos quis-
hic saturare panibus in solitudine?] Quādo ergo di-
scipulis difficilior res uisa ē, tāto magis miraculū dñi
clarescit. Fragilitate quippe carnis grauati apostoli,
nondum adhuc perfecte diuinitatē Christi intellige-
bant, quādo eo præsente, qui educit panem de terra

& unum, quod laetificat cor hominum, ex paucis panibus multitudinem hominum posse satiare dubitabant. Sed dominus non solum ut dubitationem discipulorum auferret, verum etiam ut multititudinem fatigatam ieiunio resiceret, ex paucis panibus multitudinem hominum reficere uoluit.

Et interrogauit eos: Quot panes habetis?

Non ignorans dominus discipulos interrogat, qui omnia scit antequam fiant, sed ut ex sua interrogatione illorum animos erudit, & discat per eius presentiam de paucis panibus multas turbas hominum satiare posse in solitudine, qui per quadraginta annos sine aratri labore immensas populi cateruas cibo mannae aluit in deserto.

Qui diterunt: Septem. In alia refectione

quinq[ue] panes hordeacei fuisse referuntur, p[ro] quos (ut diximus) scriptura veteris testamenti significata est, sub tegmine litterae latens. Nunc autem hic septem panes fuisse memorantur, propter septiforme gratiam spiritus sancti, cuius gratia illuminati apostoli eorumque successores, & fidem sanctae trinitatis, & quatuor euangeliorum doctrinam mundo annuncierunt. Quod bene septenarius numerus signat, qui constat ex primo pari & primo impari, i.e. ex ternario & quaternario. Siue quia septenarius numerus frequenter, p[ro] plenitudine ponitur, bene septem panes fuisse memorantur, quia per sancti spiritus gratiam perfectionem iustitiae consecuti sunt sancti.

Et præcepit turbæ discum bere super terrā. In alia refectione turba super secundum discubuisse legitur, quia lex carnalia tamen prohibebat peccata. Omnis enim caro foenum, & omnis gloria eius tanquam flos agri. In hac autem, per quam gratiam noui testamenti diximus figurari, recte turba super terram discubuit: quia gratia noui testamenti non solum

culpas operis, sed etiam culpas cogitationis restrin-
git: nec solū aliena rapientibus cōtradicit, sed etiam
ad perfectionem tendentes proprias facultates cum
ipsa terra relinquere monet, dñō dicente: Si uis perse-
ctus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da paupe-
ribus, & habebis thesaurum in cælo: & ueni, sequere
me. Et sicut ipse alibi ait: Nisi q̄s renunciauerit omni-
bus quæ possider, patrem, matrem, uxorem, liberos,
fratres & sorores, seruos & ancillas, & agros propter
nomen meum, non poteſt meus esse discipulus. Mo-
raliter autē turba super terrā discubuit, cū fidelium ani-
mæ suæ fragilitatis memores, terrā se iugiter & pul-
uerem esse cōſiderant, dicentes cum Psalmista: Ad-
hæſit paumento anima mea, uiuifica me scđm uer-
bum tuū. Et iter: Qm̄ humilitas est in puluere ani-
ma nostra, conglutinatus est in terra uenter noster.
Taliter ille super terrā discubuerat, qui dicebat: Lo-
quar ad dñm meum, cū sim puluis & cinis. Et acci-
piens septem panes, gratias agens fregit, et
dabat discipulis suis ut apponenter, & apposuerunt
turba. Nam superius per septem panes, septē dona
spiritus sancti figurari diximus. Dñs ergo septem pa-
nes accepit, quia præ omnibus hoībus specialiter se-
ptem dona sp̄s sancti in se habuit, dicente pphera:
Et requiescer super eū sp̄s domini, sp̄s sapientiæ &
intellectus, sp̄s consilij & fortitudinis, sp̄s scientiæ
& pieratis, & replebit eum sp̄s timoris domini. Fre-
git autē panes & dedit discipulis suis, quia eiusdē spiri-
tus sancti dona unicuiq̄ sanctior, prout uult, distri-
buit, alijs largiēs sermone m sapientiæ, alijs sermonē
scientiæ, alijs genera lingua, alijs interpretationem
lettrotium, alijs discretionem spirituum. Siue dedit

Luce. 1.4.

Psalm. 118

septē panes discipulis ut apponenter turbæ, qñ post resurrectionē apparens illis, insufflauit & dixit eis: **A**ccipite spm sanctū. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. **D**iscipuli autē apposuerunt turbæ, quia per eos prædicationem notitiā sacri mysterij mundo uoluit innotescere. **P**ulchre refectionus turbā gratias egisse dicit, ut ostenderet in omnibus bonis operibus deū à nobis esse glorificandū. [E]t habebat pesciculós paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi.] Per pesciculós, q̄s benedixit & apposuit turbæ, sanctorū imitabilis conuersatio designatur, qui non solū more pisciū saltus super aquas dare cōsueuerunt, contēnentes terrā & amantes cælū, sed etiā inter fluctus variarū persecutiōnum spiritualiter crescent & proficiunt, dicentes cum Apostolo: Etsi exterior homo noster corruptitur, sed is q̄ interior est, renouat. Cum septē ergo panibus paucos pesciculós iussit apponi, quia sc̄torū exempla cum p̄dicatione verbi ad imitandū nobis q̄tide prædicatores proferunt. Bene autē pauci pesciculi fuisse memorantur, quia sanctorū conuersatio, suo iudicio humilis est & despecta, quibus saluator ait: Nolite timere pusillus grec, quia cōplacuit patri uestro dare uobis regnū. De quibus per Salomonē dicit: Lepusculus plebs inualida, collocat in petra cubile sibi. Et recte in illa refectiōne, quæ ex quinque panibus facta est, duo pisces fuisse memorātur, & hic incertus numerus ostēditur: quia ad comparationem illorum, qui ex populo Iudeorum credituri erāt, infinita multitudo ex gentili populo ad fidē uenit, domino dicente: Multi uenient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraam, Isaac & Jacob in regno

PROPOST PENTECOSTEN 338

exlorum, Et manducauerunt, et saturati sunt. Non omnes æqualiter māducauerunt, sed omes ad unam satietatem peruenierunt; quia scriptura sacræ intellectum non omnes æqualiter capiunt, sed tamē omnes pro modo & persona sua spiritalem refectionem in ea inueniunt. Vnde bene de manna dī: Qui Erodit regi plus habuit, non abundauit; & qui minus, non mino 2. Corin. 8 rauit, sed omnes mensi sunt ad mensurā gomor. Est enim scriptura sacra fluuius quidam, magnus & parvus, excelsus & humilis, in quo elephas natat, & agn⁹ pedibus ambulat: quæ spiritales & doctissimi uiri, quæ so plenius eius intellectū degustant, tanto amplius est quod in eo esuriant: & humiles & paruuli, scđm modulum suæ capacitatis, unde satientur, in ea inueniunt. De quibus per Psalmistam sic dicitur: Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominū qui requirunt eum, uiuent corda eorum in seculum seculi. Eccl. sustulerunt quod superauerat de fragmē-
nia septem sportaqs. Hic domini miraculū augmentatum est. Magnum enim esset miraculū, si de septē panibus, quatuor millibus hominū satiatis, nihil superesset. Sed crevit signū, auxit admirationem. Non solum enim de septē panibus quatuor millia hominū satiata sunt, sed etiam de fragmentis, iuxta numerum panum, septem sportæ repletæ sunt. Quod ergo turba nō capir, apostoli in sportis sustollūt: quia obscuriores sentētias sacræ scriptura, quas simplices capere nequeunt, magistri & doctores ecclesiae in proprijs pectoribus recordere debēt, ut tempore doctrinae unicuique personæ cibū spiritalē tribuere possint: quia turpe est eo tempore discere, quādo quis debet docere: & sicut de illis, de quibus dominus ait: Fidelis Luc. 11.

336 **D**OMINICA VIII.

seruus & prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. Pulchre in illa, quae ex quinque panibus facta est, duodecim cophini fragmētorum remāserunt: quia Iudaicus populus duodecim apostolos plenos spiritu sancto, ad suam eruditōnem habuit. In ista autem iuxta numerum panū, septem spora sustollūtur: quia ecclesia ex gentib⁹ collecta, per septiformē gratiam spiritus sancti celebratur, regitur atque reficitur. In cuius typo Iohānes in Apocalypsi sua septē ecclesias enumerat, nec non & septem candelabra aurea, & septem cornua agni. Vnde Zacharias prophetā ait: In lapide uno septē oculi sunt. Recte aut̄ per septem sporas, p̄cordia sanctor̄ significātur, qui sp̄s sancti gratia illuminant & uiriditatem fidei immarcescibilem seruat, & tēla nequissimi ignea spiritib⁹ armis extinguentes, ad trophæum perpetuæ uictoriae rendunt. Spora em̄ ex iuncō & palma cōtexitur. & iuncus quidem iuxta humorē aquæ nasci consuevit, palma uero dicta ē quasi pacis alma, quæ uictricem solebat ornare manū. Sancti ergo uiri, quasi iuncus iuxta aquam uiridescunt, quādo meditationi scripturæ insistunt, ne à fide & bonis actibus arescent.

Zacharij.3. **J**eremi.17. te possint, de quibus scriptum est. Benedictus uir qui confidit in dñō, & erit dñs fidutia eius. & erit tanḡ lignum quod plantatū est seclus decursus aquarum, quod ad humorē emitit radices suas, & non timebit cu uenerit aestus, sed erit foliū eius uiride, & in tempore siccitatis non erit solitū, nec aliquā definet facere fructum. Quasi aut̄ cum iuncō palma in spora cōtexitur, qñ idem sancti uiri contra carnis uitia & cogitationū spiritale bellū suscipiunt, scientes qā ca-

POST PENTECOSTEN 337

ro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Et haec sibi inuicem aduersantur, ut non quae uolumus, illa faciamus. Quorum constantissima perseverantia manifestatur, cum subditur: Erant autem qui manducauerunt, quasi quatuor milia, et dimisit eos. Non frustra quatuor millia hominum a domino resciuntur. Quaternarius enim numerus perfectus est, & in suis partibus diuisus, prefectio nem obtinet. Diuiditur enim in unum, duobus & tribus. Vnum namque ad deum pertinet, quia unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis. Duo, ad geminam dilectionem uel duo testamēta. Tres, ad sanctam indiuuiduamq[ue] trinitatem, patris scilicet & filii & spiritus sancti. Quatuor autem ad gratiam noui testamenti, uel ad quatuor libros euangelij, quae maxime in his describitur. Quia ergo in quatuor libris eu angelior inuenimus, qualiter unum deum credamus, & qualiter geminam dilectionem habeamus, necnon qualiter sanctam indiuuiduamq[ue] trinitatem confiteamur, recte quatuor millia hominum a domino satiata esse dinoscimus. Siue recte, quae quatuor millia hominum a domino resciuiimus, nos mystice docemur, ut si spiritualiter resciuolumus, quatuor principales uirtutes, prudentiam scilicet, temperantiam, fortitudinem atque iustitiam, quibus nihil est utilius in uita hominis, habeamus. Quia enim quadratus lapis non fluctuat, sed in quamcunque partem uersus fuerit, & qualiter iacet, recte quaternario numero constantia sanctorum designatur, qui non circunferuntur omnuento doctrina, sed ut firmi lapides, siue in prosperis, siue in aduersis, in bonis actibus & in fide constantissime perseue-

Sala. 9

Ephe. 4

DOMINICA IX.

rant, considerantes illud quod dñs ait: **Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit.** Siue, quia & fidē bene credendi, & constantiam recte uiuendi p qua-
tuor euangeliorum doctrinam discimus, recte qua-
tuor millia hominū de septem panibus refecta fuisse
memorātur. Non enim aliter credere aut uiuere de-
bemus, nisi quomodo quatuor euangelia docent.
Vnde Iohānes in Apocalypsi quatuor animalia an-
te thronū dei plena oculis ante & retro se uidisse te-
statur, clamantia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus
deus sabaoth, qui est, & qui erat, & qui uenturus est,

DOMINICA NONA

post Pentecosten. Matt VII.

TIn illo tempore dixit Iesus discipulis su-
is: Attendite a falsis prophetis, qui uenis-
tis ad uos in uestimentis ouium. Et reliqua



PRævidens dñs doctri-
nam hæreticorum con-
tra electos in ecclesia
futurā, necnon & malitiā
falsorum catholicorum sa-
uiram, indicū cognitiōis
eorum prius ostēdere uo-
luit, ut tanto facilius cau-
ti possint, quanto manife-
stiū cognosci. **A**it enim:
Attendite a falsis pro-
phetis, qui uenient ad
vos in uestimentis ouium. inter insecus autem
sunt lupi rapaces. Quod specialiter de hæreticis

POST PENTECOSTEN 339

intelligendum est, qui falsi prophetæ sunt, dum de substantia diuinitatis & humanitatis multæ mentiuntur, scripturas sacras, quæ diuinitus inspiratæ sunt, ad suum sensum pertrahere cupientes. **V**i enim simplicium fratrum corda facilius decipere possint, quæ ouium uestimentis se induunt, dum catholicorum patrum sententias suæ doctrinæ interserunt. **S**ciune enim quia si semper mala dicerent, citius cogniti cauerentur. **E**t ideo bona malis miscent, ut dū libenter auditur id quod uerum est, nō facile discernatur hoc quod falso est: morem ueneficorum seruantes, qui dum cuilibet uenenum porrigere uolunt, ora calicis melle liniūt, ut dum gustatur id quod dulce est, absq; retractione perueniatur ad id, quod mortiferum est: ad similitudinem scorpionum aculeos in caudis gestantes, quoniā hæretici in primis uerbis bona ostendunt, in nouissimis autem peruersa dogmatizant, unde & pungūt. **T**ales ergo lupis rapacibus comparantur, quia cum exterius lingua blandiantur, interius animo sequuntur. **Q**ui sicut lupus gregem dispergit, dilaniat arcti dilacerat, ita & hæretici uenenosum animu[m] habētes, mentes simplicium dilaniare nō cessant. **E**t quos in occulto decipere non possunt, publice insequuntur. **E**t ideo se bonos esse simulant, ut simplicium animos ad suam hæresim rapere possint, uel certe eorū substantias quasi boni magistri accipere. **Q**uod Paulus apostolus in epistola sua scribit, dicens: **H**i sunt qui penetrant domos uiduarum, & capiuntas ducunt mulierculas oneratas peccatis, & p[ro] dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. **T**ales lupos futuros idē Apostolus preuidebat, quando dicebat: **S**cio quia post discessum meum in-

340 **D**OMINICA IX.

trabunt in uos lupi graues, lupi rapaces, non parcer
tes gregi. Ex uobis consurgent uiri iniqui, loquentes
mendaciū, & abducent discipulos post se. Hos eriam
caueri ab apostolis uolebat dñs, qbus dicebat: Ecce

Matth.10 ego mitto uos sicut oves in medio luporum. Estote er
go prudētes sicut serpentes, & simplices sicut colum
bae. Moner ergo dñs tales lupos cauere, qd sicur do
ctissimi uiri & catholici hæreticis resistere debet, sic
abeor consortio simplices declinare, ne dū eorū do
ctrina auditur, mentes audientiū cōmaculentur, Io
Johann.1 hanne apostolo admonēte, q ait: Si qs uenit ad uos,
& hanc doctrinam non afferit, nolite recipere eum int
domo, nec aue ei dixeritis. Si quis dixerit ei, aue, com
municat operibus illius indignis. Hinc & Aposto
lus ad Timotheū sc̄bit, dicens: Hæreticum hoīem
post unam & sc̄dam correptionē deuita, sciēs quia
puersus est hm̄oi. Huic cōuenire pōt illud Maronis:

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigid⁹, o pueri fugite hinc, later anguis in herba.
Aliter: Lupi rapaces, falsi catholici intelliguntur, q
confitentur se nosse deum, factis autē illum negant.
Qui dum habitū Christianitatis assumunt, quasi ouī
nis pellibus induiti apparent. Bene autē lupis rapaci
bus comparantur, quia dum carnaliter uiuunt, aliquā
aliros suo malo exemplo ad malū pertrahunt, aliquā
aliorū substantias more loporum diripiunt. de quali
bus per prophetam dicitur: Facti sunt principes tui
ut lupi uespertini, ad uesperū non relinquētes in ma
ne. Tales ergo dñs iuber cauere, quia sicut bonorum
consortium multum adiuuat, sic malorum societas
frequēter multum nocet, teste Propheta qui ait: Cā
sancto sanctus eris, & cum uiro innocentē innocens

POST PENTECOSTEN

341

eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Et Salomone dicente: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, Amicus stultorum, efficietur si milis. Hinc idē Salomon nos admonet, dicens: Noli esse amicus homini iracundo, nec ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandulum animae tuę. Hinc Paulus discipulis scribit, dicens: Si quis frater nominatur, & est fornicator aut adulterus aut avarus, quod est idolorum seruitus, cū huiusmodi nec cibum sumere. Sed nunquid semper latet haeretici, aut falsi catholici sub ouina pelle, aut semper possunt abscondi? Non. Nam qualiter cognosci ualeant, dñs aperuit cum adiungit, dicens: Efructibus eorum cognoscetis eos. Fructus enim à fructuō nomen accepit, unde per fructum opera significantur. Si ergo interrogas q̄ sunt boni fructus, à quibus hominem cognoscere possis, apostolus Paulus manifestat, dicens: Fructus enim spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continētia, castitas. Noli ergo in haeretico querere folia uerborum pulchra, sed fidei puritatem. Noli attendere in Christiano solū modo famam bonaę opinionis, sed fructum inquire rectę operationis. Noli attendere linguam, sed manum. Quia sicut non laudatur arbor ex pulchritudine foliorū vel florū, sed ex abundantia frugum, ita quoq; haeretici vel falsi catholici, non sunt ex simulatione laudandi, sed ex fructu boni operis. Nō est enim (ut dñs alibi ait) arbor bona, faciēs fructus malos, neq; arbor mala faciēs fructus bonos. Vnaquæq; arbor ex fructu suo cognoscitur Vnde & subditur: Hūquid colligunt de spinis vuas, aut

Y iii

de tribulis fucus: Spina & tribulus arbores sunt
plenæ aculeis, ita ut uix absq; læsiōe tractari possint.
Quibus contrariae sunt fucus & uitis, quæ & fragran-
tiam suauissimi odoris, & fructum dulcissimi sapo-
ris reddūt. Per spinas ergo & tribulos, uitia & pecca-
ta signantur, de quibus à domino primo homini di-
ctum est: **T**erra tua spinas & tribulos germinabit i-
bi. Per uuam uero & ficum dulcis arque suavis fru-
etus charitatis accipitur, quem palato mentis sene-
rat ille, qui dicebat: **Q**uām dulcia faucibus meis elo-
quia tua, super mel & fauum ori meo, **S**icut ergo spi-
na & tribulus intractabiles sunt, ita hæretici & falsi ca-
tholici amari & aculeati proximis inueniuntur: & id
eo illorum falsa doctrina, & istorum prava exempla
fugienda sunt, q; ait Salomon, **Q**ui tetigerit pi-
cem, inquinabit ab eo: & q; dissipat sepē, mordebit eū
coluber. **V**el (ut quidam tradunt) per uuam & ficū,
dulcedo memoriae regni cœlestis accipitur. **I**gitur de
spinis non colligitur uua, neque de tribulis fucus, quia
si requiritur in hæretico fructus charitatis, spina dis-
sensionis inueniūtur: & si in falso catholico amor cœ-
lestis, amor terrenus reperiſ: & si fructus castitatis,
fructus libidinis intuetur. **S**ed quamvis spina uuam
nō gignat, solet tamē uitem cum botro sustinere.
Quia hæretici & falsi catholici, cum in multis mali-
sint, solent tamen quædam bona docere, & quæ-
dam religiosa ostendere. **Q**uid ergo de talibus faci-
endum erit? **N**unquid propter spinam relinquendus
est botrus, id ē, propter mala bona? **A**bsit. **S**ed ut pa-
ter Augustinus ait, **S**ic carpēdus est botrus, ut tamē
caueatur spina. **S**icut enim hæreticorum doctrina à
simplicibus uitis penitus fugienda est, sic à catholi-

eis & orthodoxis patribus, qui sciunt discernere inter ueram & falsam doctrinā, mala respuenda sunt, ut bona in autoritate ecclesiastica assūmātur. Quod dominus in lege figurate ostendit, quando egredientibus filiis Israele ex Aegypto, præcepit eis, ut mutua rēt a uiciniis suis uasa aurea & argentea nō pauca, ut ex poliarent Aegyptū. Quid per argentū, nisi sacra scripturæ præclarus sensus accipitur? Eloquia enim domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Per aurum uero, uitor eloquij exprimitur, Salomonē dicente: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Quasi ergo uasa aurea & argentea à uiciniis mutuo accipimus, quando ab hæreticis & paginis necessarias sententias uel nitorem eloquētiæ ad nostram utilitatem assūmimus. Vnde in eadem lege alibi figuraliter p̄cipitur: Si gressus fueris ad bellū contra hostes tuos, & tradiderit eos dominus deus tuus in manus tuas, captiuosq; eos duxeris, & uideris in numero mulierū puellam pulchram quæ placet oculis tuis, uoluerisq; eam habere uxorē, introduces eam in domum tuam, ira tamen, ut prius cæsariem capitis eius radas, & summitates unguium illius præcidas, lugeatq; patrem suum & matrē in domo uno mense, & post hæc introduces eam ad te, & erit tibi uxor. Spiritualiter autē ad bellum procedimus, quādo cum hostibus ecclesiæ (id est, hæreticis) de fide Christiana & religione cōflictum habemus. Cumq; diuina autoritate superati, tradiderite eos dominus deus noster in manus nostras, si inuenierimus in numero disputationū sententias ad nostram fidē roborandā necessarias, assūmamus eas nobis in uxores, ga ut ait Salomon: Uxor uiri, sapientia est: ita q;

men, ut prius cæfariem capit is eius radamus, & sum-
mitates unguium præcidamus. i. quicquid superflu-
um, quicquid hæreticum, quicquid nostræ fidei pra-
rum & contrarium est, discernamus & abijciamus.
Si quis autem ex his ad nostrâ fidem catholicâ con-
uersti uoluerit, non est repellendus, sed recipiendus, ita
tamen, ut lugeat prius patrem suum & matrem uno
mense. i. de pristina conuersatione & hæretica pra-
uitate, qua inquinatus uel nutritus est, pœnitentiam
agat, & anathematizet & diluat. **Sic omnis arbor**
bona fructus bonos facit, mala autem arbor
fructus malos facit. Quod arbores in scripturis
homines significant, dominus manifestat cum alibi
dicit: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bo-
num: aut facite arborem malam, & fructum eius ma-
lum. Et cæcus, qui à dho illuminatus fuerat, aiebat:
Video homines q̄si arbores. Daniel quoq; in uisio-
ne Nabuchodonosor regis, magnā arborem ipsum
regem interpretat. Et per Psalmistā de iusto dicitur:
Iustus ut palma florebit, & sicut cedrus Libani mul-
tiplicabitur. Quod ergo ait, [**Sic omnis arbor bona**
fructus bonos facit, mala autem arbor fructus ma-
los facit, tale est ac si diceret: Sicut nec spina uuā, nec
tribulus generat sicū, sic ex radice uitiosa malus fru-
ctus procedit, & ex bona intentione bona operatio
nascitur. Vnde & subditur: **Non potest arbor bo-**
na fructus malos facere, neque arbor mala
fructus bonos facere. In quo loco quæstio ani-
mū pulsat, quare dicat,] **Nō potest arbor bona fru-**
ctus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos fa-
cere,] cū legamus Paulū apostolū arborem utique
bonam fructum malum fecisse, quando ecclesiā dei

POST PENTECOSTEN 345

persecurus est: & ludam arborem malam, fructū bonum fecisse, quādo cum cæteris apostolis securus est dominum. Ad quod respondēdum, quia sicut ex radice arboris fructus procedit, & ex ipso fructu, cuius generis uel saporis sit cognoscitur, ita ex intentione cordis opus perfertur. Et sicut dñs dicit, Qualis fuerit intentio tua, tale erit & opus tuum. Ideoq̄ bonus homo rādiu malos fructus facere non potest, quādiu in radice bona intentionis perseverat: nec malus homo rādiu fructus bonos facere potest, quādiu in mala intentione perdurat. Iuxta quem sensum legimus & Petrum apostolum arborem utiq̄ bonam, malos fructus fecisse, quando dñm negauit. Et Iethro, cum prius mala arbor esset, bonum fructum fecit, quando Moysi utile cōsilium dedit. Similiter & Dauid, bona utiq̄ arbor, fructum malum fecit, quando per concupiscentiam carnalem adulterium & homicidium per petrauit. Nabuchodonosor autem, cum esset mala arbor, bonum fructum fecit, qñ deum Danielis in toto orbe adorari iussit. Potest tamen & malus homo essi bonus, si deseruerit malū: & qui uidebarur bonus, effici malus, si recesserit à bono. Sed q̄a unus idemq̄ homo, in uno eodemq̄ tempore, bonus simul & malus esse non potest, non potest arbor bona fructus malos facere, neq̄ arbor mala fructū bonos facere. Valde autem terrible est, quod subinfertur: Q̄mis arbor quæ nō facit fructū bonū, excidetur & in ignem mittetur. Non dicit, quæ facit fructum malum, sed quæ non facit fructum bonum. Vbi ē diuerso colligere possumus, quæ poena præparata sit male operantibus, qñ poena prædicta etiam à bono ope re torpentibus. Si em in ignem mittitur, qui nudū nō

uestiuit, in quē ignē mittendus est, qui uestitū expollauit: **E**t si ad pœnā uadit ille, q̄ propria non dedit, ad quam pœnā iturus est qui aliena rapit? Nullus ergo à bono opere torpens, falsa securitate se decipiat; q̄a omnis arbor quæ non facit fructū bonum, excideatur & in ignem mittetur, iuxta illud quod dominus alibi ait: **O**mnen palmitem in me non ferentem fructum, oportet abcidere & in ignem mitti. **N**on enim sufficit declinare à malo, nisi quisque studeat facere bonum. **V**nde dominus uineæ quærēs fructum in fuculnea, & non inueniens, ait colono: **E**cce anni tres sunt, ex quo uenio quærēs fructum in fuculnea, & nō inuenio. **E**xcede ergo illam, ut quid etiam terram occupat. **D**e hac arbore per Iohannem Baptistam dicitur: **I**am securis ad radicem arboris posita est. **E**xciditur enim arbor, quando homo moritur. **E**xcisa autem in ignem mititur, quando quisque peruersus per mortem gehennæ concremationem inuenit, qui dum uiuereret, fructum boni operis facere recusauit. **I**ngemina nāque dominus bonarum malarumq; arborum cognitionem, cum adhuc subiungit, dicens: **I**gitur ex fructibus eorū cognoscetis eos. Quasi em fructus, in quibus malæ arbores à bonis discernantur, Paulus apostolus ostendit, dicens: **M**anifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, iniurictia, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, lecta, inuidia, homicidia, ebrietates, compensationes & his similia. **T**alia qui agunt, regnum dei non consequentur. **D**e qualibus per Ieremiam prophetam dicitur: **M**aledictus homo qui cōfidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino

POST PENTECOSTEN 347

recedit cor eius. Erit enim quasi myrice in deserto, &c.
non uidebit cum uenerit bonum, sed habitabit in sic-
citate, in solitudine, in terra salsuginis & inhabitabi-
li. At uero bona arbor quales fructus proferat, idē
propheta declarat, dicens: Benedictus vir qui confi-
dit in domino, & erit dominus fiducia eius, & erit tā-
quam lignum quod transplantatum est securus decur-
sus aquarum, quod ad humorem mittit radices suas,
& non timebit cum uenerit aestus. & erit folium eius
uiride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec
aliquando desinet facere fructum. Tales fructus bo-
na arbor proferebat, quae dicebat: Ego autē sicut oli-
ua fructificaui in domo dei, sperauī in misericordia
dei in æternū, & in seculum seculi. Tales dominus
suos discipulos, bonas utique arbores, proferre uole-
bat, quibus dicebat: Ego uos elegi de mundo, & po-
sui uos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester
maneat. Inaniter autem quidam folia habent uerbo-
rum, qui recusant proferre fructus operum. Vnde &
subditur: Non omnis qui dicit mihi, domine domine,
intrabit in regnum cælorū, sed qui facit uoluntatem
patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cæ-
lorū. Dicere enim domine domine, fructus boni ope-
ris esse uidetur: non autem facere uolūratem eius, nō
ad bonam arborem pertinet. Non enī sufficit sola cō-
fessio, si defuerit bona opatio, domino alibi dicente:
Quid autem uocatis me, domine dñe, & non facitis
quæ dico? Hinc Iacobus apostolus ait: Fides sine opi-
bus mortua est. Vnde eos, q[uod] de sola fide gloriaban-
tur, exemplo dæmonū terruit, dicens: Tu credis quoni-
am unus deus est, bene credis, & dæmones credūt, &
contremiscunt. Quos autem dominus per prophe-

348

DOMINICA X.

nam reprobat, dices: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Tales tempore iudicij, quia sine fructu boni operis clamabunt: Domine domine, aperi nobis, audire merebuntur: Amico uobis, nescio uos. Qui ergo uult intrare in regnum cælorum, non solum scire desiderer quid uelit deus, sed etiam implere quod iubet, quia sicut dominus ait in euangelio: Beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Et iterum discipulis: Scitis hæc, beati eritis, si feceritis ea.

DOMINICA X.

Lucæ XVI.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat dñes, qui habebat uillicum. Et reliqua.



Sus sacrae scripturæ est, ut aliquando iuxta literam sic quædam facta cōmemoret, ut tamē intellectum spiritualem in eis requirat, aliquādo uero solummō per similitudinem quædam profienda commemoret, ut audentis animum ad intelligendum inuisibilia emoliat. Quod in euangelio frequentius inuenitur, ubi ex precedenti admonitione similitudo nascitur, & ex eadem similitudine admo-

PRE POST PENTECOSTEN. 349

Hic subinfertur. Quod utrumq; in hac similitudine cognoscimus, si praecedentia & subsequentia diligenter consideremus. Nam cū accessissent publicani & peccatores ad Iesum ut audirent illum, & murmurarent scribæ & pharisæi, ut supra euangelista retulit, posuit eis similitudinem centum oviuum, & unius perditæ & inuentæ. Deinde adiunxit similitudinem decem drachmarum, gaudiumq; dixit esse in celo super uno peccatore penitentiam agente. Tertiam quoque addidit similitudinem de prodigo filio, qui dissipauit substantiam suam cum meretricibus: postea uero regere ceperit, misericorditer ac benigniter à patre suscepitus est. Vbi cū ostendisset peccatores conuersos non solum esse contemnendos, sed etiam recipiendos, ut animos discipulorum ad misericordiam prouocaret, conuersus ad illos, dixit: **Homo quidam erat diues, qui habebat villicum.** Ex qua similitudine exhortatio nata est, quū illa finita, dicit: **Et ego vobis dico: Facite yobis amicos a deum in iustitiam.** Et reli. Sed quia hac per similitudinem dicta sunt, quid spiritualiter significet, breuiter cōmemorare liber. Spiritualiter, homo iste **deus omnipotens** est, de quo scriptum est: **Homo est, & quis cognoscet eum?** Et, **Ecce ueniet deus & homo de domo David.** Qui bene diues esse dicit, quia apud illum sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Cuius diuinitarum magnitudinem nec ille considerare ualebat, qui postquam ad tertium cælum datus fuerat, dicebat: **O altitudo diuinitarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uicē eius.** Illius villici nos sumus quos ad imaginem & similitudinem suam creauit, quia

Jeremias 17

Roma 11

bus etiam sensum & intellectū præbuit. **V**illicus em-
ā uilla nomen accepit, qui alienæ uillæ curam habe-
re dinoſcitur, quem nos cœconomum, uel diuulgato
ſermone dispensatorem poſſumus appellare. **E**t re-
uera magnas suas diuitias deus omnipotens nobis cō-
misiſt, quando rationalem ſenſum & intellectum cō-
munem cū angelis p̄e cæteris creaturis tribuit. Ma-
le autem diuitias dñi noſtri diſpensamus, qñ ſenſum
diſcretionis, quem ad uſum boni accepimus, in uſum
conuertimus uitiorum. **D**iffamamur autem apud do-
minum, quod diſſipemus bona iſpiſi, quia nō ſolum
corda noſtra cōſpicit, cuius oculis nuda & aperta ſunt
omnia, ut uideat, ſi eſt intelligens, aut requirens de-
um, ſed etiam ab angelis depuratis noſtra opera die
noctuī illi nunciantur, ſicut uiro iusto ab angelo di-
Thobie. 12 ſtūm eſt: **C**um oraretis, ego obtuli orationes ueſtras
ante deum. Siue certe diſſamamur apud dominum
noſtrum, quando ex nobis p̄fis m alam opinionē da-
mus, in tantum, ut pudorem uel reverentiam p̄ijs mē-
tibus ingeramus, ut ſimus de illis, quibus ait **Apoſto-**
lus: **N**omen dei per uos blaſphematur inter gentes.
Sed nunquid ſemper male diuitias domini tractabi-
mus? **N**on. **A**udiſequētia. **E**t vocauit illum. **z**at
illi: **Q**uid hoc audio de te? **R**edde rationem
villicationis tuæ. **I**am enim non poteris vili-
care. **D**upliciter nos uocat deus in p̄ſenti ad p̄e-
nitentiam, & in futuro ad iudicium. **V**ocamur ergo
ad reddēdam rationem villicationis noſtræ, cum de
p̄ſenti uita ad eius iudicium ducimur, ubi non fo-
lum de opere, ſed etiam de ocioſo ſermone rationem
redituri ſumus. **E**t poſt hęc nō poterimus uillicare,
q̄a poſt meritū (ut ait Salomon) nec opus, nec ratio,

POST PENTECOSTEN

351

Nec sapientia, nec scientia apud inferos erit. Vnde per Psalmistam deo dicitur: In inferno autem quis confiterbitur tibi subauditur, nullus. Quibus ex epis territi, imitemur uillicum, qd in futuro sibi prudenter fuidit, dicēs intra se: Quid faciam, quia dñs meus ausertus est me uillicationē? Fodere non ualeo mendicare erubescō. Scio quid faciā, ut cum amotus fuero à uillicatio ne, recipiat me in domos suas.] Fodere rusticorū est, mendicare cōfusionis. Fodiendo enim agitur, ut species terrae, quæ infra latet, extra appareat: & quæ exterius apparet, deorsum iaciaſ. Quid aut p̄fessionē, nisi confessio peccatorū designatur? Sicut ergo fodiendo terra speciē uertimus, ita uomere compunctionis corda nostra exarantes, peccata quæ interius latent, p confessionē aperimus. Et inde ea ante oculos dñi abscondimus, quod per cordis compunctionē ea ministris dei confitēdo pandimus, sicut uoce penitēris in Psalmo legitur: Delictū meum cognitū tibi feci. Et iterū Dixi, cōsitebor aduersum me iniustitiam mē domino, & tu remissisti impietatē peccati mei. Vnde in legē figuraler præcipit, ut Israelitæ pergētes in itinere paxillos iuxta balteos ferrēt, & egressi ad requirendā necessaria naturæ, fodientes in terrā stercore humo operirent. Sicut ergo per paxillos cordis cōpunctio, sic per stercore peccata designant, dicēte propheta: Computuerūt iumenta in stercore suo. Iubemur ergo paxillos habere iuxta balteos, ut quotidiana peccata quotidiana p̄cūnitia & compunctione fodiendo cooperiamus. Mendicare enim, ut diximus, confusio nis est, maxime illo pessimo genere mendicandi, qd fatuas uirgines legimus mendicasse, quando pruden tibus dixerūt: Date nobis de oleo uestro, quia lampā

Dente. 35

Joel. 10

des nosse extinguntur. Quibus dictum est: **N**e forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes & emite uobis. De quo genere pessimo mendicandi etiam per Salomonem dicitur: Proper frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei, Ait ergo uillicus: [Fodere non ualeo, mendicare erubesco.] Quia post mortē nec fructuosam penitentiam de malis agere licebit, nec in bonis exerce-re, sicut uoce sapientiae per Salomonem de reprobis dicitur: Inuocabunt me, & non exaudiam, Mane cō-surgent, & nō inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorē domini non suscepserint, nec acqueuerint cōsilijs meis, & detraxerint uniuersæ correptioni meæ. Igitur quia in die iudicij nullus locus pœnitendi, corrigendi uel emendandi esse pos-terit, ut diximus, necesse est ut dum in hoc seculo su-mus & uiuimus, & nobis uacar, secundum Apostolum, Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autē ad domesticos fidei. Vnde nos dominus in euangelio admonet, dicēs: Currite dum lucem habetis, ut non tenebræ uos comprehendant. Et iterum: Concordia cum aduersario tuo in uia. Et per Prophetam: Quærite dominū dum inueniri po-test, inuocate eum dum prope est. Hinc & Apostolus ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipos, sicut dei ministros, in multa pa-tientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angu-stiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in labori-bus, in uigilijs, in ieuiunijs, in castitate, in scientia, in lō-ganimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate

2. Corin. 6

non facta. Et Salomon: Quodcūq; potest manus tua
 facere, instranter operare. Ante enim omnia & super
 omnia, diem mortis ante oculos ponere debemus. Fa
 cile namq; contemnit omnia, qui se semp cogitat mo
 torum. Vnde per eundem sapientem dicitur: In die
 malorum ne immemor sis bonorum. Et iterum: In
 omnibus uis tuis memorare nouissima tua. **Louo-**
catis itaq; singulis debitoribus domini sui,
 dicebat primo: Quantum debes domino meo? At il
 le dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cauti
 onem tuam & sede, cito scribe quinquaginta. Dein
 de alijs dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centū
 coros tritici. Dixitq; illi: Accipe literas tuas, & scribe
 octoginta.] In hoc uillico, quem dñs de uillicatu ej
 ciebat, non omnia debemus ad imitādum assumere.
 Neg enim aut dominis, aut extraneis fraudē aliquā
 facere debemus, ut inde eleemosynas faciamus, sed
 (ut superius diximus) ista per similitudinem dicūtur,
 ut intelligamus, quia si laudari potuit is, qui fraudem
 fecit, eo quod in futurum sibi prudenter praeuiderit,
 multo magis nos laudabiliores erimus, si de proprijs
 substantijs largas eleemosynas fecerimus: & dum in
 praesenti uiuimus, in futurum nobis prospexerimus,
 sicut etiam de iudice iniquitatis, qui interpellabatur
 à uidua, comparationem duxit ad iudicem dñm, cui
 nulla ex parte iudex iniquus conferēdus ē, nādor em
 grāce, latine mensura est, tres urnas cōtinens. Corus
 uero triginta modijs impletur. Quod ergo de centū
 cadiis olei quinquaginta, & de centū coris tritici octo
 ginta à debitoribus scribere fecit, hoc insinuat, quia
 omnis qui de præteritis peccatis pœnitētiam agit, nō
 solum in se peccantibus clementer dimittere debet,

sed etiam ex substantijs iuste acquisitis eleemosynas
erogare, nec solū decimas & primitias (ut in lege præ
cepitum est) dare, sed ex reliqua parte indigētibus mi
nistriare. **V**el certe, dimidium rerum suarum tribue
re, sicut fecit Zachēus, qui cum suscepisset dominum

Le^{cc}. 19. Iesum in domum suam, ait: **D**imidium rerum mearū
do pauperibus, & si qd alicui tuli, in qdruplum resti
tuam. **E**t laudauit dominus uillicum iniqui
tatis, quia prudenter fecisset. Quia filij huius seculi,
prudētores filij lucis in generatione sua sunt.] Nō
laudauit dominus uillicum iniquitatis, quod fraudē
fecerat, sed quod sibi in futurum prudenter prāuide
rit, ut nos eius exemplo discamus, non hic habere ma
nentem ciuitatem, sed futuram toto desiderio inqui
rere. **F**ilij seculi dicuntur, qui hoc seculum mente &
desiderio inhabitant. **S**icut enim filij lucis dicun
tur, qui inaccessibilem lucem, id est, deum toto cor
de diligunt: sic filij seculi huius uocantur, qui in secu
li huius amore radices cordis plantauerunt, in qui
bus uoluntas esset sine fine peccandi, si possibilitas es
set sine fine uiuendi, teste **P**etro apostolo, qui ait: Cu
ius quis opera facit, eius filius appellatur. Ergo filij
seculi, prudētores filij lucis in generatione sua sunt,
quia cum illi sint callidi, astuti & ingeniosi, decep
tores, duplices animo: isti ē contrario simplices, humi
les, puri, benigni, nescientes malum pro malo redde
re: & sicut isti simplices sunt in malo, prudentes uero
in bono: sic illi sapientes sunt ut faciant mala, bene
autem facere nesciunt. **D**e quibus dominus ait: **V**erū q
sapientes estis in oculis uestris, & corā uobisip̄is pru
dentes. Qui recte in generatione sua prudentes dicū
tur, quia tales non in generatione dei, sed in sua com

POST PENTECOSTEN. 55

putantur, quia prudentia huius seculi, stultitia est apud deum. De qua prudentia Paulus apostolus ait, Prudentia carnis, mors est. Non enim de illis dicitur: Generatio rectorum benedicetur, sed potius inter eos enumerantur, de quibus scriptum est, Generatio prava & adultera. At uero de prudentia filiorum lucis dictum est: Illa autem quae sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, in bonis consentiens. Finita autem similitudine, pius dominus ad nostram admonitionem sermonem conuerit, dicens: **Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammone iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.** Quam sententiam quidam ita intelligendam putauere, ut aliena rapere, & inde pauperibus tribuere, hoc esset amicos facere de mammone iniquitatis. Quod quantum sit absurdum, & à religione alienum, manifeste patet. Non enim deus omnipotens aliena rapere iubet, qui propria præcipi largiri: nec dignatur de rapinis eleemosynam suscipere, qui per Prophetam clamat: Qui aufert sacrificium de substantijs pauperum, quasi qui uictimas in conspectu patris sui filium. Vnde per quendam sapientem dicitur: **Vnus edificans, & alter destruens** unus orans, & alter maledicens, cuius uocem exaudiuit deus: **Mamma Hebraice uel Syriace, latine diuitiae interpretantur, quia Punice mammon, lucrum dicitur. Mammona ergo iniquitatis, istæ diuitiæ uocantur, etiam ex iustitia, acquisitæ, & quæ ex iure parentum succedunt: quia cum labore acquiruntur, & cum magna sollicitudine custodiuntur, & sine iniquitate aut uix, aut raro haberi possunt. Iubet ergo do-**

minus amicos facere de mammona iniquitatis .i. de
 diuitijs cū labore acquisitis eleemosynā dare , ut (se-
 cundū qd̄ ait A postolus) in præsentī vita pauperū in
 opiam diuitū abundatia suppleat: ut itē in alia uita
 diuitū inopiae, pauperū abundantia sit cōsolatio. Ami-
 ci, q̄s de mammona iniquitatis facere iubemur, pau-
 peres sunt & indigētes, quos deus p̄misit egere ad il-
 low purgationem & nostrā probationē. Quos no-
 bis amicos facimus, qñ eorū nuditatē operimur, esuri-
 em reficimus, s̄tim extinguius, & in omnibus eorū
 necessitatibus subuenimus. Qui nos recipere dicunt
 in æterna tabernacula, quia ille, p̄ eis nos receperūs
 est, q̄ ait: Venite benedicti patris mei, p̄cipite regnū,
 quod uobis paratū est ab origine mundi. Esuriui em̄,
 & dedistis mihi manducare: s̄tiui, & dedistis mihi b̄i-
 bere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & coope-
 ruistis me: iufirmus & in carcere, & uisitastis me. Et il-
 lis dicentibus: Dñe, qñ te uidimus esurientem, & pau-
 rūs: s̄tientem, & dedimus tibi potissimum: hospitem, & sus-
 cepimus te: nudum, & cooperuimus te: infirmum &
 & in carcere, & uenim⁹ ad te: respōdet: Amē dico uo-
 bis, qđiu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.
 Hos amicos quia noluit habere ille diues, nō in æter-
 na tabernacula, sed in æterna p̄cēa positus, aiebat:
 Pater Abraam, miserere mei, & mirte Lazarū ut iti-
 tingat extremū digiti sui in aqua, ut refrigeret lingua
 meam, quia crucior in hac flamma. Aeterna taberna-
 cula, diuersæ retributiones sunt meritorū, quod dñs
 alibi declarat, dicens: In domo patris mei mansiones
 multæ sunt. Audiat ergo hoc diues, audiat Christia-
 nus, discat tribuere minima, ut possit accige māgnā.
 Quia q̄ in minimo fidelis est, ut dñs ait, & in māgnō

POST PENTECOSTEN 357

fidelis erit. Discat dare trāitoria, ut mereatur accipe
re æternā. Suscipiat pauperem in domū suam, ut susci-
pi mereat à Christo in tabernacula sua. In his taber-
naculis locum sibi optabat inuenire, qui dicebat: Do- Psalms. 14.
mine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis re-
quietcer in monte sancto tuo? Cui diuina uoce proti-
nus responderetur: Qui ingreditur sine macula & ope-
ratur iustitiam, qui loquitur ueritatem in corde suo,
qui non egit dolū in lingua sua. Nec fecit proximo suo
malum, & opprobriū nō accepit aduersus proximos suos. Ad nihilū deductus ē in cōspectu eius malignus, tū
mētes aut dñm glorificat. Qui iurat proximo suo, &
non decipit: qui pecuniam suā non dedit ad usuram,
& munera sūg innocentes nō accepit. Qui facit haec,
non mouebitur in æternū. Beatus enim (ait Pro- Psalms. 4.
pheta) qui intelligit super egenū & pauperem, in die
mala liberabit eum dominus. Nam quantum uirtus
eleemosynæ ualeat, dominus manifestat, dicēs: Date
eleemosynam, & omnia munda sunt uobis. Et iter:
Cum facis prandium aut cœnā, noli inuitare eos qui Lucas. 10.
tereinuīter, sed uoca pauperes, & beatus eris, ga nō
habent unde retribuant tibi. Et alibi: Sicut aqua ex- Ecclesiastes. 10.
tinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.
Vnde iusti uiri uoce dicitur: Fidutia magna erit corā
summo deo eleemosyna, in omnibus faciētibus eā. Et
iterum: Fili, eleemosyna à morte liberat, & non pati- Thobie. 4.
tur hominē intrare in tenebras. Et rursum: De fudet
eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui
tradas eam. Et pauperes ergo iuxta possibilitatē suā
eleemosynas tribuere debent. Vnde bonus pater eru-
diens filium suū, ait: Fili, si multū tibi fuerit, abundan-
ter tribue: si autem exiguum, etiam exiguum libēter

impatrire. Neq; em apud iustū iudicem excusatio de
eleemosyna erit, q̄fieriā pro calice aquæ frigidæ mer-
cedē se promisit datur. Aliter. Quidā autē hanc simili-
tudinē in Paulo apostolo impletā intelligi uolū hoc
modo: **Homo iste deus omnipotens est, q; habuit uil-
licū, scilicet Paulum apostolū, eui diuitias suas dispen-
sandis cōmisit, qñ secus pedes Gamalielis legis do-
ctoris, iuxta ueritatē paternaē legis eum erudiuit. Sed**
male diuitias dñi sui tractauit, qñ legem carnaliter in-
telligens, Christianos persecutus est intantū, ut acci-
peret epistolās à principib; sacerdotū, ut quoscunq;
inueniret huius uiae uiros ac mulieres, uincētos pduce-
re in Ierusalem. Dissimilatus est autē apud dñm suū,

quādo dictum est de eo: **Dñe, audiui à multis de uiro**
hoc, quanta mala sanctis tuis fecerit in Ierusalem: &
hic habet potestatem à principib; sacerdotū alligā-
di omnes, qui inuocant nomen tuū. Cumq; fama per-
secutionis eius ad dñm ascendisset, per gente eo Da-
mascum, uocauit illū dñs suus de cælo, & ait illi: Sau-
le **Saul, quid me persequeris?** **Dñe est tibi contra sti-**
mulum calcitrare. **Quod est dicere: Quid hoc audio**
de te? Redde rationem uillicationis tuæ. iam non
poteris uillicare, id est, iudaizare. **Ac si diceretur:**
Quia usq; hodie legis doctor fuisti carnaliter, discipu-
lus ueritatis incipies esse spiritualiter. **Villicus dicitur,**
qui super alienam uillam curam gerit. Super alienā
quippe uillam curam gerebat **Paulus, quādo legem**
p Moyse datam carnaliter docebat. **Sed ablata est**
ab eo uillicatio, quando carinalis lex non carnaliter,
sed spiritualiter ei intelligi præcepta est. **Ait autē vil-**
licus intra se: Quid faciā, quia dominus meus auferat à
me uillicationem? **Quasi diceret: Quid faciā, quia ma-**

POST PENTECOSTEN 399

gister fui in carnali doctrina legis, & uillicus & disci-
pulus cogor esse & operarius spiritalis legis: Fodere
non ualeo, id est, doctrinam legis perscrutari per me
metipsum nequeo. Mendicare erubesco, quia fidem
Christianitatis ab Anania, quem discipulum habui, di-
scere uereor. Scio quid faciam, ut cum amotus fuerō
à uillicatione, recipiant me Christiani in domos suas,
quos persecutus sum. Vocauitq; duos debitores do-
mini sui, Iudeorum scilicet populum & gentium, qui
ambo sub debito seu iugo peccati constricti tenebarā-
tur, sicut ait Apostolus: Non enim est distinctio Iu-
dæi & Graci. Offnes enim peccauerunt, & egent glo-
ria dei. Et uni præcepit de centum cadiis olei, qui-
nquaginta: & alteri de centum coris tritici, octoginta
scribere. Octogenarius numerus ad fidem resurrecti
onis pertinet, quia dominus Iesus Christus octaua
die à mortuis resurrexit. Quinquagenarius ad pœn-
tentiam, quoniam quinquagesimus Psalmus in pœ-
nitentia est decantatus. Et quinquagesimus annus in
lege Iubileus est dictus, id est, annus remissionis. Iu-
deorum ergo populo de centum coris tritici octo-
ginta scribere fecit, quia resurrectionem CHRISTI
eum credere docuit. Gentilem uero de cœtenario ad
quinquagenarium uocauit, quia per pœnitentiam
pristina mala illius corrigere, & deo appropinquare
docuit. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis,
quia prudenter fecisset, uidelicet Paulum apostolum,
ex persecutore prædicatorem factum, in doctrina &
predicatione magnificauit, dicens de illo ad Ananiam:
Vade, quia uas electionis mihi est iste, ut por-
te nomen meum coram gentibus & regibus, & fi-
lis Israël, impleta propheta, quam Iacob olim, cum

360 **DOMINICA XI.**

benediceret filios suos, prophetauit, dices: Benjamin lupus rapax, mane coedet preda, & uespere diuidet spolia. De tribu autem Benjamin Paulus apostolus fuit, ut ipse testatur. Qui uelut lupus rapax in persecutione Christianorum exarsit. Mane comedit predam, quia in adolescētia ecclesiam dei persecutus est. Vespere diuisit spolia, quia postquam ad fidem Christi conuersus ē, eos quos, de potestate diaboli uictor obtinuit, ad prædicandam fidem, quam prius persecutus fuerat, in diuersas nationes destinauit,

DOMINICA XI.

post Pentecosten **Lucæ XIX.**

In illo tempore Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, uidens ciuitatem, fleuit super illam, dices; **Quia si cognouisses, & tu.** Et reliqua,



In huius lectionis serie dominus Iesus Christus utraq; suam naturam commendat, diuinam scilicet & humanam. Humanæ quippe naturæ indicium est, cum perituræ ciuitati usque ad fletum compatitur; diuinæ, cum eidem ciuitati, quæuentura erat, ut deus prædictit. Quasi homo templum ingressus ē, sed quasi deus uendētes & emētes de illo eiecit, dices;

POST PENTECOSTEN 361

Domus mea domus orationis uocabitur. Quātum
aut de salute hominum gaudeat, quātumve de eorum p-
dūtione doleat, in exordio huius lectionis demostat,
cum peritram ciuitatē intuens, fleuit super illā, di-
cēs: **Quia si cognouisses, et tu.** Fleuit, nō pulchri-
ficia muror, sed metaphorice hoīes. Dicitur autem
& à flente domino: [**Quia si cognouisses, & tu,**] Jubi
subaudiendū est, quia si cognouisses mala, quae tibi
imminent, fleres, quae modo, quia nescis cito peritu-
ra, exultas. Intenta em̄ solūmodo in prosperitatibus,
quae presentialiter ei affluebāt, quod futurū erat, mi-
nime prāuidebat. Vnde et à dño dicit: **Et quidem**
in hac die tua, quae ad pacem sunt tibi, nunc
aut ab condita sunt ab oculis tuis. Quasi em̄
in die sua pacem habebat, cū extollebatur in hono-
ribus, gloriabāt in facultatibus, larabatur in secun-
ditate prolis, & ideo periculum, quod sibi uenturum
erat, nullo modo agnoscebat. **Quæ autē illi uentura**
essent, dñs breui sermone comprehēdit, cum adiun-
git: [**Quia uenient dies in te, & circundabunt te ini-**
mici tui uallo: & circundabunt te, & coangustabunt
te undiq, & ad terram prosteruent te, & filios tuos,
qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super
lapidem,] **Dies uerturos dicit, tribulationis & angu-**
stia, calamitatis & famis, obsidionis & mortis. In-
imicos Romanos nominat principes, qui eandem ci-
uitatem uallo circundantes, undiq coangustauerūt,
& eam ad terram prostrauerunt, & filios eius neca-
uerunt. **Quæ omnia, qualiter eidem ciuitati contige-**
rint, Iosephus historiographus Hebraorū pleniter
narrat. Sed propter simpliciores, q fortassis præfati

viri historiā ignorant, ex multis pauca cōmemoranda sunt. Post dñi em̄ ascensionem, post necē Iacobi, qui iustus est appellatus, Iudeorū populo in malitia pseuerante, suscitauit aduersus eos dñs duos Romanorum principes, Vespasianū scilicet & Titū, patrem & filium, iusto dei iudicio agente, ut qui patrē & filium negauerant, à patre & filio necarent. Cumq; Iudæorum regionē Romanus uastaret exercitus, imminente solēnitate Paschali, cucurrit om̄is populus in ciuitatem quasi uir unus, iusto dei iudicio exigēte, ut qui in Paschali solennitate Christum occiderant, in eadem solēnitate obsidionibus circundarent. Nā repente ab hostibus uallata est urbs, ita ut nullus ingredi aut egredi posset, & tandem obessa, quo ad usq; omnia quæ secum ad edendum detulerant, consumpta uiderentur. Quæ autem extra ciuitatem reliquerant, omnia Romanus uastauerat exercitus. Longa ergo obsidiōe afflicti, multo grauius fame interius, quam ab hostibus premebantur exterius. Quod idē historiographus ostendit, cum dicit dirg & diurnæ famis inopia etiam delicata uiscera aruisse int̄atum, ut nonnulli nec ab ipsis calceam ētis edendis se abstinerint. Alij quisquis las ſceni ueteris, & purgamenta frumenti dentibus ruminanda tradebant. Non nulli portarum indumenta detrahebant, ut hoc saltem edulio famis inopiam tēperaret. Si quis autem pro colligendis herbis urbem egredi uoluisset, quasi qui ad Romanos fugere uellet, tenebatur. Mensam uero nullus ex more apponere audebat, sed propria quasi furtiuia edebant. Nam quicquid ad uercundiam uel pudorem naturalem pertinet, in hac necessitate contēnebatur, quia hoc totum ſibi uēdicauerat

fames. Denique & mulieres de virorum manibus,
& fili de parentum, & (quod infelius est) matres à
faucibus filiorum suorum cibos abstrahiebāt. Nulla
senibus pro canitie reuerētia, nulla paruulis pro in-
nocentia miseratio seruabatur, sed uerberabantur
crinibus mulieres per plateas trahebantur, cibum ce-
lare tēantes, lacebant autem per plateas luumenum
corpora, magis fame quam ærate consumpta. Sepe-
lire autem mortuorum corpora, nec morientium
multitudo, nec virium debilitas permittebat. Multi
enim, dum charorum corpora sepelire uellent, spiri-
tus emittebant. Cumq[ue] fætor intolerabilis de mor-
tuorum cadaueribus in ciuitate crescere coepisset, ex-
tra muros eadem ejiciebāt. Et cum quadam die Ti-
tus, quem pater Romanus reuersus in obsidione Hie-
rolymorum reliquerat, cum militibus urbem cir-
cuiret, uidens cadauera mortuorum penè muro ciui-
tatis æquari, cù ingenti gemitu eleuatis oculis in cœ-
lum, deum inuocat testem, hoc siuum opus non esse.
Conuerlusq[ue] militibus ait: Arbitror, quia si ab hac
pestilentia urbis paululū Romanus recessisset exerci-
tus, aut quis diluuij ne careñt, aut Sodomitanis igni
bus tremarentur, aut certe hiatus terra absorberent.
Et cum in proximo recessurus esset, iterum aduersus
ciuitatem confortat milites, custodias munit, armat
exercitum, & super hæc omnia mala prædones ex
ipsis viris consurrexerāt, qui ab ipsis faucibus (ut ita
dixerim) cibos rapiebant. Et si cuiuspiam fores clau-
fas uidissent, indicium esse credebant, quod intus po-
siti ederent: & repente contractis foribus insilien-
tes, quicquid inuenire poterant, rapiebant. Sed quia

longum est enumerare omnia mala, quæ Iudeis pro effusione dñici sanguinis contigerunt, qualiter eadē ciuitas capta sit, breuiter cōmemorandum uidetur. Erat enī quædam mulier **Maria noīe**, Eleazari filia, nobilis genere, facultatibus diues, hæc cū cætera mul titudine ad diem festum cōuenierat: cumq; diuturna obsidiō omnia quæ secum detulerat cōsumpsisset, & iam delicate uiscera fameq; torqueret, cōtra ipsam agitur naturam. Erat enī sub huberibus parvulus fi lius, hunc ante oculos suos constituerāt, ait: Infelicissimā mater, o infelior fili, in bello, fame & direptione prædonum, cui te reseruabo? Nam & si uita sperari posset, iugo tamē Romanæ seruitutis urgemur, Veni ergo o mi nate, esto matribus seculi fabula, p̄donibus furor. Et hæc dicens, filium iugulat, partē igne torrens comedit, & partem in posterum reseruauit. Cumq; ob odorem adustæ carnis prædonum ex more assuissent, mortē minari cōperunt, nisi q; abs conderat, ostenderet cibos. At illa trufulento uultu ex ipsis prædonibus tristior, partem ait, optimā uobis reseruavi. Et hæc dicens, membra quæ supererāt detexit infantis. Cumq; prædones stupefacti tñ facinus primuissent, ait: Meus est partus, meus filius, meus est cibus & facinus, mecum edite. Nam ego prior comedi, quæ genui. Nolite esse aut matre religio fiores, aut foemina molliores. Quod si uos pietas uincit, execramini meos cibos. Ego q; talibus pasta sum, ego his iterū pascar. At illi dolētes, quod miseræ matres ex omnibus facultatibus hoc solummodo reliquistent, perpetratum facinus nūc iauerunt urbi. Factus est clamor magnus in ciuitate dolentiū atque lugentiū, & in ipso clamore apertis portis, ingressus est

POST PENTECOSTEN 365

Titus cum Romano exercitu, alios gladio trucidavit, alios igni combusit, iuuenes quoq; in captiuitatem destinavit. **I**psam uero urbē à fundamētis ita destruxit, ut iuxta dñi uocem, non relinquetur in ea lapis super lapidem. **I**n cuius destructione impletū est, quod dñs olim figuratē p lezechielem prophetā prædicterat, dicens: **E**t tu fili hoīs, sumē tibi gladium **J**ezech. 5: acutum, radentem pilos, & duces eum per caput tuū & bābam, & tertiam partē igni combures, & tertią partem gladio concides, tertia uero partem in ueniam disperges, & euaginabo gladium mēū post eos. **C**ōcordat aut̄ huius histiotiographi descriptio cum verbis saluatoris, qui cū mcenia ciuitatis uidisset, ait: **C**um uideritis ciuitatem hāc ab exercitu circundari, scitote quia prope est desolatio eius. **T**unc qui in Iudea sunt, fugiant in montes. **V**ae aut̄ prægnātibus & nūtrientibus in illis diebus. **E**t alibi legimus, quia cū discipuli ostēdisserit ei ædificia ciuitatis, dixit: **V**ide-
tis hec omnia? **A**men dico uobis, nō relinquetur la-
dis super lapidem, qui nō destruatur. **E**x qua aut̄ cau-
sa ruina prædictæ ciuitati contigerit, dñs manifestat
cum adiungit: **E**o q̄tiod nō cognoueris tempus
visitationis tuæ. **H**āc quippe dñs per incarnationis suæ mysteriū uisitauit, qñ excelsus deus humilis
hō inter homines apparens, multa signa, & miracula ostendit. **Q**uam uisitationē optabat uidere, qui di-
cebat: **M**emento nostri domine in beneplacito po-
puli tui, uisita nos in salutari tuo. **H**āc ériā in p̄ximō
p̄spexerat, q̄ alebat: **B**enedictus dñs deus Isrāel, q̄a
uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. **S**ed tem-
pus uisitationis suæ superba ciuitas nō cognouit, q̄a
quem hominē uidit, deū credere despexit. **A**d cuius

Luc. 23

Luc. 10:6

Psalm. 10:7

duritiam incredulitatis conuincendam , etiam aues
 cœli in testimonium deducuntur , cum per prophetā
Jeremi. s. dicitur: **Miluus in cœlo cognovit tempus suum , tur-**
itur & hirundo & ciconia custodierunt tempus ad-
uetus sui , populus aut̄ meus non cognovit iudicium
dñi . Et iterū: Cognovit bos possessore ſuū , & asinus
præſepe dñi ſui , Iſrael autem me non cognovit , po-
pulus meus me non intellexit . Nec ſolummodo per
præſentiam ſuæ incarnationis eam uifitauit , ſed poſt
ſuam ascensionē multa signa & portenta , ut eorū cor
ad pœnitentiam emolliret , oſteedit . Nam ut idem hi-
ſtoriographus refert , cū quandā festiuitatē celebra-
rent , ſubito cōmōtione facta in populo Iudeorum ,
triginta millia ex eis ſe mutuo interfecerunt . Nocte
uero quadam ſera templi domini , quæ uix à uiginti
uiris moueri poterat , ſpōte reſerata eſt . Die quadam
uitula ſacrificijs admota , enixa eſt agnā . Media nāq̄
nocte ita lux in tēplo clara refulſit , ut à nōnullis me-
dia dies eſſe putareb̄ . Quod cernentes ignari , aeftima-
bant ſibi proſpera eſſe uētura . Sed ſapiētes minime
latuit interitum ciuitatis ſignificari . In die quoq; ſetō
Pentecostes , ſacerdotibus ſacrificia offerentibus , au-
ditæ ſunt uoces in templo dicentiū: Transcamus ex
hiſ ſedibus . Duobus aut̄ annis ante obſidionē , cum
ad celebrandā quandā festiuitatē Hieroſolymis con-
ueniſſent , quidam Anania filius , noī Iefus , repleteus
ſpū clamare cœpit: Vox ab oriente , uox ab occidente ,
uox à quatuor uētis ſeculi . Vox ſup Hieroſolymā &
templū , uox ſup ſponſos & ſponſas . Cūq; uerberibus
hunc cōpescere uellēt , magis ac magis clamabat . Et
cū inter manus flagellantum ſpī exhalaret , ait: Væ
uæ Hieroſolymis . Stella quoq; per omnia gladio ſimi-

lis per integrū annū super Hierosolymā pepēdit, in-
teritum ciuitatis indicans. Et currus igneus, & equi
ignei uisi sunt per aera ferri, & multa alia misericors
dñs, ut eorum cor ad p̄nitentia prouocaret, oñde-
re dignatus est. Sed illis scdm duritiam & impunitētes
cor thesaurizantibus iram sibi in die iræ, missis ex-
ercitibus suis, perdidit homicidas illos, & eos ciuita-
tem succēdit. Quorū interitus etiam in libris Regū
præfiguratus est, quod Eliseo ascidente de Galga-
lis, pueri paruuli illudebāt ei, dicentes: Ascēde calue,
ascēde calue. At ille maledixit eos in nomine dñi, &
statim egredi sunt duo ursi de saltu, & devorauerūt
ex illis quadraginta duos pueros. Eliseus enim figu-
ram dñi tenuit. Qui cum in caluariae loco crucifixus
esser, pueriliter illuserūt ei Iudæi, dicentes: Si filius dei
est, descendat de cruce, & creditimus ei. Et iterū: Fle-
xetētē genua, dixerūt: Ave rex Iudaor. Sed illis cre-
dere nolētibus, post quadraginta duos annos egres-
si sunt duo ursi de sylvis gentiū, Vespasianus scilicet
& Titus, qui eundē populum uarijs cladibus dilania-
uerunt intantm, ut idem historiographus cōmemo-
ret undecies cētēna millia in obsidione ciuitatis esse
morruta, cētērum quoq; millia iuuenum in captiuitate
esse dispersa. Et ingressus in templum, ccepit
cūcere videntes & emētes de illo. Cum dñs
ruinam ciuitatis prædixit, & ingressus in templū, uen-
dentes & emētes de illo eiecit, ostendit quia maxi-
me ruina tēpli ex culpa sacerdotiū uenit. Ipsi nāq; quā
in populo doctores & ductores esse debuerāt in bo-
num exemplū, facti sunt in malū. Ad hoc em̄ in tem-
plo residebant, ut eos qui munera dabāt, uanis fauo-
ribus extollerent: & qui dare nolebant, uarijs modis

affligerent. Auaritiae quoq; suæ cōfidentes, quoddam
ingeniolum inuenerant, & filiis Israel de longinquo
uenientibus persuadebant, ne secū hostias deferret;
ut ab illis carius emerent, quod in templo dei offer-
rent. Et ob hanc causam, ut alijs euangelistæ testatur,
oues & boues & columbae in templo dñi uendeban-
tur. Neq; em ea, que dñi oblata erant, iuxta ritum le-
gis sacrificabāt, sed alijs atq; alijs uenundabant. Et ut
omnē occasionem nō habentibus auferrent, nūmu-
larios cum ære in tēplo præparatos habebāt, & ideo
dñs orationis speluncā latronum fecerūt. Sed dñs
ingressus tēplum, uendentes & emētes de illo cœpit
ejcere, dicens: Scriptū est, qz domus mea do-
Isaie. 36 mus orationis est. Uos autēfecistis illā spe-
lucam latronū. Et his factis, erat q̄tidie docens in
templo. Sed quod ad destructionē uisibilis ciuitatis
pertinere diximus, potest moraliter & ad perituram
animam referri. Fleuit em dñs per se metipsum peri-
turam ciuitatē, deflet quotidie per doctores, eos q;
de bono opere labuntur in malum. Frequenter nāq;
doctores ecclesiae eos, quos admonēdo corrigerē nō
possunt, qui latantur cū malefecerint, & exultant in
rebus pessimis, cōdolentes deflent, sicut faciebat Pau-
lus apostolus, qui lapsum discipulorum suorū flebat,
qñ dicebat: Filioli mei, quos iterum parturio donec
formeretur Christus in uobis, uelle apud uos esse mō,
& mutare uocem meā, qm confundor in uobis. Es
Prouer. 2
Eala. 4
3. Corin. 12
iterum: Lugeo multos ex his, qui ante peccauerunt.
Conuenit autem periturae animarū, quod à flente do-
mino dicit: Quia si cognouisses, & tu. Si em mala que
reprobis parata sunt, cognoscereret, si æterni supplicij
penas ante mentis ocalos reduceret, non se falsa se-

POST PENTECOSTEN 369

curitate deciperet, sed potius se cū electorum lachrymis desliceret. Sed dum exultat in prosperis, gaudet in honoribus, lætatur in facultatibus, ipsa prosperitas transeuntis uita, ante menis oculos mala abscondit futura pœnæ. Vnde & bene dicitur: [Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc aut̄ abscondita sunt ab oculis tuis. Quasi enim suam diem infelix anima habet, dum in mundi facultatibus toram spem suam collocat, ac per hoc scandalum in die iudicij patietur. Nō prævidet siquidē futurā tribulationē, quia excæcat oculos cordis amor terrenus. Quoniam sicut puluis oculos corporeos excæcat, ne clare uidere possint, ita amor huius seculi & presentes diuitias oculū mentis, ne futurū iudicium ualeat cauere. Talis erat ille diles, qui dicebat in corde suo: Destruam horrea mea, Luc. xx. & maiora horū redificabo, & dicā anima mea: Anima, multa bona habes reposita per annos plurimos, epulare ergo & gaude. Hunc diem pro nihilo ducebat ille eximius propheta Ieremias, qui dicebat. Diē Jerem. xv. hominī non concupiui. Et Paulus apostolus hanc contempserat, cum discipulis suis aiebat: Mihi autē Cor. 4. p minimo ē ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Quid autē mali torpenti anima uentus sit, manifestatur cum subditur: **Quia venient dies in te, et circundabunt te, et coangustabunt te vndiq;** & ad terrā cōsternē te, & filios tuos qui in te sunt.] Dies tribulationis miserae animæ ueniunt, quando dolore mortis cōstringitur, quæ in præsenti uita male gaudebat, & tunc incipiet secum rixari & dicere: Quare in malis operib⁹ memetipsam dilataui? Quare ex præteritis peccatis pœnitentiam non egi? Tunc in bonis operibus memetipsam non exercui? Tunc

A A

inquam incipiet pœnitere, cum nullus fructus penitentiae remanebit, sed sola districtio vindictæ. Inimici uero ei^o nulli peiores, quam immundi spiritus sunt, de quibus se eripi cupiebat Psalmista, cum dicebas:

Palm. 58. Eripe me de inimicis meis deus meus, & eripe me de operantibus iniuriam. Quam uallo circundant, & undicē coangustant, quando egressiente anima à corpore, mala quæ commisit enumerant, & ipsos habent exactores in pena, quos habuit persuasores in culpa. Tunc enim infelix anima consternitur ad terram, quando à carne, quæ terra & cinis est, soluta, ad penam dicitur, uel quicquid virtutis se habere putat, amittit. Filios, aliquādo bonas, aliquādo malas cogitationes accepimus. De bonis legimus. Et uide

psal. 117. as filios filiorū tuorum: de malis autem hic dicitur, Et ad terram consernent te. Valde autem terribile est quod subinfertur. Et nō relinquēt in te lapidem super lapidem. In destructione em̄ ciuitatis lapis super lapidem non relinquitur, quia in damnatione peruersæ animæ, nō solum de malis operibus, sed etiā de peruersis cogitationibus ratio exigitur. Et ideo necesse est ut, dum in hoc seculo sumus & uiuimus & nobis uacat, nō solum à malis abstineamus, sed eriam bonum in omnibus operari studeamus. Ante omnia autē diem mortis ante oculos ponamus, quia facile contēnit omnia, qui se semper cogitat morituum. Vnde Salomon hortatur, dicens: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. Et iterum: In die malorum ne immemoris bonorum. Et quodcumq; potest manus tua facere, instanter opare. Hinc pius dominus, quia hic patienter expectat, & districte nos in iudicio iudicabit, si cōuerſi-

POST PENTECOSTEN

371

non fuerimus, nos admonere dignatus est, cūdixit:
 Currite dum lucē uitæ habetis, ne tenebræ uos comprehendant. Et item: Concordia cū aduersario tuo. Et apostolus: Ecce nunc tempus accepabile, ecce nūc dies salutis. Cur autem infelici animæ hæc mala contigerint, manifestatur cum dicitur: [Eo quod nō con-
 gñueris tempus uisitationis tuæ.] Tempus uisitationis in præsenti est uita, ubi nos deus omnipotens varijs modis uisitare dignatur, aliquādo admonēdo leniter, aliquādo minādo terribiliter, aliquādo prosperis, aliquādo aduersis. Sed tempus uisitationis suæ peruersa anima non cognoscit, quādo nec in prospectu humilitatē, nec in aduersis seruat patiētiam: quia nec peccata ppetrare metuit, nec perpetrata fletibus punit. Quod autem subiungitur: [Et ingressus tem-
 plū, corpit ejscere uendentes & ementes de illo,] hoc quotidie in ecclesia fieri cernitur. Templum dei spiritualiter, ecclesia est, quæ domus oratiōis dici potest,
 dum quotidie deo mundas orationes offerre nō cel-
 sar, dicens cum Psalmista: Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Qui enim spiritualia dona quæ gratis acceperunt, aut propter premium, aut propter temporalem laudem tribuunt, uenditores sunt. In quibus autem maxime hoc negocium fiat, alias euangelista manifestare curauit, dicēs quod in templo oves & boues & columbae uendebantur. Per bouem, prædicatores significantur, domino dicente ad Moysen: Non arabis in boue simul & asino, Psal. 148 hoc est, noli coniūgere in prædicatione siue doctrina prudentem cum stulto. Et iterum: Non alligabis os boui trituranti. Quod exponens Paulus apostolus, ait: Nunquid de bobus cura est domino? Non.

AA ii

372 **T DOMINICA XI.**

Sed propter nos haec scripta sunt. **Quicunq;** ergo uerbum dei ideo in ecclesia prædicat, ut solùmodo humanam gloriam aut tēporale præmiū accipiat, q̄ si bouem uenalem in templo minat. **Per ouem** mitissimum animal, innocentia designatur. **Et qui** deo sanctitatem uel innocentiam, ut ab hoībus laudetur ostē.

Matth. 23 dit, quasi ouem uenalem in templo inducit. **De q̄bus dñs** dicit: **Omnia opera sua faciunt ut videantur ab hoībus.** Et alibi: **Amen dico uobis,** receperunt mercedē suā. **Per columbā** uero spūs sancti ḡra figuraſ, q̄d ipse manifestare dignatus est, q̄n super baptizatio[n]e in specie columbæ apparuit. **Igitur** quicunq; gradum ecclesiasticum, aut manus impositionem, p̄ quam spm sanctū credimus dari, ideo tribuit, ut temporale lucrum acquirat, quasi columbā uenalem in templo portat, i. in ecclesia, nō considerans illud qđ dñs ait: **Gratis accepisti, gratis date.** **De quibus scrip-** tum est: **Ignis deuorabit tabernacula eorū,** qui munera libenter accipiūt. **Et item:** **Non accipias in iudi-** cicio personam pauperis, quia munera occurrant oculis sapientiū, & uerba rectior[um] subuertunt. **Tales em̄** dominus à templo suo eiecit, quia quamuis in praesenti seculo corpore ecclesie coniuncti uideantur, tñ in die iudicij ab ecclesia separabuntur, quando illis dicetur: **Discedite à me maledicti in ignem æternū,** qui paratus est diabolo & angelis eius. **Non solum** dominus uendentes de templo ejecit, sed etiā ementes: quia non solum illi rei sunt, & ab ecclesia alieni, qui spiritualia dona uendunt, sed etiam qui emunt, qđ carius uendere possint. **Vnde magna & sancta syno-** dus decreuit, etiam laicum, si in huiusmodi negotijs meditator fuerit, ab ecclesia alienum fieri. **Tales do-**

Deut. 16.

POST PENTECOSTEN 373

sum dei speluncā latronum faciūt, quia in eo quod
spiritalia dona uendunt, abominabile fructum faci-
unt. De quibus ait saluator: Qui nō intrat per ostiū *Johan. x.*
in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & la-
tro. Quod uero subiungit, *Et erat docens quoti-*
die in tēplo, hoc semper agit in ecclesia spiritualiter,
quod tūc per semetipsum fecit corporaliter. *Ipsē ēm*
in templo docet, cum exterius per prædictores do-
ctrinam format, & interius cor auditoris illustrat.

DOMINICA XII.

post Pentecosten. *Lucæ XVIII.*

T In illo tēpore dixit Iesus ad quosdam,
qui in se cōfidebant tanquam iusti, & asper-
nabantur cæteros, parabolam hanc: *Duo*
homines ascéderunt in templū. Et rel.



In multis locis sacra
scriptura, quantū vir-
tus humilitatis homi-
nibus prospicit, quantumve
morbus superbiæ noceat,
ostendit: præcipue tamen
in hac lectione, sub duorum
hominum exemplo hoc do-
minus declarat, pharisei
scilicet, de suis meritis ina-
niter se extollentibus: & publi-
cani, sua pecata humiliiter
confitentis. Ait em: *Duo homines ascenderunt*
in templum. Supra reuulit euangelica lectio, qua-

AA iii

litter dominus ad constantiam orādi discipulos suos
hortaretur, similitudinē proposuit de iudice iniqui-
tatis, quem interpellabat quotidie quædam uidea,
dicens: Vindica me de aduersario meo, & nolebat p

Luec. 18. multum tempus. Post hæc dixit intrasē: Etsi deum
non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia mo-
lestia est mihi hæc mulier, vindicabo illā, ne in nouissi-
mo ueniens suggillet me. Et tædio uictus præstitit,
quod beneficio præstare noluerat. Sed quod omnis,
qui ad adorādum accedit, non solū humilitatem in
corde, sed etiam seruare debet in corpore, finita simi-
litudine dicebat ad eos, qui in se cōfidebant tanquam
iusti essent: [Duo homines ascenderunt in templū
ut orarēt, unus pharisæus, & alter publicanus.] Pha-
risæus nanque diuisus interpretatur, quo nomine il-
li in Iudeorum populo censembarunt, qui ut iustiores
apparerent, à cæteris se diuidebant, quasdam obser-
uationes & superstitiones docentes, quorum uitia
dominus in euangelio non solum detegit, sed etiam

Matth. 23: frequenter increpat, dicens: Vae uobis scribæ & pha-
risæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealba-
tis, quæ à foris parent quidem hominibus speciosa,
intus autem plena sunt ossibus mortuorum & omni-
spurcitia. Ita & uos quidem à foris apparentis homi-
nibus iusti, intus autem pleni estis iniquitate & hy-
pocrisi. Et iterum: Super cathedram Moysi sederunt
scribæ & pharisæi, Omnia ergo quæcunque dixe-
rint uobis facite, secundum uero opera eorum noli-
te facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant au-
tem onera grauia & importabilia, & impouunt in
humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mo-
uere. Ex quorum numero erat iste pharisæus, qui cū

POST PENTECOSTEN

375

ascendisset in templum ut orarer, dicebat: **Deus,**
gratias ago tibi qz nō sum sicut cæteri homi-
nati. **raptore, iniusti, adulteri, velut etiam hic pu-**
blicanus. In quo loco colligere possumus, qd qua
 tuor modis tumor arrogatiū diuiditur. Primo, cū
 se æstimat habere homo, quod non habet. Secundo,
 cum hoc quod habet, propria uirtute se habere pu-
 tar. Tertio, cū hoc quod habet, à deo quidē se acce-
 pisse, sed proprijs meritis credit. Quarto, cū ceteris
 despectis, singulariter se habere æstimat qd haber.
 Quo morbo iactantiae iste pharisæus laborabat, qui
 non solū publicano humiliiter oranti se præferebar,
 sed etiam ceteris hominibus, dicens: [**Deus, gratias**
ago tibi, quia nō sum sicut cæteri homi-] Adhuc eti-
 am ipsam mentis iactantia pharisæus uerbis aperit,
 cū subiungit: **Jejuno bis in sabbato, decimas**
do omnium que possideo. Quod ait, [**Jejuno**
 bis in sabbato,] intelligendū est in hebdomada. Vbi
 eorum tepidas redarguitur, qui etiam indictum ie-
 junium in ecclësia uiolare præsumunt. Frustra tamē
 decimas de omnibz qua possidebat dabat, qui men-
 tem suam in fundamento humiliatis non colloca-
 uerat. Erat enim de illis, de quibus dominus ait: **Væ Matth. 23**
 uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis **Luce. 18**
 mentham & anethum & cyminū & omne olus hor-
 ti: maiora autem legis prætermittitis, id est, iudici-
 um & æquitatem. Sollicita ergo consideratione præ-
 uidendum est, ut quotiescumq; bona agimus, virtutē
 humiliatis in fundamento ponamus, ne si exterius
 inanem gloriam quærimus, interius mercede priue-
 mur. **Vnde lezechiel, cum quatuor animalium cor-**
 pora describeret, ait: Erant capita animalium plena

AA iiiij

oculis ante & retro. Quoniā scđorum actio undique circumspecta, undiq̄s deber esse munita. Ecce empha ris̄us iste ad referendas deo gratias apertos oculos habuit, sed ad humilitatis custodiā clausos, cū dixit: [Deus, gratias ago tibi quia nō sum sicut cæteri hominum.] Nos aut̄ in eo quod bonū agimus, oculos apertos habemus, sed si de bono opere inanem gloriam quærimus, in ea parte nihil uidemus. Et qd p̄dest, si tota ciuitas munita sit, & muris undiq̄s circumdata, & unum foramen in ea relinquatur, per quod ab hostibus capiatur? Aut quid ualeat, si nauis in medio pelagi posita, clavis & tabulis firmiter cōfixa fuerit, & parvū foramen in ea remaneat, per quod aquæ ingrediantur, & nauis demergat? Nihil. Sic non sufficit bonum agere, nisi quis humilitatem studeat servare. Quia q̄ sine humilitate uirtutes colligit, quasi in uentum puluerem portat. Nam humilis dicitur, quasi humili accliuis. Quam humilitatem ille habebat, q̄ dicebat: Loquar ad dominum meū, cum sim puluis & cinis. Et dominus ad humilitatis custodiā nos prouocat, cum dicit: Discite à me quia mitis sum & humili corde. Et Salomon: Quanto magnus es, humili te in omnibus. Et Petrus apostolus: Humiliamini sub potenti manu dei. Hanc humilitatem habebat Psalmista, cum dicebat: Bonum mihi domine, quod humiliasti me. Et item: Humiliatus sum usquequaq; dñe. Solet enim contingere, ut cum auis laqueo capi, sana toto corpore & integris alis, summitate parvissimæ unguis teneatur. Quoniam antiquus & callidus auceps diabolus, quos p adulteria, homicidia & cætera manifesta mala capere non potest, per inanem gloriam decipere conatur, ut de bo-

Gene. 18,

POST PENTECOSTEN 377

no quod agunt, & sibi placeant & ceteros despiciant.
Sed his de sugbi pharisei tumore breuiter dictis, ad
penitentis publicani uerba ueniamus. **N**a subditur:
Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, di-
cens. **D**eus, propius esto mihi peccatori.] Publicanus
dicitur, qui a nullo pudore publice peccat, uel qui tri-
bura & uectigalia publice exigit. **S**icut enim phariseus
mentis iactantiā aperuit uerbis, ita & publicanus do-
lorem cordis in ipso situ ostendit corporis. **P**rimo a lõ-
ge stando, nō audens appropinquare sanctis, à quo-
rum cōsortio se peccando diuiserat. **S**ecundo, nolens
oculos ad cælū leuare, timens illū respicere, quem se
ostendisse recolebarat. **T**ertio, tundendo pectus, qđ n̄-
prie illorū est, qui de peccatis erubescunt. **I**n tunzione
quippe peccatoris, dolorem ostendit mentis. **S**ed quia
nemo pr̄ facinorē magnitudine ueniā desperare de-
bet, recte uoce publicani dicit: [**D**eus, propius esto
mihi peccatori.] Nouerat enim illum esse, qui per pro-
phetam ait: **V**iuo ego, dicit dñs, nolo mortem pecca-
toris, sed ut cōuertatur & uiuat. **E**t iter: Peccator in
quacunq; die conuersus fuerit & ingemuerit, omnia
peccata eius obliuioni tradentur. Imitemur ergo &
nos, qui peccatis constringimur, hunc publicanū: &
recolentes mala qua gesimus, longe stemus, id est, à
consortio sanctorū nos indignos iudicemus. **R**espici-
amus terram, id est, terrā & cinerem nos iugiter con-
sideremus. **T**undamus peccata, ut delectatio carna-
lis in amaritudinem ueretur mentis. **N**e qđ em̄ pœni-
tentes de uenia desperemus, sed ad illum, qui ueniae
largitor est, humiliter accedamus, oraantes cum pro-
pheta & dicentes: **A**diua nos deus salutaris noster, **P**salm. 7 2

Jezech. 12

578

DOMINICA XII.

& propter gloriam nominis tui domine libera nos;
& propicius esto peccatis nostris, propter nomen tu
Profe. 16 um. Sed quia iuxta uocem Salomonis, Ante ruinam
exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur, bene sub-
iungitur: Amen dico uobis, descendit hic iustificatus
in dominum suam ab illo, hoc est, magis quam pharisae
us. Iste enim se accusando iustificatus est, ille se excusan-
do reprobatur. Sicque in his adimpletum est, quod ali-
bi ait: Amen dico uobis, quia gaudium est in celo co-
ram angelis dei super uno peccatore penitentiā agē-
te, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indi-
gent penitentia. Allegorice autem per pharisaeum & pu-
blicanum, utrumque populū intelligere possumus, Judge-
orum scilicet & gentium. Ergo per phariseum, qui di-
uisus interpretatur, Iudeorum populus significatur,
qui in circuncisione & legalibus ceremoniis a ceteris
nationibus erat diuinus. Per publicanum intelligitur
gentilis populus, qui a cognitione dei alienus, absq-
ue illa reverentia publice peccare non erubescet, non
solum in idolorum cultura, sed etiam in varijs immu-
ditijs. Sed pharisaeus de proprijs meritis confidens, re-
probatus est, quia sicut ait Apostolus: Iudeorum po-
pulus uolens statuere suam iustitiam, iustitiae dei non
est subiectus. Publicanus autem uel gentilis, accepta dei
notitia, tanto citius ad ueniam peruenit, quanto uer-
hemerius dolens de peccatis erubuit, Apostolo te-
ste, qui ait: Quod quererebat Israel, non est consecu-
tus, electio autem consecuta est. Sic ergo unus exaltatio
meruit humiliari, & alter humiliatio meruit exalta-
ri. Superbum enim (ait Salomon) sequitur ignominia, & hu-
miliem spiritu sequitur gloria. Unde & subdit: Quia
omnis quis exaltat, humiliabitur: et quilem

Roma. 20.

Roma. 17.

Rome. 29.

POST PENTECOSTEN 379

humiliat, exaltabitur. Sed quia simpliciter non ait,
Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exal-
tabitur: sed cum additamēto, Omnis qui se exaltat, hu-
miliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur: dicendum
est, quia uarijs modis homines in hoc seculo & in fu-
turo exaltantur & humilantur. Alij hic & in futuro
exaltantur, sicut fuit rex Dauid, Iob, Iezechias, losias
& ceteri tales, qui glorioſi in hoc seculo fuerunt, &
glorioſiores in futuro. Alij hic & in futuro humilan-
tur, sicut sunt superbi homines, qui sunt pauperes: uel
certe illi, qui in hoc seculo de peccatis uindictam re-
cipiunt, & in futuro ad penam ppetuam tranſeunt,
quales fuerunt Herodes & Antiochus, Nabuchodo- Jeremi. 13
nos et Pilatus, et multi tales, de quibus scriptū est,
Duplici contritione contere eos domine, Nonnulli au-
tem hic exaltātur, sed in futuro humiliātur, sicut sunt
superbi diuites, qui iuxta scripturā uocem, ducunt in
bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Job. 25
Alij autem hic humilantur, sed in futuro exaltantur,
sicut sunt pauperes, & illi præcipue, qui propter deū
omnia sua relinquentes, semetipsos spontanea uolū-
tate humiliant, ut in futuro à dño exaltari mereātur.
Ad quos nos consortium perducere dignetur ille, q
uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

DOMINICA XIII.

post Pentecosten, Marci. VII.

In illo tempore Exiens Iesu de finibus
Tyri, uenit per Sidonē da mare Galilææ.
Et reliqua,



SVprae*retulit euangelij*
calectio, qualiter dñs
fines Tyri & Sidonis
appropinquans, filiam mu-
lieris Chananitidis à dæ-
monio liberavit. Nunca-
tem & aliud miraculū de-
scripturus, non frustra ipa-
loca, p quæ ambulauit, cō-
memorāda putauit, dicens:

Et iterum eriens Je-
sus definib[us] Tyri ve-

nit per Sidonē ad mare Galilææ, inter me-
dios fines Decapoleos. Tyrus & Sidō ciuitates
fuere gentilium, quæ quondam filii Israhel in sorte
date sunt, sed ab eis minime possessæ. In corde enim
maris sitæ, nō facile ab hostibus capiuntur. In hac Ty-
ro fuit rex Hiram potentissimus, qui Salomonem in
constructione domus dñi plurimum iuuit. Contra
quā Iezekiel, propheta multalocutus est, dicens eā in
corde maris sitam, diuitijs locupletem, sed nec à uiti-
is uacuam. Nabuchodonosor quoq[ue] regem Babylo-
niæ, ad eius destructionem festinanrem describit. De
capolis autem regio est trans lordanem, decem ur-
bes habens, ut ipso nomine comprobatur. Nā dñs
græce, latine decem: τέλος vero, in hoc loco ciuitas di-
citur, ex quibus (ut diximus) nomē regionis decapo-
lis est compositum. Sicut ergo Tyrus & Sidon ciuita-
tes gentilium, gentilem significant populum, sic De-
capolis Iudeorum, qui ad suam eruditonem decalo-
gum legis acceperat. Quod autem ait, Venit per Si-
donem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapo-

POST PENTECOSTEN

381

leos, nō ipsos fines eum intrasse, sed iuxta transisse si-
gnificat. Quod etiam à mystetij significatione nō ua-
cat. Quasi enim fines Decapolis spiritualiter appropin-
quavit, quando carnem ex Iudeis assumpsit, sicut di-
cit Apostolus: Quoniam patres, ex quibus Christus secū-
dum carnem, qui est deus benedictus in secula seculū-
lorum. Non autem ipsos fines ingressus est, qā ab eis
nec cognitus, nec receptus est, sicut ipse eis imprope-
rans dixit: Ego ueni in nomine patris mei, & non recepi Romā. 9
stis me nisi alius in nomine suo uenerit, ipsum suscipie-
tis. Vnde per Iohannē dicitur: In propria uenit, & sui
eum nō receperunt. Vel certe fines Decapolis appro-
pinquavit, quando consortium humanae naturae ac-
cepit. Non aut ipsos intravit, quia cōmunionem cul-
pę non habuit. Et adducunt eisurdum & mutū.
Surdus iste & mutus, allegorice genus significat hu-
manum, quod constat tam ex Iudeis, quam ex genti-
bus. Non est em̄ distinctio (ut Apostolus ait) Iudei
& Graci. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Romā. 3
dei. Tunc autem genus humanum obsurduit, quan-
do in primo parente uerbis serpentis auditum ape-
ruit. Post surditatem tunc loquendi officium perdi-
dit, quando à laude dei cessauit. Non est em̄ speciosa Eccl. 13:7
laus (ut ait scriptura) in ore peccatoris. Hi autem, qui
surdum & mutum domino ad curatidum adducunt,
patriarchas & prophetas significant, qui spiritualiter
dño ægrotum ad sanandum detulerunt. Quia ad ei-
liberationem, nō solum domini incarnationem pre-
dixerunt, sed etiam totis uiribus eam optauerūt. Vñ
& subditur: Et deprecabātur eum, ut imponat
Ullimatum. Manus domini in scripturis, aliquando
potentiam diuinitatis significat, aliquando incarna-

tionem humanitatis. Potentiam significat diuinitatis, sicut scriptum est: In manus tuas domine cōmendo spiritum meū. Incarnationis humanitatem, sicut alibi legitur: Emitte manū tuā de alto. Ergo in hoc loco nō incongrue manus domini, incarnationis mysterium significat. Deprecatur autem eum, ut ei maximum imponat, quia per hoc quod nostram mortalitatem accepit, gen⁹ humanum ab infirmitate animi liberavit.

Psalm. 143

Et apprehendens eum de turbas corrum, misit digitos suos in auriculas eius.] Quid est quod dominus sanaturus surdum & mutū, seorsum apprehendit? Nunquid non corā hominibus cum sanare poterat, q̄ cuncta creauit ex nihilo? Poterat unique. Sed prius ipsum à turba separat, & postea sanat, ut intelligat genus humanum se aliter sanitatem animae non posse recipere, nisi prius pristinos errores relinquens, à turba immūdorum spirituum, & tumultu uitiorum sese redderet alienum. Digitus autē dei in scripturis spiritum sanctum significat, sicut dominus alibi ait: Porro si in digito dei ejcio demonia. Quod ali⁹ euangelista manifestius declarat, dicens: Siego in spiritu dei ejicio demones. Iste est digitus, quem magi⁹ in Aegypto confitebant, dicētes: Porro digitus dei est iste. Hoc digito tabula testamēti scriptæ sunt. Et pulchre per digitū dei spiritus sanctus figuratur, q̄a sicut digitis aliquid constringimus, ut operemur, ita pater & filius omnia per spiritum sanctum operant, Psalmista testāt̄, qui ait: Verbo dñi celi firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Huius dīgitū mirabilem operationē aspicerat qui dicebat: Qm̄ uidebo cœlos tuos, opera dīgitorū tuorū. Siue certe p̄ digitum dei, recte spiritus sanctus designatur, q̄a sic-

Exodi. 8

Psalm. 8

POST PENTECOSTEN. 385

ut in nullis alijs membris tantam partitionem habemus, quam in digitis, & tamen una est manus, sic eiusdem spiritus sancti dona cum sint in singulis diversa, in eodem tñ spiritu sunt indivisibilia. **Vñ Paulus,** enumeratis eiusdem spiritus sancti donis, adiixit dicens: **Hec omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuides** **I. Corin. 12.** **singulis prout vult.** **Mittit ergo digitos in auriculas,** ut surdo auditū restituat, quia ut aures cordis uerbū dei audire & spiritualiter intelligere possint, p̄ spiritus sancti gratiā aperiuntur. **Epuēs q̄s tetigit lingua** **eius.** **Sputum ex capite descendit.** Ergo per caput dā uinitas, p̄ spiritū humanitas designatur, **Apostolo dā cente:** **Caput Christi deus est.** **Sputo igitur linguā te** **xigit ut loquela reciperet,** quando altitudinem sue diuinitatis usq; ad nostram inclinavit humanitatem. **Quod alibi manifestius demonstrauit,** qñ oculos cæcinati aperuit. **Lutū siquidē ex sputo fecit,** & liniuit oculos eius. **Et suspiciens in cœlū ingemuit,** et agit illi: **Epheta, quod est,** adaperire. Sanatus dñs ægrotū, in cœlū suspexit, ut ostenderet omnia bona & sancta à deo esse petenda. **Inde enim surdis audiutus,** inde mutis redditur loquela, quia sicut Iacob apostolus ait: **Omne datum optimum,** & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre lumen. **Et sicut in euangelio dicitur:** **Non potest homo à se facere quicquā,** nisi ei datum fuerit desuper. **[In gemuit.]** **Nunquid indigeret aliquid postulare à** patre cum gemitu, qui cūcta postulata dat cū patre? **Non.** Sed ut exemplum nobis ostenderet gemendi, quoties uel pro nostris, uel h̄ alienis peccatis intercedimus. **Quod aut̄ ait, epheta, euangelista exposuit,** cum adiunxit: **[quod est, adaperire.]** **Cōsuetudo est**

Jacob. 1

enim euangelistarū, ut aliquando ipsa uerba uel nostra
hebraica cū ipsa sua expositione ponant, sicut in euā
gelio Iohānis dicitur: **Vade ad natatorium Siloā;** qđ
interpretatur missus. Et in euangelio Marci, Bartimeg
us Timgi filius scribitur. Et Iudas Zelotes idem est, q
& Iudas Chananæus, qm̄ Chanaan zelus interpreta-
tur. Ephera ergo, quod est adaperire, proprie ad au-
res pertinet. Et pulcherrimo ordine dominus prius
digitos in auriculas surdi mittit, deinde linguam spu-
to tetigit, & postremo ait, Ephera, quod est, adape-
rire, ut ordinatissimum officium baptizandi sacerdo-
tibus demonstraret. Quoniam hi qui baptizantur, pri-
us spiritus sancti grana sunt illuminādi, deinde à do-
ctoribus instruendi, & postremo ad confessionem fi-
dei uocandi. Vnde consuetudo est sacerdotum, ut eo
rum linguam & nares, quos catechizant, sputo tan-
gant, ipsius domini uerba dicentes: Ephera, quod est,
adaperire. Sed quia inter dicere domini & facere nul-
la distinctio est (Dixit enim & facta sunt, mandauit
& creata sunt) statim ut dixit, Epheta, quod est, adape-
rire, apert⁹ sunt aures eius, ⁊ solut⁹ est vin-
culum linguæ eius, ⁊ loquebatur recte. Non
enim erat dignum, ut is qui à dño creatus fuerat, alii-
ter loqueretur, quam recte. Iuxta uero superiorem in-
telligentiam, postquam dñs per immisionem spiri-
tus sancti cor humani generis ad penitentiam emol-
liuit, postquam incarnationis suæ mysterium pate-
cit, linguam, quam prius infidelitas uinxerat, fides ab-
soluit, & deum laudare ccepit, dicens cum Psalmista:
Domine, labia mea aperies, & os meum annūcias;
laudem tuam. Et cum Isaia: **Dominus deus dedit mihi** linguam eruditam, ut possim sustinere eum, qui la-

Psal. 148

Isaie. 50.

plus est, uerbo. **E**t præcepit eis n̄c cui dicerent-
Quid est, qđ qui ad hoc in mundū uenerat, ut mira-
cula faciendo se deū esse ostenderet, miraculū à se fa-
ctum occultare præcepit? **N**imirū nobis exemplum
ostendit, ut etiam in bono opere inanem gloriam &
iactantiam caueamus, iuxta quod alibi ipse præcipit,
ut intremus in cubiculum, & clauso ostio oremus pa-
trem nostrum, & pater noster, qui uidet in abscondi-
to, redder nobis. **E**st autē hæc discrecio in hac racitur
nitate obseruanda, ut is qui nouellus est in cōuersa-
tione, non solum ab officio prædicationis cesset, sed
etiam sua bona opera ab aliorum aspectibus abscon-
dat, ne sciente sinistra sua, quid faciat dextera sua, ne
forte radicem cordis, quā profunditas terræ nōdum
fortiter ligauit, uetus elationis eradicet. **Q**ui autē di-
uturna conuersatione probatus est, nō solū in præ-
dicatiōe proficere debet, sed etiam exemplo, implēs
illud quod dominus alibi ait: **L**uceat lux uestra corā **Matth. 5.**
homīnibus, ut uideant uestra bona opera, & gloriſi-
cent patrem uestrum qui in cælis est. **Q**od utruncq;
dominus suo exemplo ostendit, qđ præcepit uni, **N**e
mini dixeris: alteri uero ait, **V**ade in ciuitatem ad tuos, & annuncia illis quanta tibi fecerit deus. **Q**uan-
to autē eis præcipiebat, tāto māgis plus præ-
dicabant. **H**ic tempora eorum redarguntur, quibus
officium prædicationis iniunctum est, & tamen
à prædicatione cessant. **C**onsiderandū nāc est, quā
culpa sit doctoribus, post præceptum domini se sub-
silectio ponere, quādo etiam nec illi tacere possunt.
Quibus præceptum est, nē cui dicerent. **Q**uid autē di-
cant audiamus: **B**ene omnia fecit, & surdos fecit
audire, & mutos loqui. **J**Non solum in hoc bene fe-

cit, quod surdos fecit audire & mutos loqui, sed etiā omnia, quae ab initio creauit, bene fecit, sicut scriptū est: **E**t uidit deus cuncta quae fecit, & erant ualde bona. Moraliter autem per surdum & mutū, quilibet peccator designatur. Qui enim auertit aures suas ne audiatur legem, surdus est. Qui autem loquitur iniquitatē in excelso, & seminat inter fratres discordias, etiā officio loquendi mutus est. Tales ut auditum & loquilem spiritalem recipere possint, à magistris & doctōribus ecclesiæ domino adducuntur. Quasi enim ægrotum dñs adducunt, quando sua doctrina & exhortatione peccatores conuersti faciunt: & pro his, quos cōuerti uelle uiderunt, ad dñm preces fundunt. Nec differt pietas domini tales sanare, qui animarū vulnera uenit curare, tātū ut fides & satisfactio penitentiū nō desit. Nam satisfaciendi ordinem dominus ostendit, cum surdum & mutū curaturus seorsum eum extra turbam educit, ostendens nimirum quia si peccatores fructus dignos facere uolunt, necesse est ut societatem dæmonum & tumultum uitiorum & carnalem hominum communionem deserant. Sicut enim bonorum societas multum adiuuat, sic cōmunio carnalium hominū infirmis mentibus plurimū nocet, teste Psalmista qui ait: **C**ū sancto sanctus eris, & cū uiro innocentē innocēs eris. Et cū electo electus eris, & cū peruerso peruerteris. Et sicut Salomon ait: Qui cū sapientibus graditur, sapiēs erit. Amicus stultorum, efficietur similis. **V**nde & ipse alibi nos admonet, dicens: **N**oli esse amicus homini iracundo, nec ambules cū uiro furioso, ne forte discas semitas eius, & summas scandalum animarū tuarū. Quasi em̄ dñs fideles suos spiritualiter ab infideliū turba separabat, cū q̄ Ilaia

Prone.13

Prone.22.

Isaię.52

POST PENTECOSTEN 387

dicebat: **E**xire de medio eorū, & immundū ne terigeris. **P**erfecti in medio prauorū positi, seorsum manēt, dum eorū prauis operibus nec corde consentiūt, nec ore parcunt. **Q**ualem sollicitudinē habebat ille, q̄ in sollicitudine regali positus, aiebat: **Q**uis dabit mili pēnas sicut columbae, & uolabo & requiescam? **E**cce **P**salm. 54
 elongauit fugiens, & māsi in solitudine. **S**ed quia nul-lus dignā pēnitentiam agere potest, nisi spiritus san-
 ctificatio cor eius ad pēnitēdū emolliat, recte sub-
 ditur: [**M**isit digitos suos dominus in auriculas, & ex-
 pūes tetigit linguam eius.] **Q**uasi enim dominus di-
 gitos suos in auriculas surdi misit, quando per ardo-
 rem spiritus sancti cor peccatoris ad pēnitentiam e-
 mollit. **Q**uia (ut ait **A**póstolus) qd oremus sicut opor-
 ret, nescimus, sed ipse spūs postulat pro nobis gemiti
 bus inenarrabilibus. **Q**uasi autē sputo linguā muti tā-
 git, cū sapore diuīne sapientiā cor peccatoris degustat.
Quātū autē dñs ergo cōuersos peccatores misericors
 existat, manifestat cū subinfertur: [**E**t statim apertæ
 sunt aures eius, & solutū est uinculū linguae eius, & lo-
 quebatur recte. **N**ullum enim peccatum tā magnum
 est, quod medicamento pēnitentiā sanari nō possit.
Nō enim mentitur ille, qui ait: **V**iuo ego, dicit domi-nus, nolo mortem peccatoris, sed ut conuerratur, &
 uiuat. **E**t, Peccator in qua cūq; die conuersus fuerit
 & ingemuerit, omnia peccata eius obliuioni tradent. **R**ecte autē post curationē peccator loquitur, quan-
 do linguam, quæ conuitijs & detractionibus tortuo-sa fuerat, ad laudādū deū, & exhortandū proximū
 commutat. **S**ed quia post publicam pēnitentiam ali-
 quis non statim ad prædicandum prodire debet, be-ne
 dicitur: **E**t præcepit illis ne cui diceret.] **P**rius
 BB ij

Roma. 2

DOMINICA XIII.

enim semetipsum curare debet, qui aliena vulnera uile
tergere. Vnde Apostolus, cū de ordinandis ministris
I.Timo.3 ecclesiæ loqueretur, ait: Non nuper conuersum, non
neophyton, ne forte elatus in iudicium incidat diabo-
li. Quem aut̄ diuturnitas temporis & perfectio p̄-
nitentiae idoneū reddit, de fouea peccati etiam alios
extrahere debet, iuxta illud quod in Apocalypsi dici-
tur: Qui audit, dicat, Veni. Vñ & bene dicitur: Quan-
to aut̄ eis p̄cipiebat, tanto magis plus prædicabat;
& co amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia se-
cit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

DOMINICA XIII.

post Pentecosten, Lucæ X.

TIn illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Et reliqua.



IN exordio huius lectio-
nis querit, quare do-
minus oculos se uidē-
tiūm beatificet. Nunquid
oēs oculi beati fuerūt, qui
eū corporaliter uidere po-
tuerunt? Nungd beati ocu-
li Pilati & Caiphæ, & cete-
rorum qui eum uiderunt
& cruciferunt? Aut nun-
quid oculi Iudei beati, qui
eum uidit & tradidit? Nō.
Alioquin & oculi beatorū & uolucrū beati esse pos-

Sent. Sed beatos dicit oculos apostolorum, quibus se & patrem reuelare dignatus est, p quibus superi^o patre glorificauerat, dices: Cōfiteor tibi dñe, pater cæli & terræ, qui abscondisti haec à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Quod euidenter euangelista manifestare curauit, cum postea, que superius scripserat, adiunxit, dicens: Et conuersus ad illos, dixit: **Beati oculi qui vident quæ vos videtis.** Illorum scilicet oculos beatos ostendens, qui hominem uidentes, deum crediderunt. Nā quid in illo homine spiritualibus oculis interius uiderunt, alibi ostendunt, cum requisiti unius uoce respondent, dicentes: Tu es Christus filius dei uiui. Et talis uisio, talis q̄ con fessio quod beatitudinem mereatur, ipse dñs ostendit, cum protinus respondit, dicens: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus q̄ est in cælis. Necq; hac beatitudine fraudabimur, qui eū corporaliter non uidimus, & tamen spiritualiter credimus, sicut cui dā se uidebiti dixit: Quia uidisti me, credidisti: beati qui non uiderunt, & crediderunt. **Dico enim vobis quod multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uideris, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.**] Si reges iuxta literam accipimus, agnoscere possumus q̄a sancti reges, qualis fuit Dauid, Iezechias & Iosias, uoluerunt uidere quod apostoli uidebant, sed non uiderunt. Sed quia rex à regendo nomen accepit, spiritualiter eos reges accepimus, qui quamvis sint pauperate tenues, tamen actus suos & cogitationes iuste regere & disponere nouerunt. De quibus per Salomonem dicit: Cor regis in manu dñi. Vñ bene aliis euangelista pro regibus iustos posuit, dicens: [**Multi iusti**

BB iii

390 **D**OMINICA X^{IV}.

& propheta uoluerunt uidere quę uos uideris, & nō uiderūt.] Sicut enim amittit regiam potestatem, qui tyrannidem exercens, nec se, nec sibi subiectos regere nouit: sic pauper & exiguis regis nomine censei, q̄ scipsum regere nouit bene. Quod Fortunatus breui-
ter uersiculo comprehendit, dicens:

Pauper in occulto regnat, habendo deum.

Sed quæritur quare dñs dicat, Multi reges & prophe-
ta uoluerunt uidere quę nos uideris, & non uiderūt
& audire quę auditis, & non audierunt,] cum Iacob
patriarcha dicat, Vidi dominum facie ad faciem, &
salua facta est anima mea. Et Isaías, Vidi dominū se-
dentem super solium excelsum & eleuatum. Et ipse
Abraeae testimoniu perhibeat, dicens: Abraā pater ue-
ster exultauit, ut uideret diem meū .uidit, & gauisus
est. Sed ad hoc dicendū est, quia aliud est figura, & ali-
ud ipsa res quę figuratur: aliud speculū, & aliud speci-
es. Sancti ergo prophetæ per spiritum sanctum in car-
ne prouiderunt deum futurum, sed corporaliter eum
secum conuersantem, colloquentem, conuersantem,
sicut apli uidebant, uidere desiderauerūt, sed minime
uiderūt. Et ideo de p̄sentiā sua corporali dixit: [Mul-
ti reges & prophetae uoluerūt uidere quę uos uideris,
& non uiderunt.] Nam quantum antiqui sancti eū
in carne uoluerint uidere, indicat uenerabilis Iacob,

Gene.49. qui cum moritus filios benediceret, ait: Salutare tu-
um expectabo domine. Et Isaías hoc desiderio arde-
bat, cum dicebat: Utinam dissumperes cælos & desce-
deres. Et Dauid eodem feruens amore, dicebat: Do-
mine inclina cælos tuos & descende. Hoc etiam ænū
abat, desiderio ille iustus Simeon in euangelio, qui
pro magnitudine sui amoris responsum accepit, non

Gene.32
Isaie.6

Gene.49.
Isaie.64

POST PENTECOSTEN

391

uisurum se mortem, priusquam uideret Churſtū do-
mini incarnarum. **E**t ecce quidam legisperitus
surrexit, tentans illum & dicens: **M**agister,
quid faciendo vitam æternam possidebo? For-
tassis legisperitus iste, ut ad tentandum dominum sur-
geret, ex ipsis uerbis occasionem sumpfit, quibus su-
perius discipulis dixerat: Gaudete qā noīa uestra scri-
Luce. 10.
pta sunt in cœlo. Voluit enim scire, utrum & nomen
suum scriptum diceret in cœlo, ideo tam solcite inter-
rogat, quid faciendo uitam æternam possideat. Sed
quia imperite est loqui, bonum nō recta intentione
proferre, legisperitus iste imperite interrogasse com-
probatur. Quod enim non recta intentione dñm in
terrogauerit, euangelista manifestat cū dicit: [Surre-
xit tentans eum.] Surrexit autem, non solum corpo-
re ad interrogandum, sed etiam mēris elatione ad tē-
tandum. Quod ipsis suis aperit uerbis, cum hunc nō
quasi dñm, sed quasi magistrum inquirit, dicens: [Ma-
gister, quid faciendo uitā æternam possidebo?] Sed
dominus quem occulta cordis non fallunt, & quem
nulla latet cogitatio, ita suā responſionem temperat,
ut ad interrogationē ſcribē respōdeat, & à tentatore
reprehendi nō poffit. Misit enim eum statim ad legē,
quam in ore & non corde geſtabat, dicens: **I**n lege
quid ſcriptū eſt? **Q**uomodo legiſ? At ille, qd
legerat, nec negare poterat, respondens dixit: **Dili-
ges dominum deum tuū ex toto corde tuo, &**
ex tota anima tua, & ex oib⁹ uiribus tuis, & ex om̸i
mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum.] **Q**uā
responſionem, quia dominus ſuam eſte recognouit,
protinus collaudauit, dicens: **R**ecte respondisti:
hoc fac, & viues. **S**ed interrogatio haec ſcribē ma-

BB iiiij

392 **DOMINICA XIII.**

gnā nobis utilitatē parit, si qd hoc r̄ndit uerbis, serue
mus operibus. Ait enim: [Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex
omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & prox-
imū tuū sicut teipsum.] In qbus uerbis ostenditur, q
si uitam uolumus possidere æternā, debemus deū di-
ligere nō ex parte, sed ex integro, toto corde, tota ani-
ma, totis uiribus, tota mente, ut locus nullus remane-
at uacuus, q nō dei dilectionē repleat, sed mens, ma-
nus & lingua, eius dilectionem resonent. Vbi nota-
dum quia in dilectione dei mensura non ponitur, cū
dicitur: [Diliges dominum deum tuum ex toto cor-
de tuo, & reli.] Quia eī immensus est deus, sine me-
sura est diligendus: ut cum multum eum diligimus,
parū nos diligere fateamur. In proximi uero dilectio-
ne mēsura ponitur, cum dicitur: [Et proximū tuum
sicut teipsum.] Debemus igitur deum diligere plusq
nos, & proximum sicut nos, id est, sicut nostræ necessi-
tati uolumus subueniri, sic subueniamus & proximo;
& sicut nostræ infirmitati uolumus compati, sic cōpa-
tiamur & proximi: & sicut ad uitam uolumus uenire
æternam, sic opteraus nobiscum peruenire & proximū:
& hoc est uere diligere proximū, sicut nosmet
ipsos. Considerādum est autem in hoc loco, quia ue-
re nō diligitur deus sine proximo, nec uere proximus
sine deo. Si quis eī ita deum diligir, ut proximi curā
negligat: uel ita proximum diligit, ut dei dilectionē
postponat, nō habere ueram dilectionem credēdus
est. Quod in diuina lege figuraliter demonstratur, qn
in ornamento pontificis coccus bis tinctus poni præ-
cipitur. Quasi eī in ornamento pontificis coccus bis
tinctus ponitur, cum in nostro opere dilectio gemi-

POST PENTECOSTEN 393

natur. Sicut em̄ quis sine duabus aliis ad alta sese sustollere non potest, sic nos ad perfectionē uenire nequimus, nisi duo præcepta principalia seruemus, dilectionē uidelicet dei & proximi, teste Iohanne apostolo qui ait: **Si quis dixerit qm̄ diligo deū, & fratre suū oderit, mēdax est.** Et iteris: **Qui non diligit frēm r. Jobā. 4** suum quem uider, deū quem non uider, quō potest diligere? Et hoc mādatum habemus à deo, ut qui diligat deum, diligat & fratrem suum. **Ille autē volens iustificare seipsum, dirit ad Iesum. Et quis est meus proximus?** Erat enim de illis, de quibus dñs ait: **Quāsierunt gloriam homin̄ magis q̄ dei.** Sed dñs ita suam respōsionem temperauit, ut & se nobis proximū per misericordiā ostenderet factū esse, & phariseo quem imitari deberet, declararet.

Suspiciens aut̄ Jesus, dicit: Homo quidā descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones. Qui in scripturis literā sequuntur, congrue dicunt, quia dñs cum similitudinē uulnerati homīs ponet, recte hunc ab Ierusalem in Iericho descendisse cōmemorat. **Siquidem ab Ierusalem in Iericho per gentibus rupes sunt magnae & ualles concauæ, & loca latronū insidijs apta.** Huius rei testis est Iosephus, qui multititudinē latronū ab Herode in eodē loco necatam esse narrat. **Nos spiritualiter hunc hominem Adā cum stirpe sua intelligimus, q̄ bene de Ierusalem in Iericho descendisse dicitur: quia uisionē supernæ pacis amittens, in præsentem uitam miserijs & æruiis plenam decidit.** Ierusalē quippe, uisio pacis: Iericho aut̄ luna interpretatur. Luna uero in sacro eloquio, humanæ fragilitatis defectum significat, quæ dum menstruis horis crescit & decrescit, nostra calamita-

tis mutabilitatē exprimit, qui crescimus nascēdo, de-
crescimus moriēdo. Tunc ergo primus hō de Ierusa-
lem in Iericho descendit, qñ societatē angelorū, cum
qbus deū contēplabatur, relinquēs, p̄sentis uitæ mi-
serias expertus est. Latrones uero, in quos incidit, im-
mūdi sp̄s sunt, qui sedēt in insidijs in occultis, ut in-
terficiāt innocētes. Ab hōe insidijs orabat se libera-
ri, p̄pheta, cū dicebat: Custodi me à laqueo quem sta-
tuerunt mihi, & à scandalis operantī iniquitatem.
Qui etiā despoliauerunt eum. Despoliauerunt
quippe eū, quia post p̄tm ueste immortalitatis, qua-
uestitus erat, nudauerunt. Vnde & illico cognoscen-
tes se esse nudos, cōsuerūt folia ficus, & fecerunt sibi
perizomata. **Et plagis impositis abierūt.** Pla-
gas imposuerunt, qñ post inobedientiā genus huma-
nū de paradiſo expulsum uariis uitij & peccatis uul-
nerauerunt. Abierūt aut̄ non à tentatione cessando,
sed nō tñ quantū uoluerūt nocendo. Vnde & bñ di-
citur: **Semiuino relicto.** Quasi enim semiu. nus-
est, q ex alia parte est uiuus, & ex alia mortuus. Semiu-
uiu ergo reliquerūt, q̄a ueste immortalitatis cū nu-
dauerūt, sed spem redeūdi adueniā, penitus auferre
nō potuerunt. [Accidit aut̄, ut sacerdos quidā descē-
deret eadē uia, & uiso illo præteriuit.] Sacerdos iste
Aaron intelligit in ordine suo, cui honor sacerdotij
legalis à deo cōcessus est. Et ipse ergo eadē uia descē-
dens, uidit hoīem uulneratū, & pertrāsiit, q̄a de eadē
mortalitate natus, intellexit genus humanū sub pri-
mæ p̄uaricationis p̄tō teneri, sed nec se, nec alios po-
tuit liberare. [Similiter & leuita, cū esset secus locū,
& uideret eū, pertrāsiit.] Leuita ordinē significat p̄-
phetaꝝ: quia & ipse uidit hoīem uulneratum, & per-

PRE POST PENTECOSTEN 395

transfūt, quia intellexerunt propriphete sub uinculo premireatus homin genus coneligatu, sed nec se, nec alios absoluere potuerut. [Samaritanus autem quida iter faciens, uenit secus eum. & uidens eum, misericordia motus est.] Samaritanus, quod custos interpretate, dominum signifi-
cat Iesum Christum, de quo per propheta dominus: **N**isi dominus redificauerit domum, in uanum uigilat qui custodiuit eam. A quo se custodiri optabat ille, qui dicebat: **C**ustodi me dominue ut pupilla oculi, sub umbra alas tuarum, pretege me. **I**ste emis est ille custos, cui per Isaiam, propriheteam dicitur: **A**d me clamat ex Seir: **C**ustos quod de no-
ete? Ait custos: **V**enit mane, & nox. si quereritis, quae-
rite: conuertimini, & uenite. **N**am & in euangelio, cuū Iudaei impropo-
rando ei dicerent, **N**onne bene dici-
mus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium ha-
bes negauit se dæmonium habere, sed non negauit se
Samaritanum esse. **H**uius Samaritani iter fuit de caelo
in uterum, de utero in crucem, de cruce in sepulchrū,
de sepulchro iterum in cælum. Sed cum iter faceret,
uenit secus uulnera, quādo similitudinē nostræ
carnis accepit. **V**idēs autem uulnera eius, misericor-
dia motus est: quod nos de perpetua morte libe-
ravit, & quod pro nostra redemptione deus homo
factus, usque ad nostra humanitate se inclinavit, totum
misericordia fuit, & non meritum, quod inspexerat, pro-
pheta cuū dicebat: **M**isericordia autem dominus ab æterno, &
usque in æternum super timetes eum. [Et appropians ali-
gauit uulnera eius, infundens oleum & uinum.] **V**ul-
nera alligauit, quod peccare prohibuit. **S**ive uulnera al-
ligauit, quod prenitentibus ueniam repromisit, dices:
Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad prenit-
tiam. Et iter: **N**ō est opus sanis medico, sed male ha-
Psal. 102
Matth. 9.

benibus. Et recte dicitur: [Infundens oleum & uinum] Hac em̄ duo liquamina (ut medici ferunt) curandis uulneribus sunt apta; quia uinū purgat, oleū fguet. Spiritualiter autē dñs quasi plagiis uulnerati uinum infudit, qñ asperitatem pœnitentiae indixit. Oleum infudit, cum pœnitēribus suavitatem ueniae repromisit. Quasi uinū infudit, cum dixit: Pœnitentia agite. Quasi oleum, cū adiunxit: Appropinquabit enim regnum cælorū. **Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulū, et curā eius egit.** Iumentum hic, immaculatum dñi significat corpus. Quasi ergo uulneratū hōtem iumento imposuit, qñ per sacram passionem sue caruis, nos dñs à peccatis liberavit. Vnde bene iumentū dictum est, quasi adiumentū, qd inde nostrā infirmitatē iuuit, quod p nobis passionem carnis sine peccato sustinuit, sicut p Petrum dicitur: Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū, ut peccatis mortui, iustitię uiuamus, cuius liuore sanati sumus. Hoc etiā iuxta aliam euangelij parabolam significare uoluit, qñ errantem ouē inueniens, humeris suis imposuit, & sic reportauit ad gregem. Positum autē hōtem uulneratum in iumento, duxit in stabulū, qd redemptum genus humanū duxit ad ecclesiam. Hec em̄ spiritualiter stabulū dicitur, ubi quotidie s̄tā animalia pabulo diuinioribz residiuntur, ubi iuxta Isaiæ prophetiam, accubat lupus cū agno, & bos cum leone paleas comedit. **Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario.** Altera dies, tempus ē post dñi resurrectionem. Quasi em̄ una dies fuit ante passionē, & altera post resurrectionem. Duo denarij, duo testamenta, nouū & uetus; siue duo pcepta charitatis, dilectio scilicet

PRE POST PENTECOSTEN 397

dei & proximi. Tunc cīm̄ duos denarios dedit stabulario, qn̄ duo testamenta sive duo præcepta charitatis, primū apostolis, deinde sequacibus eorū (id est, magistris ecclesiæ) docendo tradidit. Quantam autē dñs de nostra salute curam habeat, manifestat cū ad iungit: **E**t ait illi: **C**uram illius habeb. Quasi cīm̄ curam uulnerati hoīs habendam stabulario iniūxit, qn̄ in persona omnium pastoꝝ & specialiter Petro dixit: Si diligis me, pasce oves meas. Cui recte in præmio promittitur: **E**t quodcūq; supererogatiōris ego cum rediero, reddam tibi. Supererogat quippe stabularius, quando hoc agit homo doctore ex uoto, quod non accepit ex præcepto. Quod fecit Paulus apostolus, quando habens licentiam, ut euāgelium annūciās, de euāngelio uiueret, noluit uti hac potestate, sed die prædicabat, & noctibus laborabat, unde sibi suisq; uictum & uestimentum tribueret. Samaritanus cum redierit, quod supererogauit reddet ei, quando in iudicium ueniens, pro maiori labore prædicationis, maiorem retribuet retributio[n]em, dicens fideli seruo: **E**uge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constitua[m], intra in gaudium domini tui. Finita autē similitudine, interrogatiōne scribæ dominus pulcher rime conclusit, dicens. **Q**uis horum trium videatur tibi prorimus fuisse illi, qui incidit in lāfrones? Ille uero qd negare non poterat, & quod euidentissima ratio demonstrabat, respondit: **Q**ui fecit misericordiam in illum. Cuius responsiōne dominus confirmat, adiungens: **V**ade, & tu fac similiter. Ac si diceret: Sicut Samaritanus alienus natus, p̄ximus factus est uulnerato homini charitate;

Johā. viii.

Matth. ix.

Ita & tu omnem hominem proximum tuum iudicans, omnia bona quae potes, quibuscumque uales in pende, & implesti utique charitatem, quae ad uitam dicit eternam.

DOMINICA XV.

post Pentecosten. Lucae. XVII.

In illo tempore Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per medium Samariam & Galilaeam. Et reliqua



Qui Iudeæ terræ cōfinia nouit, facile intelligit, quod pergens dñs Ierusalem ex his locis, in quibus eum supra euangelista docuisse commemoravit, etiam ad literam per mediā Samariam & Galilgam transitum habuit. Et quia propter nos, & propter nostram salutē homo factus, non solū ad seicuenntibus regnū dei euangelizabat, sed etiā per diuersa loca pergens, plurimis sanitatem tribuebat. **E**t cum ingredere tur quoddam castellū, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterūt à longe, & leuauerunt uocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri.] Non enim prope accedere audabant, quibus quamuis fides suadere affectū, lepram prohibebat accessum. Excludebatur enim à castris, qui hīmōi sustinebant passionem. Neq; em solo uisu uel sermone ab illo se recipere sanitatem dubitabant,

POST PENTECOSTEN

399

cuius à longe stātes auxilium humiliter flagitabant.
 Spiritualiter aut̄, castellū quod dñs ingressus est, mun-
 dum significat. Quasi enim castellum intrauit, qn̄ ex
 Maria uirgine carnem assumēs, mundo uisibilis ap-
 paruit. Decem uiri leprosi, qui ei occurserunt, popu-
 lum significat Iudæorum. Qui bene decem fuisse re-
 feruntur, quia idem populus decalogum legis acce-
 perat ad suā eruditionem. Decem autem sed leprosi
 fuerunt, quia eiusdem decalogi præcepta transgre-
 ens apparente domino in carne, uarijs doctrinis diui-
 sus, diuersis erat iniquitatibus pollutus. Apostolo te-
 ste, qui ait: Non est distinctio Iudæi & Græci. omnes Roma. 3.
 enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gra-
 tis per gratiam ipsius, per redemptionem que est in
 Christo Iesu. Et iterū: Tribulatio & angustia in oīm Roma. 10.
 animā hominis operantis malum, Iudæi primum &
 Graci. Conuenit autem his, qui ex Iudæis in Christū
 crediderunt, quod leprosi à lōge stantes clamabant,
 dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri.] Iesu He-
 bræo sermone, latine saluator sive salutaris dicitur.
 Et ideo à quo salutem sperabant, non solum salua-
 torem nominabant, sed etiam misericordiam posce-
 bant. Et quia in eius præceptis se offendisse recolebat
 non solum saluatorem, sed etiam hunc pariter & præ-
 ceprorē uocabant. Nec de suis meritis quicq̄ præsu-
 mebant, q̄ eius misericordiā tam humiliter deposce-
 bant: [Iesu p̄ceptor, miserere nostri.] Alter: Per le-
 prosos nō incōgrue hereticos intelligere possumus,
 q̄a sicut lepra uarios colores exprimit in cute, sic hæ-
 reticos doctrina uarios errores generat in sermōe.
 Nō solū eīm à catholica ecclesia sunt diuisi, sed etiā ad
 uersum seipso diuersa sentiūt. Dū eīm ali⁹ Ch̄rm deū

tantum credit, & non hoīem: alius uero hoīem tñ,
& non deum: alius eū ueram carnē suscepisse negat,
& alius ē contrario ueram animam non assumpsisse
affirmat, quasi lepra uariū colorē in cute exprimit.

Hitales longe stare debent, qui ab ecclesia repellēdī
sunt, ne lepra suæ immunditiaæ simpliciū corda com-
maculent, sicut p Apostolū dicitur: Hæreticū hoīem
post unā & scđam correptionē deuita, sciēs q̄a per-
uersus ē hmōi. Vñ & Iohānes ait: Si qs uenit ad uos,
& hanc doctrinā nō affert, nolite eum excipere in do-
mo, neq̄ aue ei dixeritis, ut non cōmunicetis operi-
bus illius malignis. Quod si ad ecclesiā redire uolue-
rint, non prius recipiēdī sunt, quā corā sacerdotibus
orthodoxis suā hæresim anathematizēt. Vnde & bñ
subdit: **Quos vt vidit dicit: Ite oñdite vos**

sacerdotibus. De nullis alijs legimus, quibus dñs
hæc beneficia corporaliter prestitit, qđ miserit eos
ad sacerdotes, nisi tñ leprosos. Quod non solum in
hoc loco fecisse legitur, sed etiā alibi, iuxta Matthēū,

cum descendenter de mōte, leprosum perhibetur cu-
rassie, cui dixit: Vade & oñde te sacerdotibus, & offer
munus quod præcepit Moyses in testimonium illis.
Quod uarias ob causas eū fecisse credimus. Primū,
ut sacerdotibus honorem deferret. Secundo, ut non
contradictor legis uideretur, quia legis præceptum
erat, ut si quis à lepra mundatus esset, ueniret ad sa-
cerdotem, & offerret hostiam pro sua emundatio-
ne. Tertio, ut sacerdotes uidentes leprosos mundati-
os, si crederent in mundatorem, inuenient salutē:
si aut̄ credere nollēt, inexcusabiles essent. Siue certe
leprosos ad sacerdotes misit, ut ostēderet quia illud
carnale sacerdotiū, spiritale sacerdotiū, quod nūc iñ

Citti. 3

Matt. 8.

POST PENTECOSTEN

409

ecclesia agitur, præfigurabat. **E**s est enim inuisibilis lepra in anima, quoniam uarijs peccatis inquinat conscientia. **D**um enim alias homicidium, alias furtum, alias adulterium, alias rapinam, alias sacrilegium & cetera his similia perpetravit, quasi diuersis coloribus inuisibilis lepra animam fecerat. **T**ales si muddationem animæ accipere volunt, necesse est ut longe stent, i.e. a consortio sacerdotum se indignos iudicent, magnisque clamoribus Iesum interpellent. i.c. cum magna contritione cordis diuinam clementiam exorent, dicentes cum Psalmista: Ne memineris iniquitatum nostrorum antiquarum, cito anticipet nos misericordia tua, quia pauperes facti sumus nimis. **A**diuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Et quia non solle sacerdotibus peccata sua confiteri debent, sed etiam secundum eorum consilium penitentiam & satisfactionem veniam suscipere, recte dicitur: [**Ite, ostendite uos sacerdotibus**]. **V**ice enim dei peccata sacerdotibus pandenda sunt, & iuxta eorum consilium penitentia agenda. **Q**uod in diuina lege præfiguratum est, qui Moysi de leprosis tale præceptum est datum: **Vir, in Leme. 13** cuius uite uarius color apparuerit, ueniat ad sacerdotem, & ostendat se illi. **Q**ui recludat eum in domo per septem dies separata seorsum. **P**ost septem autem dies eum intuitus, si uiderit creuisse lepram, addat & alios septem. **P**ost quatuordecim uero dies, adhuc si uiderit crescere lepram, sciat quia lepra perseverans est. Et tunc iudicet eum leprorum, & ejiciat extra castra, maneatque intosca barba, scissa ueste, operto capite, aperto ore, immundum se iudicans omnibus diebus separationis suæ. **Q**uod si sanatus fuerit, qui, ha-

CC

justus modi passionem sustinet, ueniat ad sacerdotem, & offerat pro emundatione sua hostiam. i. tortam panis, & sextarium olei ad luminaria concinnanda: duosque passerines uiuos, unum pro peccato, & alterum in holocausto. Quae omnia qualiter nunc in ecclesia agenda sunt, breuiter uideamus. **Lepra** (ut diximus) peccatum significat. Qui ergo habet lepram peccati in anima, debet uenire ad sacerdotem, & ei humiliter sua peccata confiteri. Qui eum intuitus, recludat septem diebus in domo separata seorsum, id est, secundum qualitatem & quantitatem peccati penitentiam ei iniugat. Post septem autem dies eum intuitus, si uiderit creuisse lepram, addat & alios septem: quia ubi additur peccatum, necesse est ut augeatur uindicta peccati. Post quatuordecim uero dies, si lepram crescere uiderit, i. peccatum in consuetudinem uenire, sciat quia lepra perseverans est. Et tunc iudicet eis esse leprosum, et ejiciat extra castra. i. extra ecclesiam eum repellat, uel a consortio sanctorum indignum iudicet. **Maneatque** tonsa barba, quod ad squalorem penitentia pertinet. **Scissa** ueste, ut per confessionem manifesta habeat penitentiam, uel conscientiam. **Operto** capite, quia a predicatione cessare debet, qui peccatis inharet. **Aperto** ore, non in peccati defensione, sed in sua accusatione. Si autem mundatus fuerit, qui huiusmodi passionem sustinet, hoc est, si digne penitendo a consuetudine peccati cesseruerit, offerat pro emundatione sua tortam panis. i. dulcedinem charitatis, quibuscumque potest, impediat, non solum amicis, sed etiam inimicis, & sextarium olei. i. misericordiae uiscera indutus in se peccatis clementer ignoscat: & hoc ad luminaria concinna, ut sicut plures suo malo destruxit exemplo, perdite uiuedos

POST PENTECOSTEN

403

sta plures readificet sua satisfactione ,digne penitē-
do. Offerat quoq; duos passeres viuos, unum ,p pec-
tato, & alterū in holocausto .i. uel duo geuera com-
punctionis, timoris scilicet & amoris: uel certe cor-
pus & animā, ut sicut exhibuit mēbra sua seruire im-
munditiae & iniquitati ad iniquitatē, ita & exhibeat
seruire eadem iustitiae in sanctificationē. Quæ om̄ia
quia ad iudiciū sacerdotis agēda sunt, recte leprosis
dicitur: [Ite, ostendite uos sacerdotibus,] Qui locus
eorum opinione destruit, qui erubescentes pēta sua
sacerdotibus cōfiteri, quoddā occasionis ingenium
inuenerunt, dicētes sibi sufficere, ut soli deo peccata
suā cōfiteant, si tñ ab ipsis peccatis in reliquo cessent,
Quorū opinio si uera esset, nequaq; dñs leprosos, q̄s
per semetipsum mūdauerat, ad sacerdotes mitteret.
Nec Paulū, quē per semetipsum in uia allocutus fue-
rat, ad Ananiam sacerdotē destinaret. Nam ut ostendet
ad iudicium sacerdotū peccata esse ligāda atq;
soluenda, Lazarū quem quatriduanū mortuum per Johān. iii
semetipsum à mortuis resuscitauerat, nō prius abire
permisit, q̄ à discipulis solueret, sicut scriptū est in eu-
angelio: Et surrexit ligatis manib; & pedibus, qui
fuerat quatriduanus mortuus. Tunc ait discipulis su-
is: Soluite eū, & finite abire. Ad quam etiā autorita-
tem cōfirmandam, quū Petro apostolo, collatis cla-
uib; regni cælorū, pontificiū ligandi soluendiq; ira
didisset, ait: Quodcūq; ligaueris super terrā, erit liga-
tum & in cælis: & quodcunq; solueris super terram,
erit solutū & in cælis. Et factū est dū iacent mun-
datis sunt. Nō solum diuina potestate, sed etiā p̄fisi-
ma dispositione, leprosi antequā ad sacerdotes ueni-
tent, in uia mundati sunt, ut & ipsi mundatorem suū

CC ij

cognoscerent, & sacerdotes illorum mundationi nihil se contulisse sentirent. **Iuxta uero spiritualē intelli-**
gentiam, leprosi, ante quā ad sacerdotes ueniāt, mun-
dantur: quia non sacerdotes, sed deus peccata dimit-
tit. **Vnus autē ex illis, ut vidit quia munda-**
tus est, regressus est, cū magna voce magni-
ficas deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius gra-
tias agens.] **Vnus iste qui ad referendas gratias mun-**
datori suo reuertus est, unitatem significat ecclesię,
que cum sit longitudine terrarū diuisa, quia unum cre-
dit, unum sapit, unum desiderat, in unitate tenetur,
de qua scriptum est: Multitudinis credentiū erat cor
unum & anima una. Et iterū: Qui facit uanimes ha-
bitare in domo. Et alibi: Ecce quod bonum & quod iucundū
habitare fratres in unum: Non enim longitudo terrarū
separat, quos eadem fides & charitas sociat. Magna
enim vox, non tamen sonum oris, quantum intentionē si-
gnificat cordis. Magnus enim clamor sanctorum ma-
gnus est desideriū: quia uuusquisque quantum amat,
tamen clamat. Hinc Moysi a domino dicitur: Quid clamas
ad me? cum tunc nihil locutus fuisse legatur. Hunc
clamore se nouerat habere in corde Propheta, qui pro
Psalm, 118 magnitudine amoris dicebat: Clamaui in toto cor-
de, exaudi me domine. Et iterū: Domine, clamaui ad te, exau-
di me, intende uocem meam cum clamauerō ad te. Et pul-
chre iste, qui ad referendas deo gratias mundatori
suo rediit, in faciem cecidisse dicitur. Qui enim in facie
cadit, ibi cadit, ubi non uidet. Cadere ergo in faciem,
adorantis est siue deprecatis. Cadere retro, est super-
bientis siue cōtemnentis. Denique Abraam, postquam
uidit dominum Christi, cecidit in faciem suam, & adorauit. At
uero de persecutoribus domini scriptum est, quod abiectis

14

POST PENTECOSTEN

409

terrōsum & ceciderūt in terram. Heliuero, q̄a filios i. Reg. 4
vō corripuit, cecidit de sella retrosum, & fractis cer-
vīcibus, mortuus ē. Et de Antichristo scriptura figu-
rate loquit: Ut cadat ascēsor eius retro. Et ideo ante Gene. 49
cadere, elector̄ est: retro autem, reprobor̄. **Et hic**

erat Samaritanus. Cum hunc, q̄ ad referēdas
gratias mūdatori suo rediſt, euāgelista tā solicitē Sa-
maritanū noīauit, reliquos, q̄ ingratiremāserunt, lu-
dāos tacite notauit. In multis enim locis euāngelij
prōptior fides gentiū, q̄ Iudaeor̄ ostēditur, sicut dñs
alibi fidem centurionis collaudauit, dicens: Amē di **Matth. 8**
co uobis, non inueni tantā fidem in Israel. Sed quia
Samaritanus interpretat̄ custos, recte iste, p̄ quē uni-
tate ecclēsī diximus figurari, Samaritanus noīatur,
qm̄ inde ecclēsiā suā mundationē uel uirtutē firmi-
ter custodit, quia nō in se, sed in deo firmiter cōfidit. **Psalm. 103**
dicēs cum Psalmista: Custodi me dñe ut pupillā ocu-
li, sub umbra alarum tuar̄ protege me. Et iter̄ Nisi
dñs custodierit ciuitatē, frustra uigilat qui custodit
eam. Vel ut alias uirtutes habere posset, custodiā hu-
militatis retinere studuit, sicut faciebar qui dicebat:
Humiliatus sum usquequaq̄ dñe, uiuifica me scđm **psalm. 103**
uerbum tuum. **Respondens** aut̄ **Jesus**, dirit:
'Nonne decem mundati sunt, et nouem vbi
sunt? Nō ideo dñs interrogat, ut aliqd ignoret, ante
cuius oculos nuda & aperta sunt om̄ia, quiq̄ scit an
tequam siant, sed ut ostenderet se illos nescire. Scire
uero dei, eligere est: nescire uero, reprobare. Nouit
dominus quos elegit, sicut cuidam iusto uiro dictū
est: Nouit te ex nomine. Et sicut Apostolus dicit, No **2. Cor. 5**
uit dñs qui sunt eius. Quos autem reprobat, nescit,
sicut in fine reprobis dicturus est: Discedite à me oēs

CC iii

qui operamini iniquitatem, nescio uos unde estis.
Eos ergo, q ad referendas deo gratias ingrati rema-
serunt, quasi incogitos ubi sunt requirit, dicēs: **Nō-**
nē decem mundati sunt: et nouem ybi sunt.
Non est inuentus qui rediret & daret gloriā
deo, nisi hic alienigena. Et pulchre hi quingratē
remanserunt, nouenario numero continentur. No-
uenarius namq; numerus imperfectus est, & ad suam
perfectionem explendā nullo indigeret, quia unus
dominus, una fides, unum baptisma, unus deus, & pa-
ter omniū. Bene ergo per illos, qui in nouenario con-
tinētur, illi significantur, qui ex perceptis donis do-
minicis gratias deo non referunt. Per illum nero, &
mūdatori suo gratias retulit, illi, qui ex perceptis be-
neficijs gratias ei referunt, dicentes cum Psalmista:
Benedicā dominū in omni tempore. Quia neq;
hic decalogi præcepta perfecte custodiunt, neq; in fu-
turo denarium remuneratiōis, qui in vinea laborant
tibus promissus est, percipiēt. **E**t ait illi: **Surge,**
vade. Qui humiliter ante pedes domini ceciderat,
recte audire meruit: **Surge, vade.** Quia sicut ipse ait
in euangelio: **Omnis qui se humiliat, exaltabitur.** Et
sicut p Salomonem dicitur: **Humile spiritu sequitur**
gloria. Tunc autem peccator surgere & abire per-
mititur, qn̄ per dignam satisfactiōnē à peccatis ab-
soluit. **E**t quia sine fide impossibile est placere deo,
recte subdit: **Quia fides tua te saluū fecit.** Fides
em̄ principalis est uirtus, q a sicut ait scriptura: lustus
ex fide uiuit. **E**t sicut Apostolus: **Nunc autē manet fi-**
des, spes, caritas, tria hæc. Vera est autem fides qua-

psalm. 26

Corin. 13

POST PENTECOSTEN 407

hoc credit mente, qd non uider corpore, teste Apo-
stolo, qui ait in epistola ad Hebræos: Est fides spe
rādarum rerū substantia, argumentū nō apparentiū.

DOMINICA XVI. post Pentecosten. Matth. VI.

In illo tempore dixit Iesus discipulis
suis: Nemo potest duobus dominis serui-
re. Et reliqua.



Cum ad unū dei cul-
turā dñs Iesus Chri-
stus mētes hoīm p-
uocaret, sciens humanam
naturam deo simul & dia-
bolo subditā esse nō pos-
se, ait inter cetera: Nem-
o potest duobus do-
minis seruire. Duo dñi,
deus & diabolus intelliguntur. Dñs emā dominatus
nomen accepit, qd nō mē
illi specialiter cōuenit, qui non solū gubernator, sed
etī cōditor est totius creaturæ, qest rex regū & dñs
diuiniū. Diabolus em̄ non pprie, sed abusue dñs
dictus est, eo q dñium suæ tyrannidis in eorū menti-
bus, qui ei per mala opera subdūtur, exerceat. His er-
go duobus dñis unus idemq hō, uno eodemq tēpo-
re seruire simul nō potest: qā ualde inter se cōtraria
sunt & diuersa, quæ dñs p̄cipit, & diabolus suggerit.
Verbi grā, dñs p̄cipit humilitatē, & diabolus sug-
gerit superbiā; dñs uocat ad castitatē, diabolus per-

suadet luxuriā: dñs largitatis eleemosynā imperat,
diabolus auaritiam: dñs pacem, diabolus discordiā:
dñs dilectionem, diabolus odium. Et ut cuncta bre
uiter concludā, dñs uocat ad uirtutes, diabolus adui
tia. Et ideo nō est humana mens tā ampla & capax,
ut utrāq; uoluntatē, utrāq; seruitū in se simul re
tinere possit. Dēsignatur em̄ Christus eorū suscipere
seruitia, qui mētis collū iugo diaboli supponunt, te

2. Corin. 6 ste Apostolo, q̄ ait: Quae cōuentio Christi ad Belial:
aut quæ societas luci ad tenebras: aut q̄ pars fideli cū
infidelī Nulla. Et sicut alia scriptura ait: Nemo est, q̄
luring ualeat simul, & mittere manū suā in ambo
bus. Hinc per Iacobum dicit: Vir duplex animo, in
constans est in omnibus uījs suis. Et per Isaiam pphe
tam: Væ pētōri terram ingredienti duabus uījs. Aut

Jacobi. 4 enim vnum odio habebit, & alterum cōsiderēt. Odiet ui
delicet diabolum, & diligit Christū. Qui em̄ diligit
deum, odit malum. Nemo em̄ tam ferē mētis est, q̄
se deum uerbis odire fateatur. Sed odire deum dicit,
qui eum non diligit. i. qui eius precepta non custo
dit, de qualib; ipse dicit: Quia uiderunt me, & odio
habuerūt me gratis. Qui autē contēnit deūl, sustinet
diabolū durū & perniciōsum dñm, quinō solum in
ppetua pœna, sed etiā in præsenti uita, qui ei seruit,
multa dura & aspera sustinēt. Sicut enim onus Chri
sti leue est & iugum suave, ita eōtrario seruitus dia
boli dura est & aspera. Vnde de his qui eius uolunta
tem sequuntur, per Salomonē dicitur: Non em̄ dor
miunt, nisi maleficerint: nec rapitur somnus ab ocul
is eorum, nisi supplauerint. Et per prophetam:
Jeremi. 9. Ut inique agerent, laborauerunt. Sed quia diabolus

POST PENTECOSTEN 409

hac seruitutem maxime in eorum mentibus inuenit,
qui avariciæ astibus ardent, recte subditur: **Nō po-**
testis deo seruire et mammonæ. Mammona au-
tem Hebraice uel Syriace, Latine diuitiae interpreta-
tur. A quarum proprietate, non longo societas Pun-
ce lingue distat, quia Punice mammon, Latine lucru
dicit. Audiatur hoc avarus, audiat qui Christiano cense-
tur nomine, & intelligat se deo simul & diuitiis ser-
uire non posse. Aliud est enim habere diuitias, & ali-
ud seruire diuitiis. Qui em diuitiarum dñs est, eas ut
dominus distribuit, implens illud quod per propheta-
tam dicit: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius ma-
net in seculum seculi. Qui autem earum seruus est, nō
solum in acquirendis, sed etiam in custodiendis soli-
cia seruitute torquetur. Et ideo dum seruitute diuiti-
arum implicatus tenetur, à Christi seruitute euacua-
tur. Quia fluius dū in multis riuiulis diuiditur, à pro-
prio alio siccatur. Vnde dñs ait in euangelio: Diui-
tiae & uoluptrates suffocant uerbum, ut non ferat fru-
ctum. Hinc per Iacobum apostolum dicitur: **Omnis** Jacobi. 4.
qui uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei co-
stituitur. Vnde eos, qui Christo seruire desiderāt, do-
minus ad spontaneam paupertatem inuitat, cum sub-
iungit, dicens: **Ideo dico uobis**, ne solicieti sis ani-
me uestre quid manducetis, nec corpori uestro qd
induamini.] Ac si diceret: Quia non potestis deo ser-
uire & mammonæ, ideo dico uobis, ne soliciuti sis a-
nimæ uestrae. Beati enim pauperes spiritu; qm ipso re-
st regnum cælorum. Vbi fortassis simpliciores qua-
erunt, urum cibus iste ad animam pertineat, cum ani-
ma incorporea sit & inuisibilis, cibus autem uisibilis.
Quibus respōdēdum est, q uia anima in hoc loco pro-

DOMINICA XVI.

præsentis uita ponit, cuius sustentaculum est cibus & potus, somnus & uestimentum. Queritur autem quare dixit,
Ne solliciti sitis animæ uestræ quid manducetis, cum
 in laude uiri sancti dictum sit per Prophetam: Labores
 manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi
 erit. Ad quod dicendum quia in hoc loco dominus non la-
 borem prohibuit, sed sollicitudinem uertuit. Laborare enim
 debet homo unde uiuat, non unde diues efficiantur, sicut
 primo homini dictum est: In sudore uultis tui uesceris
 pane tuo. Hinc Apostolus discipulis suis precipit: Ma-
 gis autem laboret unusquisque operando manibus suis
 quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem
 patiētibus. Et ne mens humana de præsentis uitæ sus-
 tentaculo dubitareret, adhuc subiunxit, dicens: **H**omine
anima plus est quam esca, et corpus plus quam uestimentum: Ac si diceret: Qui maiora præstitit do-
 minus, minora non negabit: qui dedit animam, dabit
 & cibum: & qui tribuit corpus, adjicet uestimentum. Es-
 se mens humana sub fragilitatis occasione de præsen-
 tis uitæ necessitate cauaretur, dominus de uolatili-
 bus cæli exemplum adhibuit, dicens: **R**espicite vo-
latilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque
 congregantur in horrea, & pater uester cælestis pascit il-
 la.] Ac si diceret: Si deus uolatilia cæli, quæ animam
 irrationalem habent, absq[ue] aratri labore & sine solici-
 tudine metendi atq[ue] in horrea congregandi pascit, ne-
 quaquam hominem, ad imaginem & similitudinem
 suum factum, fame perire patietur. Vnde et subditur
Homine vos magis plurimis estis illis: Quod non
 ad numerum, sed ad imaginem pertinet, quod est diceret
 Plures estis illis, i.e. rationales, quia meliores estis illis.
 Alius enim euangelista pro uolatilibus cæli specialiter

POST PENTECOSTEN

411

coruos posuit, dicens: Respiciens coruos. Tradunt enim physiologi, quia quando coruorum pulli procreati fuerint, tantiū nō à parentibus alitūr, quoadusq[ue] nigrescib[us] plumis similitudinem eorum in se formare coeperint. Sed quia à parentibus relinquuntur, dei prouidētia pascuntur, teste Psalmista qui ait: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Vnde diuina uoce ad bearum Iob dicitur: Quis præparat coruorum escam suam, quādo pulli eius ad deum clamat uagientes eo quod non habeant cibos? Si ergo tam uilia uolatilia, quae etiā hoībus superflua esse uidentur, deus fame perire nō patitur, nullo modo hominem ad imaginem & similitudinem suam factum fame perire patietur, nisi forte peccatis abundatibus sterilitas terrae iusto dei iudicio contra naturam accidat. Psalmista teste qui ait: Nō uidi iustum derelictū, nec semen eius quærens panem. Et iterum: Nihil deest timentibus deum. Quia dominus superius solitudinem prohibuerat, nūc etiam & uestimentorum superfluum curam uerat, cum adiungit: Quis autem vestrum cogitādo potest adiūcere ad statuā sham cubitum unum? & de uestimento quid so licet estig[us]? si ergo omnibus pater, quia nullus ad statuā suam cubitum uel minimam partem adiūcere potest: ille qui in mensura & pondere & numero currit & a disposuit, sicut dedit mensurā corporis prout uoluit, sic dabit & uestimenti necessitatem. Vnde etiā ad carnaliū hoīm superfluitatem conuincendā, de rebus minimis similitudinem adhibuit, dicens: Cōsidera te lilia agri, quō crescit, nō laborat neq[ue] nē t.] Hic lilia agri, p[ro] oībus herbis posuit, q[ui]s de oīpotēs sine te atricū labore mira uarietate depingit, alijs cādi dum

DOMINICA XVI.

colorēm præbens, ut lilijs; alijs rubicundum, ut rosis;
alijs purpureum, ut uiolis intantum ut nec Salomon
in omni gloria suo coopertus sit, sicut unum ex istis.
id est, lilijs. Quoniam cum esset non solum potentissi-
mus, sed etiam omnium regum sapientissimus, & dis-
putasset de omnibus herbis terræ à cedris Libanius
que ad hyslopū, qui egreditur de pariete, in omni glo-
ria sua non potuit inuenire tale genus uestimenti,
quod esset cāandidum ut liliū, rubicundum ut rosa,
purpureum ut uiola. Sed quod temporalis Salomon
non potuit inuenire in omni gloria sua, spiritualis no-
ster Salomon, id est, dominus noster Iesus Christus,
qui est uerus pacificus, habet in sua ecclesia, scilicet li-
līum in uirginibus, rosam in martyribus, uiolā in cō-
tinētibus. Et prudentissima cōparatione dñs iactatiā
hoīm redarguit, cum adiūgit: Si autem fœnū a-
gri, quod hodie ē et cras in clibanū mittitur,
deus sic uestit, quanto magis vos minū əfi-
dei. Aci dicere: Si fœnum agri, id est, herbas terræ,
que ad abundantiam pluvia crescent, & in ardore solis
arescunt, deus tāta uarietate & decore uestit, nec uos
nuditate vel frigore perire patietur, quos ad imagi-
nem suam & similitudinem creauit. Sed cum eos, q-
bus loquitur, minimos fidei uocat, ostēdit quia fides
augmentum habet. Qui enim non credit, infidelis ē;
qui autem perfecte credit, rest̄g fidei est: qui uero ex
parte credit, & ex parte non credit, minimæ est fidei.
Et talis fides augmentum desiderat, sicut apostoli do-
mino dixerunt: Domine, adauge nobis fidem. Et cē-
tūrū ille, qui pro puero rogaturus uenerat, cū audis-
set a dño: Credis̄ omnia possibilia credenti, respondit:
Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Finita

autem similitudine, ad nostram admonitionem iterum sermonem conuerit, cum ait: **P**rolite ergo sollicitosse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc omnia gentes inquirunt. **G**ètes dicit, alienos à fide, ethnicos & paganos, qui deum nesciunt, & uitam æternam non credunt, & ideo tantum de præsentibus solliciti sunt, ut habent quid manducent usq; ad crapulam, & quid bibat usq; ad ebrietatem, & quid induantur usq; ad iactantiam & superfluitatem. Nam preciosa uestis non nisi propriètate inanè gloriā requiritur: **V**nde dñs in hoc loco bene iuxta alium euangelistā fertur dixisse: **E**t nos lice in sublime tolli. **N**obis autem, qui solliciti seruare debemus unitatem spiritus in uinculo pacis, & quoniam spes in altera uita est, in quo nostram sollicitudinem ponere debemus, manifestat cū adiungit: **S**cit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. **P**ater noster ille est, qui non solum nos dignatus est creare, sed etiam redimere, & per spiritum sanctum suum regenerare. **C**ui quotidie in oratione dicimus: **P**ater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. **I**lle enim qui nos creauit, sciens figuratum nostrum, & considerans fragilitatem nostram, si nos pro æterna uita sollicitos esse uiderit, absq; magna sollicitudine uitium & uictimentum ministrabit. **I**pse enim scit quid nobis necesse sit, antequam petamus eum. **N**am inquit uelit nos esse sollicitos, & qd ab eo petere debeamus, ostendit cum ait: **[Q]uærite ergo primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adjicietur uobis.** **[P]**rimum autem id est, præcipue regnum dei & iustitiam eius quærrere monet, quia ante omnia & super omnia hoc petere, hoc quærrere, hoc amare & desiderare de-

Luce. 12

414 **DOMINICA XVII.**

bemus, ut regni caelestis participes simus. Notandum autem quod non ait: **Hæc omnia dabuntur uobis,** sed adiicientur, ostendens illud esse principale bonū quod datur, id est, regnum dei & iustitiam eius: **hæc omnia que adiicientur, tantum in præsentia uita esse necessaria, id est, uictum & uestitum.**

DOMINICA XVII.
post Pentecosten. **Luca: VII.**

In illo tempore Ibat Jesus in ciuitatem,
quaे vocatur Naim. Cū aut̄ appropinqua-
ret portæ ciuitatis, ecce defunctus effereba-
tur filius unicus matris suæ. Et reliqua.



Mediator dei et hominū Jesus Christus, homo p̄ nobis factus, ita in hoc, quē ex nobis assumptus, sua opera temperauit, ut frequenter in uno eodēq; miraculo, se uerum deū uerumq; hominem declararet. Qd̄ in huius lectiōis serie aper te demonstratur, cum prius misericordia motus dicatur, ac deinde iuuensem resuscitasse narratur. Qui enim ad fletū uiduit misericordia mouetur, uerus est homo: qui autem sola iussione iuuensem à mortuis resuscitauit, proculdubio uerus est deus. Sed quid hæc significant spiritualiter, uideamus, ut unde unus resu-

scit in corpore, inde multi resurgat in mente. Ait enim euangelista: Ibat Jesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim. Nam ciuitas est Galilææ, duobus milibus distans à monte Tabor. Interpretatur autem in nostra lingua fluctus, sive cōmotio, & significat spiritu taliter mundum, qui amissa tranquillitate, in fluctibus & cōmorionibus est, sicut per Psalmistam dicitur: Cōmouisti domine terram, & conturbasti eā. psalm. 59
Dñs autem quasi Naim appropinquauit, quando humanitate nostra assumpta, uisibilis mundo apparuit. Susciturus autem mortuum, non solum discipulos, sed etiam turbam copiosam secum uoluit comitari, ut ex uisione miraculi, non pauci, sed plures ad credulitatem & fidem eius uel laudem vocarentur. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius ynicus matris sua. Defunctus iste, qui extra ciuitatem ad sepelendum delatus fuerat, hominem significat mortifero crimine soporatum. Moritur enim anima per peccatum, quia anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Tribus enim modis peccatum agitur, suggestione, delectatione, cōsensu. Fit enim suggestione per hostem, delectatio per carnem, consensus per spiritum. Quem enim in corde peccare delectat, quasi infra ciuitatem mortuus iacet. Cum uero delectatio non solum usq; ad consensum, sed etiam usq; ad operationem pducit, quasi extra portas ciuitatis mortuus expellitur. Quia sicut in ciuitate homo inhabitat, ita anima ad tempus corpus ingreditur, per quod bonū uel malū operari potest. Portas autem ciuitatis, non incongrue sensus corporis accipimus, scilicet uisum, auditum, gustum, odoratum, tactum. Per has enim portas aut uita, aut mors

ad nostram animam ingreditur. Qui enim sublimis
habet oculos & elatos, & ad concupiscentiam mulie-
ris apertos, quasi per portas oculorum suorum extra ciui-
tatem mortuus expellitur. Qui autem aures suas li-
benter detractionibus, maledictionibus & falsitati-
bus aperit, quasi per portas aurium suarum mortuus
educitur. Qui uero propter carnalem delectationem
satisfaciēdam uarios odores per illecebras sequitur,
quasi extra portas narium suarum mortuus depor-
tatur. Et qui loquitur iniquitatē in excuso, & semi-
nat inter fratres discordias, q̄si p̄ otis sui portas mor-
tuus effertur. Qui autem promptus habet manus ad
effusionem sanguinis, & lesionem proximis inferen-
dam, quasi per portas manuum suarum mortuus ra-

Jeremi. 9. pitur. Quibus per Prophetam dicitur: Intravit mors
per fenestras uestras, ingressa est domos uestras. Sed
nos talium exempla contemnentes, spiritales nostre
civitatis portas muniamus, ut nō ad animas nostras
mors, sed potius uita introeat. Muniamus portas o-
culorum ab illico uiū, ut cum Psalmista dicere ua-

Psalm. 110. leamus: Leuau oculos meos ad montes. Et cū bea-

Job. 31. to lob. Pepigi sedus cum oculis meis, ne cogitarē q-
uem de virgine. Et cum Psalmista Oculi mei semper

Job. 48. ad dominum. Muniamus aures, ne libenter audiant
uerba detractionis, maledictionis, falsitatis & scurri-
litatis, ut cum beato Job dicere possimus: Auditu au-

Psalm. 84. ris audiui te domine. Et cum propheta: Audiam qd
loquar ut in me dominus deus. Muniamus nates ab

illicitis odoribus, ut secundū Apostolū simus Christi
bonus odor deo in omni loco. Muniamus linguā
a maledictione, detractione, falsitate & odioso sermo-
ne, ut cum Psalmista dicere ualeamus: Dixi, custodia

POST PENTECOSTEN

419

tuas meas, ut nō delinquam in lingua mea. Posui ori
meo custodiā. Muniamus manus ab effusioē sanguī
nis & lēsione proximi, sem p̄ḡ eas ad eleemosynā lar
giendā & bona opera faciēda paratas habeamus, ut
cū Psalmista dicere queamus: Lauabo inter innocen
tes manus meas, & circūdabo altare tuū dñe. Et cū ec
clesia: Manus meq̄ distillauerūt myrrā, & digitū mei
pleni myrrā, pbatissima. Custodiamus etiā pedes, Canticū
ne sint ueloci ad currēdū in malū, sed potius ad pa
ce euāgelizandā, ut impleatur in nobis illud, quod in
Isaia scriptum est: Beati pedes pacē portatēs. Et cum
Psalmista: Lucerna pedibus meis uerbū tuum dñe. Si
enī hos quinq̄ sensus bene custodierimus, spiritualiter
a dño resuscitari merebimur, & erimus de illis, de q
bus Isaia ait: Qui ambulat in iustitiis suis, & rel. Et
hæc vidua erat, t̄ turba ciuitatis multa cū illa.
Vidua hæc spiritualiter sanctā significat ecclesiam,
q̄ p̄ eo uidua dicit, quia præsentia dñi sui uiduata est,
eiusq̄ redditum ad iudiciū expectat, de qua scriptum
est: Vidua eius benedicē benedicā. Hæc ē illa uidua,
qua q̄tidie in euāgelio iudicē interpellat: qm̄ eccl
esi instantissime in oratiōe perseverat, de qua scriptū
est: Nonne lachrymæ uiduæ ad maxillas eius descen
dūt, & exclamatio eius usq̄ ad deducentē eas? Huius
quoḡ uiduæ filius, unusquisq̄ credentiū est, qui tunc
moritur in animā, qm̄ peccat in corpore. Flebat autē
mater unicum filium suum, quia ecclesia spiritualium
filiorum suorū mortē quotidie flere non cessat, sicut
faciebat Paulus apostolus, qm̄ dicebat: Filioli mei, qm̄ Galat. 4
iter, parratio, donec formetur Christus in uobis, uel
lem enī apud uos esse modo, & mutare uocē meam,
quam ut confundar in uobis. Et itaq; Lugeo multos. 2 Corin. 12

DD

418 **DOMINICA XVII.**

ex his qui ante peccauerūt, & non egerunt pœnitentiā sup impudicitijs quas gesserūt. Solet autē cōtingere ut aliorū oronib⁹ & exhortatiōibus multi resuſciten⁹ ad uitā, q̄ p̄prijs meritis teneban⁹ in morte. **Vñ** & subditur: Quam cum vidisser dominus, mise
ricordia motus super eam dixit Eli: Noli flere.] San-
ctorū em̄ fletu dominus ad misericordiā commouet,
ut peccatoribus misereatur. Quod in operibus Moy-
si & Eliæ discimus, quorū alter pro peccatis populi in
tercedens, ac dicens: Aut dimitte eis hāc noxam, aut
dele me de libro tuo, quē scriptisti, audire meruit: Ec-
ce placatus feci secundum uerbum tuum. Ad alterius
uero orationem pluuiam terræ dedit, quā peccato-
ribus per triennium negauerat. [Et accessit, & tetigit
loculum.] Loculus in quo mortuus portabatur, con-
sciētiam peccatoris male desperatā significat. Quasi
em̄ in loculo mortuus ad sepeliendū portatur, quan-
do peccator pro magnitudine sui sceleris seipsum de-
sperans, quasi securus absq̄ timore peccat. Sed dñs lo-
colum tangit, quando cor durum peccatoris p̄ diui-
nam gram ad pœnitentiā emollit. [Hi autē qui porta-
bant, steterunt.] Hi qui mortuum ad sepeliendū por-
tabant, uitia & peccata significant, qualia sunt adul-
teria, homicidia, furta, rapina, sacrilegia, & cetera ta-
lia, quæ dum in opere peccatoris uicissim sibi succe-
dunt, quasi mortuum ad sepulturā deferunt. Sed do-
mino tangente loculum, hi qui portabāt, steterūt: qā
cum cor peccatoris ad pœnitentiam conuersum fue-
rit, consuetudo peccandi cessat. Murantur em̄ opera,
prior iniquitas refrena⁹, & pro luxuria castitas, & p̄
odio charitas, p̄ ebrietate amatur sobrietas. Alitera
Hi qui mortuum portabant, adulantium linguis si-

Ezodi. 32.

POST PENTECOSTEN 419

gnificant. Quasi em̄ super mortuū adulatores terre congerie iacent, qn̄ peccantē uauis fauoribus & blādimentis demulcent. Sed dñō tangente loculum, hi qui porrabant steterunt: quia postquā peccator spiri-
rus sancti gratia fuerit illuminatus, adulantium blan-
dimenta fugere incipit, iuxta illius exemplū qui ait:
Corripet me iustus in misericordia & increpabit me,
vleum autē peccatoris non impinguet caput meum. Psal. 140.
Erait illi: Adolescens tibi dico, surge. Et re-
sedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum
matri sua.] Tunc ad diuinam iussionem mortuus re-
surgit, qn̄ per penitentiam peccator reuiuiscit, ab illi
us misericordia uocatus, q̄ ait: Viuo ego, dicit dñs de
us, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & ui-
uat. Incipit loqui, cum & sua mala opera accusare &
deum dicit laudare. Redditur matre, cum per sacer-
dotale ministerium reconciliatur ecclesiae, à qua pec-
cando ante abcesserat. Frequenter em̄ illo r̄e restitu-
tione diuina misericordia largitas glorificat, de quo r̄e
uita prius fuerat desperatū. Vnde & recte subditur:
Accipit autem omnes timor, & magnificabunt
dēū, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in no-
bis, & quia deus uisitauit plebem suam.] Cuius em̄
gradus altior est, eius peccatū grauius. Sed quo magis
de maioribus peccatis à deo liberatur, eo amplius
liberatoris gratia glorificatur. Quia & medicorū
opus tanto magis laudabile appetit, quanto & diffi-
ciliores morbos curare potuerint. Possumus etiā ali-
ter per hūc mortuū allegorice genus humanum intel-
ligere, quod tunc in mortem incidit, quando præce-
pra uita contempsit, dicēte dñō: In quacunq; die co-
mederitis de ligno scientiæ boni & mali, morte mori

410 **D**OMINICA XVII.

emini, Mater autem uidua, quae unicū filiū flebat, synagoga intelligitur, quae in patriarchis & prophetis genitum humani interitū deflebat. Et quia prope est dñs omni bus in uocatibus eū in ueritate, recte subditur: [Quā cum uidisset dñs, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.] Ac si diceret: Desine flere mortuū, quē post paululū resurgentē videbis. Ne timeas mortē, cum presentē habeas uitā. [Et accessit & tetigit loculū.] Tunc eīm spiritualiter loculū dñs tetigit, qn̄ homo factus, p semetipsum corda hominum ad penitentiā induocauit, dicēs: Penitentiam agite, appropinquabit eīm regnum cælorū. Locus nancią a quatuor deportat. Quatuor eīm modis genus humanū ante aduentū dñi astrictū tenebant, amore scilicet & timore, gaudio & mōrōre. Amore, in acquirendis rebus: timore, in custodiēdis: gaudio in acquisitis: mōrōre, in amissis: qā qui prius gaudēbat in abundantia rerū, postmodū exultabat in paupertate: & qā tunc gratulabatur in aegritudinē, post latrabat in amissis. Hi autem qui portabant, in mundos spūs significant, qui non solum per pœnūriationē primi hominēs, sed etiam per multa mala opage nūs humanū ad mortis sepulturā trahebāt. Sed dñs tangente loculū, hi qui portabant, steterūt: qā postqā corda hominum per penitentiā ad deum conuersa sunt, protestas immundorum spirituum cessauit. [Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & caput loquitur, & dedit illū matri suā.] Recte per adolescētē genus designat̄ humanū, qā sicut in adolescētia forte & robustū est corpus, ita genus humanū priorib⁹ tib⁹ uelut in iuueniute viguit, in pœnitētia, plis fecundū, in longiudine uita diuturnū, in abundantiā gerū huberrimum. Resedit autem qui erat mortuus;

POST PENTECOSTEN. 421.

quando genus humanum ad uitam redit. Cœpit lo-
qui, id est, q̄ prius opera manuum suarū laudabat, deū
conficeri cœpit, dicens cum Propheta: Dñs deus dedit Iraig. 50
michi linguā eruditam. Et cum Psalmista: Dñe, labia
mea aperies. Dedit illum matri suā, qñ eum ecclesiæ
restituit. [Accepit autem omnes timor.] Hi qui ti-
more & admiratione concutiebantur, immundi spi-
ritus intelliguntur, qui uidentes genus humanum, p-
aduentum domini de sua potestate eripi, tota inten-
tione concussi sunt instantiū, ut per obfusum homi-
nem dicerent: Quid nobis & tibi fili dei: uenisti ante
tempus torquere nos?

DOMINICA XVIII. post Pentecosten, Lucæ XIII.

In illo tempore Cum intraret Iesus in
domum cuiusdam principis pharisæorum
sabbato manducare panem. Et reliqua.



Q Voties legim⁹ do-
minū ad nuptias
uel ad conuiuū
uenisse, non gulę illecebris
deputare debem⁹, sicut scri-
bæ & pharisei faciebant, di-
centes cum uini potatorē
esse, & amicū publicano-
rum, sed ob certi gratiam
mysterij eum uenisse crede-
re debemus, id est, pro lu-
crā dis animabus. **Sicut em̄**

DD iii

doctus p̄scator & peritus uenator, siue auceps, in eo
loco retia sua tendit, ubi multitudinem p̄scium uel
auium siue bestiarum cōuenire nouit, ut ex multis aliis
qui capiantur: ita dominus retia suae prædicationis
in eo loco extendere uoluit, ubi plures conueniebāt,
ut ex multis aliqui caperentur in fide. Et ob istiusmo-
di causam, uel ad cōiuia, uel ad nuptias uocatus, ue-
nire non renuit. Vñ (sicut præsens lectio narrat) cī
intraret Iesus in domū cuiusdam principis
phariseorum sabbato manducare panem, et
ip̄si obseruabant eum. Vbi non ad quia pauis
nomine omnia, quæ ad uictum pertinent, euangeli-
sta significare uoluit: quia usus scriptura est, ut à prin-
cipali parte, quæ est in uita hominis, id est, pane, cæte-
ra significet, sicut de Ioseph fratribus dicit̄ legimus:

Gene. 43. Quia isti hodie mecum comeduntur sunt panē, qui ta-
men postea cum eo inebriati fuisse leguntur. Et sicut
in eadem Genes̄i legimus de puero Hebræo, qui uxori
rem domino suo querebat, Et appositus est corā eo
panis. Quod autem ait, [Et ip̄si obseruabant eum,] non ad sabbatum, sed ad ipsum dominū pertinet. Ob-
seruabant quippe eū, si in sabbato curaret hominē,
aut aliquid opus fäceret, siue aliquem sermonē pro-
tulisset, in quo merito tam reprehendere possent. Ne
que enim obseruatores sabbati erant, qui ipsum sab-
bati sanctificatorem reprehendere cupiebant, si pos-
sent. Obseruatio ergo & in bono & in malo ponitur.
In bono, sicut dñi uoce Israelitis dicit̄: Ecce ego mit-
to angelū meum, qui præcedat te & custodiat semp.

Gene. 24. Obserua ergo, & audi uocē eius. Et sicut Apostolus
ait: Obseruare eos qui ita ambulant, sicut habetis for-
mam nostrā, id est, eos imitamini, quos iuxta formā,

Philip. 3

POST PENTECOSTEN 423

quam uobis ostendimus, ambulare uideritis. In ma-
lo ponit, sicut ait Propheta: **Obseruabit peccator iu-**
stum & stridebit super eum dentibus suis, uel quæret
mortificare eum. Sic & in hoc loco, non in bono, sed
in malo ponitur, cū dicitur: [Et ipsi obseruabāt eū.]
Igitur obseruabant eum, nō ut imitari uellent, sed re-
prehēdere cū piebāt, si possent. **Obseruatio ergo & in**
bono, & in malo ponitur. **E**t ecce homo quidam
hydropicus erat ante illum. Hydropis grauis
est infirmitas, quæ nascitur ex uitio uesciae, cum infla-
tione turgente & anielitu fœrido. Proprium est hy-
dropici, ut quo amplius biberit, eo magis sitiat. Ergo
per hydropicum auarus quilibet designatur, quia sic
ut hydropicus quo est grossior, eo est infirmior: ita a-
uarus q̄ plus abundat diuitijs, eo plenior est uitijs. Ec-
sicut hydropicus quo amplius bibit, eo amplius sitit:
sic auarus quanto magis diuitias, quas cōcupiscit, ac-
quisierit, tanto magis in eis acquirendis exardescit.
Quod pulchre quidam de sapientibus breuiuersicu-
lo comprehendit, dicēs:

Crescit amor nummi, quantū ipsa pecunia crescit.
Et sicut quidam ait: Auarus obolo indiget. Sicut em̄
sapienti totus mundus diuiiarum est, sic auaro to-
tus mundus auaritiae: quia quicquid uidet oculis, cō
cupiscit mente & habere desiderat. Alienum da-
mnum suum lucrum deputat, teste Salomone: Au-
arus nō implebitur pecunijs, nec anima eius satiabitur
bonis. Potest quoq̄ non incōuenienter per hydropi-
cum glibet luxuriosus intelligi: q̄a sicut hydropicus
q̄ plus bibit, plus sitit, ita luxuriosus quo plus ad pe-
tulatiā carnis deditus fuerit, eo plus ad petulantia
libidinis exardescit. De quibus per prophetā dicitur
D iiiij

424 **T** DOMINICA XVII.**Jerem. 23
Joel. 1**

Quorū carnes sunt ut carnes asinorum, & fluxus eorum ut fluxus equorum. Et iterum: Computuerunt iumenta in stercore suo. **Eccl. respondens Iesu,** dicit ad legisperitos & phariseos, dicens: **Si licet sabbato curare?** At illi tacuerunt. Responso ista domini ad illud pertinet, quod superius dictū est: [**Et ipsi obseruabant eum.**] Nō enim hic ab alijs interrogatus legitur, sed ad eorū cogitationes respondit: Et prudētissima ratione dominus obseruatorēs suos hinc inde conclusit, ne aptam inuenirent responsionem. Si enim dicerent, **Licet sabbato curare, reprehensibiles essent, ut quid eum obseruarent, utrum sabbato curaret hominem: si uero dicerent, Non licet, arguerentur, quare sabbato asinum uel bouem soluentes à præsepio, ducerent ad aqua. & ideo nō inuenientes quid dicerent, tacuerūt.** Nec solum in hoc loco reprehensorēs suos ira conclusit, sed etiam in alijs frequentier locis, sicut de quadam muliere in adulterio deprehensa, uel de denarij redditione, et sicut fecit qn̄ interrogauerunt eum, dicentes: Dic nobis, in qua potestate hæc facis? At ille respōdēs, dixit: Dicite & uos mihi unum uerbum, & ego dicam uobis in qua potestate hæc facio. Quod si nō dixeritis mihi, nec ego dicā uobis in qua potestate hæc facio. Dicite mihi: Baptismum Iohannis de celo erat, an ex hoībus? At illi cogitauerunt intra se, dicentes: Si dixerimus ē celo, dicet nobis: Quare ergo nō suscepistis illud? Si dixerimus ex hominibus, turba quæ à Iohanne baptizata est, lapidabit nos. Et ideo non habētes quid dicerē, filuerunt. Sic & in hoc loco nullā aptam inuenientes responsionem, tacuerunt, impleta prophetia, que ait: Rex uero læbitur in deo, laudabuntur omnes qui

POST PENTECOSTEN 425

lurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.
Sed quia dominus etiam ingratis beneficium suae largitationis frequenter praestat, recte subdit: **I**pse vero apprehensum eum sanavit, ac dimisit. Et pulchre comitam avaris hydropticum curavit, ut cum in uno sanaretur infirmitas corporis, in multis morbus curarentur mentis. **Q**uorum avaritiae dominus prudentissima comparatione redarguit, cum ait: [Et respondens, ad illos dixit: **C**uius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad haec respondere illi.] **A**cisi diceret: Si uestrum animal in puteum cadens cum tanta festinatione eripere curatis, non propter animalis curam, sed propter uestram avaritiam consulendam: multo magis ego hominem, qui melior est pecore, & qui ad imaginem dei factus est, ab infirmitate in sabbato debeo liberare, cum facilius sit hominem uerbo sanare, quam animal de puto abstrahere. **I**am enim per hydropticum avarum diximus designari. Pulchre ergo avarus animal in puto cadere comparatur, quia hydropticus humor inordinatio abundat. **D**um enim quis morbo avaritiae succumbit, quasi sitiens in puto cadit. **V**nde & dominus mulierem, quem decem & octo annos incurvata fuerat, nec sursum aspicere poterat, assimilauit animal, quod ad aquam ducitur. **M**alum est ergo uitium avaritiae, quod fidem tollit, concordiam dissipat, charitatem uiolat, & innumerabilia mala generat, teste Apostolo, q. ait: **R**adix omnium malorum est cupiditas, quam quida appetentes, circa fidem naufragauerunt, & inferuerunt se doloribus multis. Inflatus autem divitiis, peracta & angustam viam in regnum celorum intrare non potest, dico dicere: **D**ificile, qui pecunias habent, in **Luce.** 19.

t. Tim. 6.

DD. v.

426 DOMINICA XVIII.

regnum dei intrabūt. Amen dico uobis, facilius est camelū per foramē acus transire, q̄ diuitia in regnū dei intrare. Vnde Apostolus ad Timotheū ait: Prēceptū diuitibus huius seculi, nō sublime sapere, nec in in certo diuitiarē sperare, sed in dñō, qui abūde prēstat om̄ib⁹ ad fruendū. Nā qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationē & laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia, quæ mergunt hoīem in interitum & perditionem. Dupli ci eīm pœna avarus constringitur, qñ & hic infelix diuitias cū labore acquirit, & in futuro earundem diuitiarē rationē cum dolore in tormentis exoluet. Iacobo teste qui ait: Agite nunc diuites, plorate, ululantes in miserijs quæ superueniunt uobis. Diuitiae uīræ putrefactæ sunt, & uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aur & argentum uerstrum æruginavit, & ærugo eorū in testimonium uobis erit, & māducabit carnes uestras sicut ignis. Avaritia eīm uisceribus pietatis caret, patrē nescit, marrē ignorat, fidē & amicitiā nō custodit, proximo uel ppinquo non miseret, sed ppinquos uelut extraneos efficit, dicente Salomone: Bene facit animæ suæ uir misericors, avarus aut̄ etiam ppinquos abiicit. [Dīcebat aut̄ & ad inuitatos parabolam, intendens quō primos accubitus eligeret, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, nō discubas in primo loco.] Quantū ad literā pertinet, prudentis & eruditii uirtutam & mores cōponit, qm̄ honestissimū genus est uiuendi in cōuijns uel nupijs, siue alijs cōuentibus, fideles ut se alterutrū præferat, & honore seiuicem præueniant, p̄cipiente Petro apostolo qui ait: Om̄es inuicē humilitatē insinuate. Sicut eīm honor est aliquem superius uocari, sic dedecus, cum qui primūlo

Jacobij, s.

xviii. ii

Petri, s.

POST PENTECOSTEN 427

cum imprudenter apperit, ad ultimū reuocari. **Meli.** **Prono. 25.**
us est em̄(ait Salomon) ut dicas tibi, **Ascende superi-**
us, quām ut humilieris corā principe. **Et iterū:** **Altio-** **Eccle. 38**
ra te ne quēsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. **Et Ecc. 31.**
iterum: Ad mēsam magnā sedisti &c. **Et rursus: Su-** **Proue. 19.**
perbum sequitur ignominia. Spiritualiter aut̄ coniunctionem Christi & ecclesiae, nuptias uocari in scripturis usitatisimū est, sicut est illud in euangelio: **Simile** est regnū cælorū homini regi, qui fecit nuptias filio suo. In nuptijs duo coniunguntur, sponsus & sponsa. Spōsus ergo Christus est, de quo p̄ Lohannē dicitur: **Qui haber sponsam, spōsus est.** **Sponsa uero est sc̄tā** ecclesia, cui per prophetā dicitur: **Spōsabo te mihi in** **Osee. 2** **justitia & ueritate.** Thalamus huius spōsi, uterus uirginis fuit, sicut per Psalmistā dicitur: **Tanquā** sponsus procedens de thalamo suo. Celebratores harum nuptiarum apostoli fuerunt, de quibus scriptum est: **Non possunt filij sponsi ieunare, quandiu cū illis est** sponsus. In his ergo nuptijs ille feliciter discubuit, q̄ in fide uocatus, humiliiter, pie, iusteip̄ in ecclesia uiuit. Bene aut̄ dicitur, **Non discumbas in primo loco.** No uissimus enim locus ad mentis humilitatē pertinet. Ille ergo spiritualiter nouissimus discubuit, qui se om̄ib⁹ inferiorem & indigniorem in mente iudicat, considerans non solū sanctiores, sed & multos se esse sapientiores. **Vnde & subditur: Re forte honoratiō te sit in uitatus ab eo, & veniens is qui te**
& illū uocauit, dicas tibi: Da huic locum.] Sæpe em̄ per mentis elationē de superiori gradu ad inferiorē quisq; descendit, quia dū mente tumidus est & inflatus, aut in carnis perulantiam, aut in aliquod facinus cadere permittitur, per qd ab hominibus uitupere.

428 DOMINICA XVIII.

Preg. is. tur, Vnde & subditur: Et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Quod Sauli contigit, cui superbienti a dño dictum est: Nonne cum es parvulus in oculis tuis, caput in tribibus Israel constitui te? Nunc quia eleuaris, deieci te ne sis rex. Sed postquam quid agere non debeas, prohibuit, quid agendum sit, pius redemptor manifestare curauit, cum subiunxit: Sed cum vocatus fueris, vade recumbe in nouissimo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius.] Quem ergo humilem inuenit, amici noic beatificat, atque ut su-

Petri, s. perius ascendat uocat: quia ut ait Petrus apostolus, Superbis deus resistit, humiliibus autem dat gratiam. Et pulchre subdidit: Tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus, ne nunc in praesenti quererere incipias. Hæreditas enim ait Salomon ad quam in principio festinatur, in nouissimo benedictione carebit. Exponens dñs quid in similitudine posuerat, adiunxit, dicens: [Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.] Vbi notandum quia non ait simpliciter, Qui se humiliat, exaltabitur: sed cum additamento, [Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.] Alij ergo in hoc seculo & in futuro exaltariuntur, qualis fuit David, Iezuchias & Iosias, & cæteri tales qui in praesenti seculo gloriosi fuerunt, & in futuro gloriosiores sunt. Alij hic & in futuro humiliariuntur, quales sunt superbi pauperes, & illi qui pro peccatis in praesenti uitia uindicta recipiunt, & in futuro ad perpetuam pœnam transirent, qualis fuit Herodes, Antiochus, & multitas de quibus scriptum est: Duplici cõtritione cõtere Jeremi. 17 eos dñe. Nonnulli hic exaltantur, & in futuro humili-

antur, quales sunt superbi diuites, q̄ iuxta scripturæ uocem, Ducūt in bonis dies suos, & in punceto ad inferna descendunt. Alij hic humiliantur, sed in futuro exaltatur, sicut sunt sancti pauperes, & præcipue illi, qui propter deum omnia sua derelinquūt, & spontanea paupertate semetiplos humiliāt, ut in futuro ex altari mereantur. Amemus ergo uirtutē humilitatis in presenti uita, ut à dñō exaltari mereamur in altera uita, illius uestigia sequentes qui ait: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requie animabus uestris. Humilis aut̄ dictus est quasi humiliaciuſ. Ille ergo uere humilis esse cognoscitur, qui se terram & cinerem iugiter esse considerat, dicens cum beato Abraā patriarcha: Loquar ad dñm meū, Gen. 15 cum sim puluis & cinis. Humilitas nō solū in corpore, sed etiam in mente conseruanda est, iuxta exemplum illius, qui in regali solio constitutus, aiebat: Humiliatus sum usquequāq; dñe, uiuifica me scdm uerbū tuū. Humilitas quippe magistra est sapientiae, teste prophetā q̄ ait: Bonū mihi dñe quod humiliasti me, ut discā iustificatiōes tuas. Quāto em̄ unusquisq; hic p̄petr̄ deū fuerit humilior, tāto in futuro erit extelsior, Petro apostolo teste q̄ ait: Humiliāmini sub potenti manu dei, ut uos exalteat in tēpore uisitatiōis.

FERIA QVARTA quatuor temporum. Marci IX.

In illo tēpore Respondens unus de turba, dixit ad Iesum: Magister, attuli filium meū ad te, habētem spm m̄utum: qui ubi eūtinge ēū apprehenderit, allidit ēū. Et tel;



NOrandum quod semper loca rebus cōgruunt. In monte dñs orat, transformatus, discipulis arcana ſuā maiestatis aperuit: in inferiora descendens, turbę occurſa excipit, misericordiā fletu pulsat. Sursum, discipulis mysteria regni cœlestis reſerat: deorsum, turbis pētā infidelitatē exprobrat. Sursum patris uocē, his quibus poterat, pādit: deorsum ſpīm analū ab his qui uexabant̄, expellit. Qui etiā nunc p qualitate meritior, alijs ascendere, alijs uero nō defitit deſtēdere. Nā carnales adhuc & incipiētes, quaſi īma petentes cōfortat, docet, caſtigat: pfectos autē, quoꝝ conuersatio in caelis est, ſublimius extollēdo glorificat, liberius de æternis instruit, & ſæpe q̄ à turbi nec audiri quidē ualeant, docet. Dæmoniacū autē hunc, quē deſcendens de monte dñs fanauit, Marcus quidē ſurdū mutuq; Matchæus uero lunaticū fuiffe cōmemorat. Significat autē eos, de quibus ſcriptū eſt: Stulti ut luna mutātur, qui nunq; in eodē ſtatu pmanētes, nūc ad hęc, nūc ad illa uitia mutati, crescūt atq; decrēscūt. Qui muti ſunt, nō cōfitēndo fidē: ſurdi, nec ipm aliquatenus ueritatis audiēdo ſermonem. Spuman: ūt, cū ſtultitia tabescunt. Stultorū nanc & lang: .ū atq; hebetū eſt, ſpumas ſaliuarū ex ore dimittere. Stridēt dentibus, cū iracūdias furore flāmescunt, & nullā uirtutis industria cōfortati, eneruiter uiuunt. Quod autē ait, Et dicituſ diſcipulis tuis, vt eū ce

QUATVOR TEMPO.

491

Ferent eum, et non potuerunt, patenter accusat apostolos, cum impossibilitas curandi interduo non ad imbecillitatem curantiū sed ad eos qui curandi sunt fidē referatur, dicēt dñs: Fiat tibi secundū fidē tuā. **Qui respōdēs dixit eis:** Dgeneratio incredula quādiu apuduos ero: quandiu uos patiar!] Non hoc rædio superatus ait māsuetus ac mitis, qui non aperuit sicut agrus coram tondente os suum, nec in uerba furoris erupit, sed quasi in similitudinē medici, si ægrotū videat cōtra sua præcepta se gerere, dicat: Vsquequo accedam ad domum tuam? quo usq; artis perdā industriam, me aliud iubente, & te aliud perpetrante! Intantum autem non est iratus homini, sed uitio: & per unum hominem Iudeos arguit infidelitatis, ut statim intrulerit: Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum, statim spiritus cōturbauit eum, et elisus in terram, volutabatur spumans. Allatum domino puerum ipsius conturbat & elidit, quia saepe dū conuerti ad deum conamur, maioribus nouisq; antiqui hostis pulsamur insidijs. Quod ob id utiq; callidus facit aduersarius, ut uel odium uirtutis incutiat, uel expulsionis suę vindicet iniuriam. Hinc ē enim (ut de specie trāscamus ad genus.) qđ ecclesiæ sanctæ primordijs tota grauissima inferebat certamina persecutiōnū, quem suo regno dolebat subito animarū illata fuisse dispēdia. Et interrogauit patrem eius: Quātum tēporis est, ex quo hoc ei accidit? At ille ait: Ab infanția. Et frequenter eū in ignem & in aquas misit, ut eum p̄deret,] Erubescat Iulianus, qui dicere audet omnes homines absq; ulla contagione peccati nasci in carne tā innocentes per omnia, q̄ fuit Adā q̄n

creatus est. Quidem habuit iste puer, ut ab infantia
 à dæmonio uexaret acerbissimo, si nullo originalis
 peccati uinculo tenebatur, quē cōstat nullum adhuc
 proprium potuisse habere p̄ctm̄. Cōsiteatur catholi-
 cus quā nemo immunis à noxa primae præuatica-
 tionis nascitur, & in hoc gratiam dei, qua libetur
 de corpore mortis p̄ Iesum Christum dñm nostrū.
Intelligat scriba doctus, in hoc dæmoniaco à dño
 curato, saluationem omnium fidelium esse designa-
 tam, q̄ originalis culpa reatu asticti ueniunt in mun-
 dum, unius redēptoris Iesu Christi fide & gratia sal-
 uandi. **Q**uod aut̄ dictum est, [Et frequenter eum in
 ignē & in aquas misit,] maxima humanæ recordiæ
 facinora designat. **I**gnis nāq̄ ardor, ad feruorē ira-
 cūdīæ referendus est: aqua, ad uoluptrates carnis, quę
 dissoluere mentem per delicias solent. **V**el certe in
 ignem fertur dæmoniacus, quo adulteratium corda
 succensa sunt: & in aquas, quę solent extingueare cha-
 ritatē. **S**ed si quid potes, adiuua nos, miser-
 tus nostri. Iesus autē ait illi: Si potes credere, omnia
 possibilia credenti. Aptum dñs responsum dedit pe-
 tenti. Ipse em̄ ait, [Si quid potes, adiuua nos:] & do-
 minus, [Si potes, inquit, credere,] p̄ssum uos miser-
 tus adiuuare: quia fides noti facta dñia quę salubri-
 ter perit, impetrare meretur. **Q**uo contra leprosus,
 qui fideliter clamabat: Dñe, si uis, potes me mūdere,
 congruum suę fidei accepit responsum: Volo, mun-
 dare. **E**t continuo exclamās pater pueri cum lachry-
 mis, aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem
 meam. Nemo repente fit summus, sed in bona con-
 versatione à minimis quisque inchoat, ut ad magna
 perueniat. Alia nāq̄ sunt uirtutis exordia, aliud, p̄fe-

Aus, aliud perfectio. Si em & ipsa fides ad perfectio-
nem suam non quibusdam gradibus duceretur, iste
interrogatus an crederet, no respoderet: Credo dñe,
adiuua incredulitatem meam. Si em credebat, cur in-
credulitatem dicebat? Si uero incredulitatē habere
se nouerat, quō credebat? Sed quia per occultam in-
spirationem gratiæ, meritorum suorum gradibus fides
crescit, uno eodemq̄ tempore is, qui necdum perse-
ste crediderat, simul & credebat, & incredulus erat.
Ecce videret Jesus concurrentē turbā,
communitas est spiritui immundo, dices illi: Surde
& nute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & am-
plius ne introeas in eum. Communitas domini, di-
uini est uirtus imperij. Nō autem puer qui uim pa-
tiebatur, sed demoni qui inferebat, communitas est:
quia qui peccantem emendare desiderat, uitium uitiq̄
increpando & execrando debet exterminare, sed ho-
minem amando resouere. Bene autem dominus, q̄
spiritum immundum pellit ab homine, simul ne am-
plius in eum ingrediatur imperat: quia ille ueraciter
à demoniaca dominatione liberatur, qui ad pecca-
ta, à quibus semel ponitendo mūdatus est, uitat ma-
leviendo reuerti. Et clamans, et multum dis-
cerpens illum, erit ab eo. Exiturus ab homine
spiritus immūdus, discerpit eum, ac furēti clamore
terruit intuentes: quia plerūq; diabolus, dum de cor-
de expellitur, acriores in eo tētationes generat, quā
prius excitauerat, quādo hoc quietus possidebat. Et
factus est sicut mortuus, ita ut multi dice-
rent quia mortuus est. Iesus autem tenens
manū eius, eleuauit illum, & surrexit. Quē
hostis impius iam fugere compulsius strauit, ac mor-

duo similem reddidit, hunc pius saluator missi suæ de
xter æ tactu eleuauit. Qui sicut uerum se esse deum
potentia saluandi docuit, ita etiam ueram se habu-
isse carnis naturam more tactus humani declarauit.
Negat nanci Manichæus insanus, ueraciter eū carne
indutū fuisse sed ipse cū tot languentes suo tactu ere-
xit, mundauit, illuminauit, hæresim illius, & antequā
nata esset, damnauit. **E**t cum introisset in do-
mum, discipuli eius secreto interrogabant il-
lum: **Quare non potuimus cūcere eum?** **E**t
dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in ora-
tione & ieiunio.] Dum docet apostolos quomodo
dæmon nequissimus debeat expelli, omnes instituit
ad uitam, ut scilicet nouerimus grauiora quæc pœ-
cata uel immundorum spirituum tentamenta ieu-
niis & orationibus esse superanda: ram quoque do-
mini, cum in ultione scelerum nostrorum fuerit ac-
censa, hoc remedio singulari posse placari. Ieiunium
autem generale est, non solum ab escis, sed à cunctis
illecebris abstinere carnalibus, imò ab omnibus ui-
torum continere passionibus. **S**ic & oratio genera-
lis, non in uerbis solum est, quibus diuinam clemen-
tiam inuocamus, uerum etiam in omnibus que in ob-
sequium nostri conditoris fidei deuotione gerimus,
teste Apostolo qui ait: **S**emper gaudete, sine inter-
missione orate. **Q**uomodo enim quis omnibus ho-
ris atque momentis sine intermissione deum potest
inuocare sermonibus? **S**ed tunc sine intermissione
oramus, cum ea solum opera gerimus, quæ nos pie-
tati nostri commendent autoris. **Q**uo nimur ieu-
niuio & oratione, iuuante domino, cunctas antiquæ
hostis debellabimus ac propulsabimus infidias.

50 FERIA SEXTA 438
quatuor temporū. Lucæ XVIII.

In illo tempore dicebat Iesus parabolā hanc ad discipulos suos. Et reliqua.



Dicit & **Apostolus**, *1. Thes. 5.*
Semp gaudete, si-
ne intermissione
Orare. **Q**uis aut̄ potest ita
semper orare, & sine dese-
ctu uel intermissione pre-
cibus insistere, ut nec ali-
mentum sumēdi, aut dor-
miēdi tēpus habeat? **A**ut
ergo dicendum est, eū sem-
per orare, & non desicere,
qui canoniciis horis quoti-
die iuxta ritum ecclesiasticæ traditionis, psalmodijs
precibusq; cōsuetis dominum laudare & rogare nō
desistit, & hoc est quod **P**salmista dicit: **B**enedic atra
dominum in omni tempore, semper laus eius in ore
meo. **A**ut certe, omnia quæ iustus secundum deum
gerit, ad orationem esse repuranda. **Q**uiā em̄ iustus
sine intermissione quæ iusta sunt agit, per hoc sine in-
termissione iustus orabit, nec unquam ab oratione ces-
sabit, nisi iustus esse desistat. **J**udeus quidam erat
in quadā ciuitate qui deū non timebat, & hoīem nō
reverebatur. **V**idua aut̄ quædā erat in ciuitate illa,
& veniebat ad eum, dicens: **V**indica me de aduerfario
meo. **E**t nolebat p multū tps. **P**ost hęc aut̄ dixit intra-
se: **E**tsi deū nō timeo, nec hoīem reuereor, tñ q a mo-
lesta ē hęc uidua mihi, vindicabo illā, ne in nouissimo

EE ii

ueniens , suggillet me .] Parabolas dominus aut se-
 cundū similitudinem aliquam ponit , sicut de hoīe ,
 qui habebat duos filios , maiorem in agro sibi pro-
 pinquantem , minorem autem in longinquō luxurī
 antem : aut ex ipso dissimiliū uidine aliquid probat , ue-
Matth. 6 luti est illud : Quod si fœnū agri , qđ hodie est & cras
 in cibānum mittitur , deus sic uestit , quanto magis
 uos minimae fidei ! Itaq; illud superius genus , his uer-
 bis adiungi potest , Sicut illud , ita & illud . Hoc autē
 posterius his uerbis , Si illud , quanto magis illud ? Aut
 si illud , quanto minus illud ? Sed alicubi obscure , ali-
 cubi aperte ista ponuntur . Hic ergo iniquus iudex
 non ex similitudine , sed ex dissimilitudine adhibitus
 est . Non emulo modo ille iniustus iudex personam
 dei allegorice tenet , sed tamē quantum deus , qui bo-
 nus & iustus est , curen̄ deprecantes se , hinc cognosci
 dñs uoluit , quod nec iniustus homo eos , qui illū assi-
 duis precibus tundunt , uel propter tedium deuitali-
 dum potest cōtemnere . Nam hoc est quod ait , [Ne
 ueniens suggillet me .] Ipsi uero uidua potest habe-
 re similitudinem ecclesiæ , quæ desolata uidetur , do-
 nec ueniat dñs , qui tamen in secreto etiam curā eius
 gerit . Ait autē dñs : Audite quid iudex iniquus
dicit . Deus autem nō faciet vīndictā electo-
rū suorum , clamantium ad se die ac nocte , & pati-
entiam habebit in illis . Dico uobis quia cito faciet
vīndictā illorū .] Si quē mouet , cur electi dei se uindi-
 cari deprecentur , quod etiā in Apocalypsi Iohannes
 de martyribus dicit , cū appetissime mōteamur , ut p
 inimicis & persecutoribus oremus , intelligendū est
 eam vīndictā esse iustorū , ut om̄es mali pereāt . Perse-
 fūnt autē duobus modis , aut cōuersione ad iustitiam ;

QVATVOR TEMPO.

437

aut amissa p supplicii potestate , qua nunc aduersus bonos, quandiu hoc ipsum bonis expedit, uel tēporaliter aliquid ualent. Quod in finē iusti cōuenire de siderant, q̄uis pro inimicis suis orent, etamen nō absurde vindictam desiderare dicunt. Verumtamen filius hoīs veniens, putas inueniet fidem in terra? Quamvis om̄ipotens cōditor semper electos suos ad se clamātes sit vindicare paratus, in die tñ iudicij (qd trementi est corde retinendū) cum idē conditor in forma filii hoīs apparebit, tanta erit raritas electorū, ut non tā ob clamorē fidelium iniuste damnationis totius iā mundi sit acceleranda ruina. Quod aut dñs quasi dubitatiue dicit, Putas inueniet fidem in terra, nō dubitar, sed arguit, Verbo quippe dubitationis increpat infidelitas, nō opinatur diuinitas. Nam & nos aliquā de rebus, quas certas habemus, increpatiue uerbū dubitationis ponimus, cū corde nō dubitemus: uelut si indigneris seruo tuo, ut dicas: Cōtemnis me? cōsidera, forsitan dñs tuus sum. Et Apostolus ad quosdā contēptores suos: Puto aut, inquit, quod & ego sp̄m dei habeam. Qui dicit puto, dubitare uidetur, sed ille increpabat, non dubitabat. Ita ergo & dñs scit quidem omnia, per quem facta sunt omnia, & etamen dubitādo increpat infidelium corda.

SABBATO QVATV-

tuor temporum. Lucæ XIII.

In illo tempore dicebat Iesus turbis si militudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plātamat in uinea sua. Et rel.

EE iii

SABBATO



Isaiæ 9

Potest quidē hæc arbor fici gñis humani designare naturā, per uineā genus humanum, p̄ fīcū dōctores, sive prīncipes huius mūdi. Quę bñ plantata est, hoc est, ad au toris sui similitudinē crea ta est. **S**ed domino per tri ennium fructū dare nega uit, quia ante legem, sub le ge, sub gratia obediē de spexit. **V**erum si ad superiora respexeris, animaduer tes significari per uineam plebem Iudaorū, per fīcum scribas & phariseos: & si generaliter omīnum, speciali ter tamē synagogę typum portare. **N**am cum præmissa illa terribili tremendaq̄ sententia, Si non pœnitentiam egeritis, om̄es simul peribitis, mox de infœtunda arbore parabolam subiungit, apertissime do cens eos q̄bus loquebatur, instar infructuosa fīcus, si nō pœniterēt, esse succidendos. **V**ineā dñi i sabaoth domus Israel est, ut Isaiæ cātico docemur: synagoga aut̄ in eadē domo condita, fīci est arbor in uinea. **S**ed qui uineam suā permisit à uiatoribus diripi, hic etiā fīcum iussit excidi. [**E**t uenit querēs fructum in illa, & nō inuenit.] Id qđ sequi synagogę per Moysen in stituit dñs, in carne natus aperuit, & crebrius in syna goga docens, fructū fidei quæsiuit, sed in phariseos mente nō inuenit. [**D**ixit aut̄ ad cultorē uineae: Ecce anni tres sunt, ex quo uenio quærens fructū in fīcul nea hac, & non inuenio.] Per cultorēm uineæ apo stolorū doctorūq̄ ordo exprimit, quorū precibus ac

¶ QVATVOR TEMPO.

439

monitis assidua plebi dei cura suggestur. His etenim dñs s̄e p̄issime de infructuosa Iudeor̄ gentē querebatur, quod per tres annos suā uisitationis, hoc est, in legalibus edictis, in propheticis cōtestationibus, in ip̄a coruscantis euangeliū gratia negligens extiterit. **Succide ergo illam, vt quid etiam terrā occupat!** Non ab apostolis, sed à Romanis ḡes Iudea succisa, & à terra reprobationis electa est. Sed succide, inquit, illam, i.e. succisiōis ei uenturæ cladem, penitentiam suadēdo, propone. Quæ iusto iudicio terram cū regno perdidit, pro cuius amore celi ciues persequi, ipsumq; cæli & terræ regē occidere nō meritum, dicens per suos pontifices & pharisæos: Si dimicamus eum sic, oēs credent in eū. Et ueniēt Romani, & tollēt nostrum locū & gentē. Potest etiā per terrā sterili sicut occupatā Iudaicæ plebis turba figurari, q; noxia præpositio & umbra, ne ueritatis lumē recipere possit, est depressa: & ne supernæ dilectionis sole calciferet, exēplo est corū prauitatis impedita, iuxta quod eisdem alibi saluator: **V**z, inquit, uobis scribz̄ **Matth. 23**, & pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnū cælorum ante homines. **V**os enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. **At ille respondens, dicit illi:** **D**omine, dimitte illā & hoc anno, vsc̄ dū fodiam circa illam. **V**ox apostolorum est, qui post passionem dñi pro Iudeis summopere precabantur, ne absq; penitentia dominicæ crucis ultiōrem paterneretur. **V**sc̄ dum fodiam, inquit, circa illam, id est, radicem infructuosa mētis ligone bis acutæ infectiois humiliem, præsentiuū uidelicet preslurarum horrorem & ppteruā dānationis incutiens. **O**mnis quippe fossa in imo est, & nimis increpatio, dum mentē

EE iiiij

sibi demōstrat, humiliat. Et mittam ster cora. Id
est, malorū quæ fecit abominationē ad animum re-
ducā, & compunctionis gratiam quasi de pure-
dine steroris fuscitem. Et siquidēm fecerit fru-
cum, si nautem in futurū succides eā. Cum
diceret, [Et siquidē fecerit fructum,] nō subiūxit ali-
quid, sed suspendit sententiam. Cum uero adderer,
[Si nautem,] cōtinuo iudicium uenturæ dānationis
adnexuit, dices: [In futurū succides eam.] Quia ui-
delicet mulrum, p̄diuīorem ad negandum, quād ad
confitendum dñs synagogam uidebat. Vnde & ali-
bi rebus eandem figuram, quam hic uerbis agēs, in-
focundam sicut eternā sterilitatis maledictiōe da-
mnauit, ostēdens uidelicet eam, & si fodiant aposto-
li corripiendo, nulla tamen penitētiae fruge cumulanda,
sed districte bipennis scueritate tollendam. Erat
autem docens in synagoga Iudeorum lab-
batis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritū
infirmitatis annis decem & octo. Dicta de sicu par-
abolā, dñs in synagoga docuisse narratur, ut uidelicet
intimetur, non aliō parabolam tendere, sed hoc
esse fructum in sicutulnea querere, & nō inuenire, uer-
bum synagogę commodare, nec recipi. Quā tamen
ne totam funditus ob culpam sterilitatis extirpandā
putares, sed reliquias per electionem gratiæ scires
esse saluandas, mox ibidem ecclesia primitiū sanatio,
sub incuruatae mulieris specie subsequitur. Quā
bene decem & octo annis fuit curuata, q̄ numerus
ternario sexies ducto perficitur, quia uidelicet eam
in testimonio legis, in uaticinio prophetiæ, & in re-
uelatione gratiæ per infirma opera languere oñdit,

¶ QVATVOR TEMPO.

441

Senarius enim numerus, in quo mundi est creatura perfecta, operum perfectionem significat. Tria uero sunt (ut dixi) tempora dominicæ uisitationis, in quibus Iudæa, quæ terrena magis quam cœlestia nouerat operari, quasi decem & octo annis à suæ mentis erat rectitudine curuata. Et erat incuruata, nec omnino poterat sursum respicere, quia terrena sapiens intima requirens, cœlestia cogitare nondum sciebat, audiens per prophetam: Si uolueritis & audi eritis me, bona terrena comedetis. Quo contra membris ecclesiæ dicit Apostolus: Quæ sursum sunt sapientes, nō que super terram. Quam cum vidisset Iesus, vocauit eam ad se, et ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confessim erecta est, & glorificabatur deum.] Vedit, predestinando per gratiam: uocauit, illustrando per doctrinam: imposuit manus, spiritualibus donis adiuuando: erexit, ad glorificandum deum in operibus bonis, usque ad fidem firmam prouehendo. Quos (inquit) predestinauit, hos & uocauit, quos autem uocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Respondeſ autem archisynagogus, in dignas quæ sabbato curasset Iesus, dicebat turba: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati.] Sabbato curauit Iesus, ostendens iam esse tempus, ut secundū prophetam Cantici cantorum aspiraret dies, & remouerentur umbræ. Sed nesciebat archisynagogus, uel hoc uel illud multo excellētius sacramentū, quod sabbato curādo dominus intimabat, quia scilicet post sex seculi huius ætates, perpetua uitæ immortalis erat gaudia daturus, in cuius figura Moyses sabbato non abo-

EE v

no, sed à seruili, hoc est, noxia præcipit actione ferianum, illud utiq; tempus præfigurās, quo secularia nostra opera, non autem religiosa, hoc est, deum laudandi acta cessarent. Fallitur ergo, & fallit archisynagogus, quia lex in sabbato non hominē curare, sed onera ferre, hoc est, peccatis grauari prohibuit. **Respo-**
dens autem ad illos dominus dicit: Hypocritæ, unusquisq; uestrum sabbato non soluit bouem si-
um aut asinum à præsepio, & ducit ad aquare? [Infidelitatis quidem arguit principes synagogæ, & merito hypocitarum, id est, simulatorum nomine notar, quos, cum magistri plebium esse appeteret, hominis sanationem pecoris curæ postponere puderet. Sed alio sensu bouis & asini uocabulo, Iudeum Græcūq; significat, de quorum uocatione scriptum est: Bos cognovit possessorum suum, & asinus præsepe domini sui: q; uterq; peccati uinculis absolutis, sitim æstūq; mundi huius dominici fontis haustu depositus. **Hac**
autem filiam Abraæ, quæ alligavit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die sabbati: **Filia Abraæ**, est anima quæq; fide lis. **Filia Abraæ** est ecclesia, de utroq; populo ad fidei unitatē collecta, q; tempore legis & dominice resurrectionis impleto, per gratiæ spiritus sancti septiformē, à uinculo longe captiuitatis erupit. **Nam & hoc modo fortasse, misterium sabbati decem & octo annorum, potest non incōuenienter intelligi.** Idem est ergo mystice, bouem uel asinum solutos à præsepio ad potum agi, quod & filiam Abraæ à uinculo noxiæ inclinationis erigi, ecclesiam uidelicet ex Iudeis & gentibus congregaram, laqueis peccator, per aquam baptismatis absoluui, atq; ad cælestia sperāda sublimari,

QVATVOR TEMPO.

445

Notandum sane, quod nefandissima hæresis, ex eo qd dñs ait mulierem alligatā à satana, conatur astruere, corporum humanorum uitia, non ad dominum autorem, sed potius ad diabolum pertinere: quasi diabolus, cum habeat semper cupiditatē nocendi, nocere cuiquā possit, nisi ab omnipotente acciperet protestarem. Nam quid aliud nō solū in libro beati Job, quem memorata hæresis, cū ceteris veteris testimoniis libris, & cum ipso deo qui dedit, quasi maligno mū principi, ut insanos exuffiat, sed etiam in euangēlio declaratur, ubi dæmonia nec in porcos ire potuisse, nisi hoc illis ipse concederet, legitur.

DOMINICA XIX.

post Pentecosten, Matth. XXII.

In illo tempore Accesserunt ad Iesum Saducæi, qui dicunt non esse resurrectionem. Et reliqua.

Predicante domino nostro Iesu Christo, dux pricipia hæreses erant inter Iudeos, una Saducœum, & altera phariseorum. Saducæi autem dicuntur, qui Saducum quendam magistrum legis sequentes, neque resurrectionē credebat, neque angelos, neque spiritus esse. Hi tantum quinque libros Moysi recipiebant, oracula prophetarum respuebant. Et contra pharisei, qui diuisi interpretantur, eo quod à ceteris in quibusdam obseruationibus se separarent, & resurrectionem credebat corporum, & angelos & spiritus esse fatebantur, & nō solum quinque libros Moysi, sed etiam oracula prophetarum recipiebant. Saducæi ergo, ut re-

444 DOMINICA XIX.

surrectiōis ueritatem negare poscent, turpitudinis fa-
bulam cōposuerunt de muliere, quæ septem fratres
habuerit. **Vnde** ⁊ interrogauerunt eum, dicens-
tes: **D**magister, **M**oyses dixit: Si quis mortuus
fuerit nō habens filium, ut ducat frater eius uxorem,
illius, ut suscitet semen fratri sui. Erant autem apud
nos septem fratres. & primus uxore ducta defunct⁹
est, & non habens semen, reliquit uxore in suam fra-
tri suo. Similiter secundus & tertius, usq; ad septimū.
Nouissime autem oīm & mulier defuncta est. In re-
surrectiōe ergo cuius erit desptē uxori? Oīnes em̄ eā
habuerunt.] In quibus uerbis pater, quod non solū
spiritualiter, sed etiam nec iuxta literam recte se intelli-
gere demonstrabant. Potuit quadam infelicitate ac-
cidere, ut in eodem populo, qui à legis obseruātia de-
fecerat, septem fratres unam habuerint uxorem: sed
hoc Moyses in lege non praecepit. Qui em̄ de primo
& secundo legem dedit, & de ceteris tacuit, nequaq;
septē fratres unam uxori habere iussit. Sed hoc man-
datum spiritualiter potius, quam carnaliter est intelli-
gēdum. Frater em̄ noster, dñs est Iesus Christus, qui
cum sit creator & dominus noster per diuinitatē, no-
bis fieri dignatus est frater per humanitatē, sicut ipse
ait in euangelio: Quicunq; fecerit uoluntatem patris
mei, q; est in celis, ipse meus frater, soror & mater est.
Et per prophetam: Narrabo nomē tuum fratribus
meis, in medio ecclesie laudabo te. Huius uxoris ecclē-
sia sancta est, cui ipse per prophetam ait: Sponsabo te
mihi in iustitia & ueritate. De qua per Iohannem in
Apocalypsi dicitur: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalē,
nouam, descendētē de cælo, tanquam sponsam or-
natam uiro suo. Mortuus est sine liberis, q; ante pas-

POST PENTECOSTEN 445

sonem suam paucos Iudeorum per suam prædicatiōnem & bonum exemplum filios spiritualiter deo generauit. Primogenito quoq; fratri s nomen imponit, quia à Christo Christiani uocamus, ut intelligent dōcētores non suos esse proprios, sed dei, quos per prædicationem generāt. Sed Saducei, quia scripturas spiritualiter nō intelligebant, resurrectionē negare uolebant. Vnde congrue à dño audierunt: Erratis, ne sciete scripturas, neq; virtutem dei. Quia em̄ scripturarum sensus ignorabant, consequenter Christū, gest dei uirtus & dei sapientia, minime cognoscebant. Quid autem de resurrectione credere uel sentire debeamus, manifestat cum ait: In resurrectione enim neq; nubent, neq; nubentur, sed erūt sicut angeli dei in cælo. In quibus verbis proprietas latīnae linguae cum græca eloquēria nō cōcordat. Apud latinos enim proprie fœminæ nubere, & uiri uxores ducere dicuntur. Sed hanc proprietatem græcis sermonis sequimur, cum dicimus: [Non nubent,] scilicet uiri: [neq; nubentur,] scilicet uxores. Non ergo nubēt in resurrectione uiri, neq; nubētur uxores, quæ habebunt quidē corpora uera, quæ possunt nubēti & nubere, sed tamen immortalia, & absq; infirmitate, & ideo non solū à pollutione, sed etiam ab omni corruptione aliena. Quales autē sint, qui in hoc seculo digni habentur, manifestat, dicens: [Sed erunt sicut angeli dei in cælo,] id est, immortales effecti. Dē resurrectione autem mortuorum non legis quod dictum est à deo dicente uobis: Ego sum deus Abraam, & deus Issaac, & deus Iacob:] Ad comprobandum resurrectionis ueritatē, multo apertiora testimonia dominus de oraculis prophetarum profet

Sopho. re poterat, ex quibus est illud: **E**xpecta me, dicit dominus minus, in die resurrectionis meæ in futurum. & iterum in Osee: **V**iuiiscabit nos post duos dies, & uiuemus in conspectu eius. Et in Daniele: **M**ulti quidem de terra puluere consurgent, alij in uitam æternam, alij in opprobrium sempiternum. Et Psalmista: **E**go dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quia dominus suscepit me. **S**ed sicur superioris dictum est) quia Saducæi, contra quos de resurrectione sermonem habebat, oracula prophetarum non recipiebant, ideo superfluum erat ex illis libris proferre testimonia, quos illi non recipiebant. **Q**uod si diligenter consideremus, hoc testimonium evidenter ad resurrectionem pertinere cognoscimus. Cum enim quadringentesimo circiter anno post mortem Abraæ hæc dominus Moysi loqueretur, non dixit: **E**go fui deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob, sed, **E**go sum, ostendens animas non simul cum corporibus (ut Saducæi purabat) interisse, sed uiuere & esse. **V**nde & subditur: **N**on est deus mortuorum, sed uiuentium. Illorū autem deus esse non possit, si non subsisteret. **E**t audientes turbæ mirabantur in doctrina eius. Pharisæi autem audientes quod silentium imposuisset Saducæis, conuenerunt in unum.] **C**um reprobi inter se discordes sint, frequenter in bonorum oppressione concordare solent, sicut de Herode & Pilato legimus, quia cum essent inimici adiuicem, in domini passione amici facti sunt. Ita Saducæi & pharisæi duas haereses Iudeorum, cum inter se diuersa sentirent, ad dominum calumniandum parimente conueniebant. Dolebant enim pharisæi, Saducæos, miratibus turbis atque gauisibus, a domino esse superatos, quos si ipsi uicissent, utique gauderent,

PRE POST PENTECOSTEN 447

X^{VI}ideo inuidia ducti, conuenerunt in unum. **E**t interrogauit eum vnuis ex eis legis doctor, **t**estans eum: **M**agister, quod est mandatum magnum in lege? Vnus eum interrogavit pro omnibus. **Q**uod enim tertando eum interrogauerit, ex ipsis suis uerbis demonstrat, cum ait: [Magister.] **S**i enim uere interrogasset, magis dominum, quam magistrum appellasset. **E**x qua interrogatione pharisæi, intelligimus grauem questionem inter Iudeos illo tempore fuisse uersaram, de præcepto legis contendentes, & alijs hoc, alijs illud præferentibus. **A**lij enim circuacionem meliorem esse dicebant, alij sabbati observationem magis ualere arbitrati sunt, alij hostiarunt & victimarum oblationem præferebant, alij Calendas & festiuitates præponere uolebant. **I**nterrogauit ergo pharisæus dominum, quod sit magnum mandatum in lege, ut dum unum magnum diceret, cætera mandata infamare uideretur, ac per hoc illorum odium incurreret, qui aliud mandatum legis laudare uolebant. **S**ed dominus ita suam resþptionem temperavit, ut quod esset magnum mandatum ostenderet, & ipse irreprehensibilis permaneret. **A**it enim, **D**iligendū deū tuum et toto corde tuo, et in tota gā tua, et in tota mēte tua. **H**oc est em̄ maximū et primū mandatū. **D**ilectio ergo dei dicit maximū & primū esse mandatū, non tantū pro ordine, quātum p̄ dignitate. **V**isus em̄ scripturæ est uocare primū, qd est melius, sicut populus Israelicus primitias auri & argentiussus est offerre, id est, quod preciosius erat in auro & argento. **E**t Ieremias propheta de eodem populo dicit: **S**anctus Israel dño primitiæ frugum eius,

448 DOMINICA XIX.

Maximum igitur & primum mandatum charitas est,
quia ipsa & in novo & in veteri testamento primaru obtinet, sicut ait apostolus Paulus: Maneat in nobis fides, spes, charitas, tria haec, maior autem his est charitas. Nobis autem interrogatio pharisaei proficit, quibus dicitur: [Diliges dominum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.] In quibus uerbis considerandum est, quia in dilectione dei mensura non ponitur, quum toto corde, tota anima, tota mente eum diligere precipimur. Quia enim immensus est deus, sine mensura est diligendus, ut cum eum multum diligimus, parum nos diligere fateamur, nullusque locus in nobis remaneat vacuus, qui dei dilectione non repleatur, sed mens, lingua & manus, eius dilectionem resonent. Sed quia deus nemo perfecte diligere potest, nisi diligit & proximum, recte subdidit: Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.] Debemus igitur diligere deum plus quam nos, & proximum tamquam nos, id est, sicut uolumus nostra necessitatibus subueniri, sic subueniamus & proximi: & sicut nostrae uolumus in firmitate copati, sic copati amur & proximi: & sicut ad uitam uolumus peruenire aeternam, sic optemus & proximum nobiscum puenire. & hoc est diligere proximum tanquam nosipso: quoniam tunc diligitur deus, siue dilectione proximi eius dilectio copiatur. Frustra enim se deum diligere assertit, qui proximum suum non diligit. Hinc per Iohannem apostolum dicitur: Si quis dixerit quoniam diligo deum, & fratrem suum odierit, mendax est. Et iterum: Qui non diligit fratrem suum, quem uiderit: deum quem non uiderit, quoniam potest diligere. Et hoc mandatum habemus a deo, ut qui dili-

1, 102,

1, 103, 8

POST PENTECOSTEN 449

git deum, diligit & fratrem suū. **Sicut** enim auis ad al-
tae sustollere non potest sine duabus aliis, sic nos ad
perfectionem uerae charitatis uenire non possumus.
nisi geminam dilectionē, dei uidelicet & proximi, ser-
uemus. **Vnde** & in ornamento pontificis coccus bis
unctus ponit p̄cipitur, ut uidelicet in nostro bono
opere dilectio dei & proximi cōiungatur, quoniam
hoc confirmat dñs, cū subiungit: [In his duobus mā-
datis uniuersa lex pendet & prophetæ.] **Si** cui nō ua-
cat omnes libros legere, teneat dilectionem dei & p̄
ximi, & uniuersa impleuit, teste **Apostolo** q̄ ait: **Qui**
diligit proximum, legem impleuit. **Nam**, non adulte-
rabis, non furtum facies, non occides, non falsum te-
stimonium dices, non concupisces uxorem proximi
tui, & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo in-
stafratur: **Diliges proximum tuum sicut te ipsum.** **Et**
iterum: **Plenitudo legis est dilectio.** **Mandatum cha-**
Zon. 15
ritatis & latum est & breve. **Latum**, exhibitione ope-
ris, sicut per **Psalmistā** dicitur: **Latū mandatū tuum ni-**
mis. **Breve**, in descriptiōe sermonis, sicut in hoc loco:
Diliges proximum tuū sicut te ipsum, sicut per prophe-
tā dicit, **Abbreviatiū sermonē faciet dñs sūg terram.**
Duo ergo sunt erga dilectionē proximi obseruanda.
Primo, ne quenq̄ iudas: **secūdo**, ut bona quę uales im-
pendas, q̄a qui dixit, **Quod** tibi nō uis fieri, alij ne faci-
as, ipse alibi ait: **Quod** uultis ut faciat uobis hoīes, &
uos facite illis. **Vt** enim multi arboris rami ex ima radicē
p̄deunt, sic & cæterae uirtutes ex dilectiōe dei & p̄
ximi, p̄creantur. **Sed** sine causa gloria habere ramos
boni operis, qui non habet radicē charitatis. **Qd'** dñs
alibi ostendit, cū ait: **O**mni habēti dabit, & abundabit
et autem qui non haber, & quod uidetur habere, aufe

FF

450 DOMINICA XIX.

retur ab eo: quia q̄ habet charitatem, adiacentur ei ceterae uirtutes: qui autem eam non habet, frustra de eleemosyna, abstinentia & uigilia gloriatur, teste Apo stolo: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æ sonans, aut cymbalam tinniens. Et si habuero prophetiam, & reli. Quam dominus in euangelio collaudans, ait discipulis: In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Et iterum: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem. Vultis scire quid sit hoc? Audite iohannem apostolum dicentem: Deus caritas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Longe congregatis autem phariseis, interrogavit eos Jesus, dicens: Quid uobis uidetur de Christo: cuius filius est, & reli. Cum dominus alibi ait, Nolite sanctum clare canibus, ne que mittatis margaritas uestras ante porcos, quid est qd ipse Iudeos, qui suis interrogationibus eum dilaniabant, illa que iusta & sancta sunt, docerunt. Ad quod dicendum, quia non dedit sanctum canibus, neque misit margaritas suas ante porcos: sed ideo prædicacionem suam omnibus patefecit, quia tales erant in turba, qui per eius prædicationem credituri erant: & ut illi, qui credituri erant, haberent quod crederent: qui uero credere nollent, inexcusabiles essent, sed phariseis per uarias interrogations errantibus, dominus quod ad credulitatem & salutem pertiner, interrogavit eos, dicens: [Quid uobis uidetur de Christo: cuius filius est?] At illi quod legerant nec negare poterant, responderunt, dicentes: David. Sic em adeundem David dictum nouerant, Et erit postquam dor-

POST PENTECOSTEN

451

mieris tu cum patribus tuis , suscitaro nomen tuum **Jeremias**
post te, quod erit de filiis tui s, & stabiliā regnū eius,
Et iterum: Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & susci-
tabo David gerumen iustum, & regnabit rex, & sapi-
ens erit. Interrogatio saluatoris multum nobis hodie
proficit contra Iudeos, eos scilicet, qui eum tantum
hoīem, & non deum credūt. Nos aut ab illo docti, in-
terrogemus eos: Si Christus tm̄ homo est, & non de-
us, quomodo David in spiritu vocat eum do-
minū, dices: Dicit dñs domino meo, sede à dextris
meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū
siergo David uocat eū dñm, quō filius eius est?] Et
cū non habuerint qd respondeant, nos fidutialiter re-
spōdeamus, hunc & dñm David, & filiū David: dñm
David in diuinitate, filiū David in humanitate: dñm
David, p hoc qd in principio erat uerbū, & uerbū erat
apud deū, & deus erat uerbū: filiū David, p hoc quod
uerbū caro factū est, & habitauit in nobis. Nec mirū
si unus idem fīs mediator dei & hoīm dñs Iesus Chri-
stus, & dñs dicit David, & filius David, cū hodie in plu-
rimis cōtingere soleat, ut aliq̄ eps ordinatus p̄pis sui
dicat pater, nō nascēdi ordine, sed honore. Sed illud
nō est p̄termittendum, qd Iudei de scripturis multa
mētientes, hūc psalmū in ḡsona Abrae tradunt fuisse
decanatū à puerō ei⁹ Damasco Eliezer, ut sit sensus:
Dixit dñs. i. deus oīpotens: dño meo, id est, Abrae, se
de à dextris meis, quādo eū à cāde quinq̄ regum re-
uerentem triumpho uictoriæ glorificauerit, quoniam
fessio uictori paratur, Interrogem⁹ ergo eos quomodo
Abrae cōueniat, qd in eodē Psalmo sequitur: Ex ute-
ro ante Luciferum genui te. Et iterū: Tu es sacerdos
in aeternum secundum ordinē Melchisedec. Dicātes

FF ij

452 DOMINICA XIX.

go, quō Abraā ex utero dei ante Luciferum sit genitus, cū eius ortū & nativitatē legamus: & quō fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedec, cum ipse potius prædā eidem Melchisedec obtulerit, & ab eo benedictionē postulauerit. **E**t cum respondere nō potuerint, nos firmiter credamus, hūc Psalmum in psonā Christi esse decantatū. **E**t est sensus: [Dixit dñs,] id ē, deus pater: [dño meo,] id est, deo filio. **Q**uod autē ait, [Dixit dñs dño meo,] geminatio unius nois, nō diuisionem ostendit substantiæ, sed proprietatē unicuiusq; personæ: quia in natura quod est pater, hoc est filius, sed tamē alia est persona patris, alia filij. **D**ixit aut̄ qđ nec ille ore, ptulit, nec iste aure int̄ētus audiuit, sed qđ uult pater, nouit filius: & qđ uult filius, nouit pater, quorū dicere, uelle est. **Q**uod uero ait, [se]de à dextris meis, Juictori filio dicitur, quia sessio uictori debetur. **Q**ui postquam persuam passionem & resurrectionem antiquū hostem superauit, humanitatem, quā ex nobis assumperat, in dexteram patris collocavit, Marco euangelista teste qui ait: Dñs quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris dei, nō quod deus pater derā uel finistrā habere credendus sit, sicut & nos, sed totus est dexter, qā totus est sanctus. **Q**uod uero subiungit, [donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuor,] aduerbiū finitum pro infinito posuit tempore. **V**isus em̄ scripturæ est, hoc aduerbiū si nitum aliquando, p finito, aliqñ p infinito ponere. **P**ro finito, sicut per Isaiam prophetam dicitur: Popule meus, intra in cubicula tua, abscondere modicum ad momentū, donec pertranseat indignatio. **P**ro infinito, sicut ait Psalmista: Oculi nostri ad dñm deū n ostrū;

Isaie. 26.

POST PENTECOSTEN.

453

donec misereat nostri. Et propheta: Donec seneca-
ris, ego sum. Nunquid post illorum senectam deus
furus non erat, aut oculi nostri cessabunt respicere
ad eum, postquam miserter fuit nostri? Nō, sed (ut
diximus) finitum pro infinito posuit. Sic & in hoc lo-
co dum dixit, [donec ponā inimicos tuos &c.] hoc
adverbium infinitum aeternitatem Christi sonat. Sca-
bellum enim à scandendo dicitur: pedes autem, aeter-
nitatem eius perpetuae stabilitatis designant. Inimi-
ciuero, qui sub scabello pedum ponuntur, non perse-
uerantes inimici intelligendi sunt, sed illi, qui quondā
inimici, per conuersationem reconciliati facti sunt ami-
ci. Quod in eo facile intelligitur, quia filius, sub cuius
scabello pedum ponuntur, in dextra sedere dicitur.
Soli enim electi in dextera ponendi sunt, ipso domi-
no dicte: Statuet quidem oves à dextris, hædos au-
tem à sinistris. Tunc dicet illis, qui à dextris eius erūt:
Venite benedicti patris mei, possidete paratum uo-
bis regnum à constitutione mundi. [Et nemo pote-
rat ad hac respondere ei uerbum, neq; ausus fuit ex il-
la die amplius quisquam eum interrogare.] Viden-
tes pharisæi in suis interrogationibus domini laudē
crescere, & suam uituperationem, non ausi sunt eum
amplius interrogare: quia quicquid dixerint, contra
se dictum sentiebant. Sed quem interrogare nō aude-
bant, manifeste comprehensum Romanæ tradide-
runt potestati, ut intelligamus q̄a liuor & inuidia su-
perari potest, sed quiescere nescit. [Tunc locutus est
Iesus ad turbas, & ad discipulos suos, dicens: Sup cathe-
dram Moysi sederūt scribæ & pharisæi. Omnia ergo q̄
cunḡ dixerint uobis, facite & feruate, secundum uero
opera eorū nolite agere. Dicūt em̄ & nō faciūt.] Grā-

FF iii

454 DOMINICA XIX.

dis in hoc loco domini ostenditur patientia, sed non
minor eius declaratur benevolentia. Scribæ ergo &
pharisei grauissimis hunc quæstionibus laceſſere cu-
piebant, ipſe autem ad eorum ſubiectionē & uenera-
tionem turbas hortabatur, dicens: [Super cathedram
Moysi, & reli.] Cathedra autem ſedile eſt lignēu, ſuſ-
tentationi corporis undiqꝫ aptū, & ideo magistris
& doctoribus congruum. Per cathedrā nancy aliquā
bona, aliquā mala ſignificatur doctriṇa: mala, ſicut in
primo psalmo legitur, In cathedra pestilentiae nō ſe-
dit: bona, ſicut Psalmista alibi ait: Exaltent eum in ec-
clesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum.
Sic & in hoc loco in bono ponitur, cum dicitur: [Su-
per cathedram Moysi.] Hic cathedra Moysi, doctri-
nam legis ſignificat, que pro eo Moysi dicit, qā à dñō.
data, ſpecialiter populo per Moysen eſt administra-
ta. Super cathedrā ergo Moysi ſederunt scribæ & pha-
risei, quia in doctrina legis quieuerunt. Et ideo do-
minus ad eorum doctrinam audiendam turbas hor-
tabatur, quia quamuis male uiuerent, tamen bona di-
cebant. Quia quam uulgaris populus intelligere nō
poterat, illi ſpecialiter à dñō ad docendum populum
acceperant. In eo enim, quod bene docebant, audi-
di erant; in eo qđ male uiuebat, nec audiendi nec imi-
tandi erant. Vnde & bene dicitur: [Omnia enim quæ-
cūqꝫ dixerint uobis, ſeruate & facite.] Quia enim nō
huius doctrinam, ſed dei prædicationem docebant,
ideo ad eorum doctrinam audiendam uel obſeruan-
dam populum inuitabat: & quod ad eorum prædi-
cationem obſeruādam populum prouocauerat, nūc
ab eorum imitatione obſeruanda reuocat, cum ſub-
dit: [Secundum uero opera eorum nolite facere.]

Quicunque enim hodie in ecclesia bene docet, & ma-
le uiuit, scriba est & pharisæus. Sed cuius uita despici-
tur, restat ut eius prædicatio cōtemnatur, tamen pro-
pter mala opera, bona prædicatio non est relinquenda.
Vnde Paulus apostolus dicit: Siue ex occasione,
siue ex ueritate Christus annūcietur, in hoc gaudeo,
sed & gaudebo. Alligant enim onera grauia et
importabilia, et imponunt in humeros homi-
nūm, digito autem suo nolunt ea mouere. One
ra grauia & importabilia, præcepta legis fuerūt, quae
proper duritiā Israelitici populi, dura & aspera sunt
data, intantū ut nullus ea iuxta literā implere potu-
isset, sicut Perrus apostolus testat: Quid uultis impo-
nere iugum super ceruices discipulorū, qđ neq; nos ne
que parres nostri portare potuimus? Sed per gratiā
domini Iesu credimus saluari, quēadmodum & illi.
Sed onera grauia & importabilia scribæ & pharisæi
grauiora fecerant, quas dā obseruationes & superstiti-
ones addentes in lege, ut per hæc simplicem turbā ad
suam uenerationem inclinarēt, sicut eis dñs alibi ex
probrat, dicēs: Hypocritæ, quare transgredimini mā
datum dei propter traditiones uestras? Nā deus dixit:
Honora patrem tuū & matrem. Vos autem dicitis:
Munus quodcumq; est ex me, tibi proderit, & non ho-
norificatis patrem, & irritum fecistis mandatum dei
propter traditiones uestras. Digito autem suo nolūt ea
mouere, quia non solum maiora legis præcepta nō
obseruabant, uerum etiam minora digito operatiōis
tangere nolebant. De quibus alibi ait: Væ uobis scri-
ba & pharisæi hypocritæ, qui tulistis clauē scientiæ.
Sed quia hæc non amore dei, sed cupiditate laudis hu-
manæ faciebant, recte subiungitur: Omnia vero

opera sua faciūt, vt videātur ab hominibus.

Erant enim tales, ut illud audire mereretur, quod dō minus alibi ait: **V**os estis qui iustificatis uos corā hominibus, deus autem nouit corda uestra. De quibus alibi dicitur: **A**men dico uobis, receperūt mercedem suam. **V**nde alibi fortiter eos increpat, dicens: **V**e uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, & reli. Quorum uitia dominus derigit, cum adhuc subiungit, dicens: **D**ilatant enim p̄ylacteria sua, & magnificāt fimbrias. Cum dedisset dominus legem per Moyen, ad extreum intulit: **L**igabis eam in digitis tuis, & erunt immota ante oculos tuos, & meditaberis in eis die ac nocte. Et est sensus: **L**igabis eam in digitis tuis, id est, opere adimplebis. Et erunt immota ante oculos tuos, hoc est, iugiter meditaberis in eis. **S**cribæ ergo & pharisæi uanae gloriae amatores, decem uerba legis in membranulis scribebant, & ea frontibus suis circumligabant, ut inuicem se salutantes, atque obuiates, præceptorum legis recordarentur, & ipsa pictatiola phylacteria uocabant. Iusserat quoq; dominus in lege, ut in quatuor angulos palliorum hyacinthinas fimbrias ponerent, ad Israeliticum populum dinoscēdum. **S**cribæ ergo & pharisæi, auaritiæ sectatores, lucrum de mulierculis captantes, longissimas fimbrias faciebant, in quarum summitatibus acutissimas spinas ligabant, ut in conuiuijs uel in synagogis sedentes inuicem se pungerent, & per hoc legis recordarentur, & qui hocheret, religiosior putaretur. Iuxta hanc similitudinem fuit illa fimbria domini, non superstitione pharisæica superflua, sed modica & parua secundum præcepta legalia, quam mulier, quæ duodecim

annis fluxum sanguinis passa erat, accedens retro tegit, & non est secundum superstitionem phariseorum compuncta, sed domini misericordia sanata. Ad quod autem has & huiuscmodi superstitiones inuenissent, manifestatur cum subditur: Amant autem primos recubitus in coenis, quod pertinet ad uenitri in-gluie. [& primas cathedras in synagogis,] quod pertinet ad inanem gloriam. [& salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi,] quod pertinet ad indebitam reverentiam. Sed eorum uitios patefactis, dominus ab eorum imitatione suos compescuit, dicens: Vos autem nolite vocari rabbi. Unus est enim magister vester. Ac si diceret: Vos enim estis electi, qui unum & uerum habetis magistrum, illum scilicet, a quo procedit omnis sapientia, & cum quo fuit semper, & est ante aeum, quorum fiducia deus est, & qui terra na uobis tribuit, ut cælestia adipisci possitis. Nolite uocari rabbi, i. magistri, ut honorem ei debitum ad ueram gloriam inflectatis. Omnes autem vos fratres estis. In quibus uerbis ostenditur, non tam carnalem, quam spiritalem nativitatē esse laudandā, cum ait: [Omnis enim uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram. Unus est enim pater uester qui in celis est. Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus.] Quibus est enim unus pater deus, & una mater ecclesia, & una est fides catholicorum, consequenter fratres esse debent, non carne, sed spiritu, ut unū credant, unum sapiant, unum desiderent, & impleatur in illis, quod scriptum est: Ecce quam bonū & quam iucundum, habitare fratres in unum. Quales erāt, de quibus alibi dicitur: Multitudinis credentium erat cor unū & anima una. Nec quia

DOMINICA XIX.

eorum quæ possidebat, aliquid esse suū dicebat, sed erant illis omnia cōmunia. Vnde Apostolus omnes credentes frēs appellat. Et Iohānes: Charissimi, filii dei sumus. Quæritur, q̄re aliqui eos, q̄ sibi pr̄sunt in doctrina uel regimine, patres uel magistros audeant appellare, & maxime in monasterijs, cū dñs dicat: Vos aut̄ nolite uocari rabbi, & patrem nolite uocare uobis super terram, & Paulus apostolus magistrum gentium se nuncupet, dicens: Quām diu sum magister gentium, ministerium meū honorificabo. Ad quod dicendum, quia aliud est essentialiter esse patrem & magistrum, & aliud nuncupatiue. Verus nāc ille magister & pater est, qui omnia scit anteq̄ fiant, & cuius sapientia cuncta regit & ordinat. Ceterum sine culpa eos, qui nobis pr̄sunt, magistros uel patres appellamus, quia in hac appellatione reuerentiam eorum sanctitati & ætati atq; sapiētiae defērimus, non tamen autores nostræ confitemur naturæ. Sicut enim nemo bonus nisi solus deus, & tamē ab eius bonitate multi boni uocātur: ita unus est pater qui omnia creauit, & unus magister qui omnia docuit, tamen ab eius magisterio uel imitatione multi magistri & patres appellantur. Sed iste (ut diximus) essentialiter, illi uero abusue. Sed q̄a ad hāc dignitatem, ut magistri uel patres uocētur, nō per superbiā, sed per humilitatem ascēditur, recte subditur: Qui major est yestrum, erit minister yester. In quibus uerbis illorum superbia retunditur, qui non per uitæ meritum, sed propter temporalē honorem altiore gradū ascendere cupiunt. Hoc quippe inter secularem potētiā & ecclesiæ humilitatem distat, q̄a in illis potētiā, in istis humilitas eligitur. Et quan-

ro quisq; in illis fuerit potentior, eo & reuerentior:
in istis aut quanto humilior, tanto utiq; melior. Cū
ergo ait [Qui maior est uestrū, erit minister uester,] Quod dñs alibi ostendere uoluit, cum discipulis inter se conquirentibus,
tale est, ac si diceret dñs: **Sicut filius hominis non ue-**
nit ministrari, sed ministrare: & factus est inter uos,
non quasi recumbens, sed sicut qui ministrat: quan-
to magis magistri discipulis uiam humilitatis debet
demonstrare? scilicet ut quo altiores sunt gradu, eo
& humiliores sint exemplo. **Quod dñs** alibi ostendere uoluit, cum discipulis inter se conquirentibus,
quis eorum maior esset in regno cælorū, ait: **Reges** Luc. 22
gentium dominantur eorum, & qui potestatem ha-
bent super eos, benefici uocantur, **In uobis autē non**
sic. Sed q; uoluerit esse maior, sit omnium minimus:
& qui præcessor, tanquam qui ministrat. **Et iterum:**
Amen dico uobis, nisi cōuersi fueritis & efficiamini
sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorū. **Quā**
uitutem præbuit, dices. Nam quis maior est, qui re-
cubit, an qui ministrat: nōne qui recumbit? Ego autē
in medio uestrū sum tanquā qui ministrat. **Sicut ali-**
bidi xisse legitur: **Vos uocatis me, magister & dñe, &**
bene dicitis. **Sum eterni.** Si ergo ego dñs & magister
uobis laui pedes, & uos debetis alter alterius lauare
pedes. **Quod p̄prie illorū est facere,** qui magis aeter-
nam gloriā, q; temporalē diligunt uitā. **Vnde & subdit:**
Qui aut se exaltaverit, humiliabitur: & qui se
humiliaverit, exaltabitur. Quærer q;re dicat, Qui
se exaltaverit, humiliabit, cū multos uideam⁹ in p̄senti
seculo exaltatos, & usq; in finē ipsorum in ipsa exalta-
tione permanere: rursum uideamus alios in paupertate
& egestate, & in ipsa paupertate usq; ad exitū animæ
colistere. **Ad quod dicendū,** quia q; se in p̄senti secu-

DOMINICA XX.

Io superbe exaltauerit, in futuro humiliabitur: & qui se in hoc seculo ueraciter propter dominū Christum humiliauerit, in futuro exaltabit. Sicut ergo inter superbos semp iurgia sunt, sic inter humiles pax & concordia inuiolata conseruatur. Quoniā quise humiliant in presenti, exaltabunt in futuro, quando illā desiderabilem uocem audire merebuntur: Euge serue bone & fidelis, q̄a super pauca fuisti fidelis, sūg multate constituam, intra in gaudium domini tui.

DOMINICA XX.
post Pentecosten. Matth. IX.

In illo tempore Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatē suam. Et reliqua.



Sæpius cōtingere sollet, ut una eadēq; res in scripturis, duplē vel triplicem habeat significatiōnē, sicut est nauis, q̄ aliquid uexillū sancta crucis, aliquid sc̄tām ecclesiam, aliquid utes intemerat uirginis significat. Vexillum sanctæ crucis, sicut in alio loco legim⁹: Ascendēte Iesu in nauiculā, secuti sunt eū discipuli eius. sanctā ecclesiā, sicut in Psalmo legi: Qui descēdunt mare in nauibus, facientes operatiōnem in aquis multis. Ipsi uiderunt opera dñi, & mi-

POST PENTECOSTEN 461

rabilia eius in p*ro*fundo. **V**terum intemerat*e* virginis; sicut in hoc loco: **A**scendens Iesu*s* in nauicula. Quasi e*m* d*omi*n*s* spiritualiter nauem ascendit, q*uod* ex intemera*t*e virginis utero carnem assump*s*it. **T**ransfretauit, quia natus docuit, mirabilia fecit, passus est, & resure*x*xit, sicut per Petrum apostol*u* dicitur: **Q**ui p*re*trans*i*uit benefaciendo, & san*ct*ando omnes oppressos a dia**bo**. **V**enit in ciuitatem suam, i*n* sanctam ecclesiam, non quod ad eam ueni*es* suam inuenerit, sed quod subueniendo eam suam fecerit. **I**n cuius typo eius ciuitas Nazareth dicta e*s*, quae munda uel custodita interpretatur, significas ecclesiam, quam sibi elegit n*ost*re habentem maculam uel rugam: q*uod* dominus mundauit iam ecclesiam suo sanguine, & custodit sua p*rote*ctione. **C**ui in amoris cantico loquitur: **T**ota pulchra es amica mea, & macula non est in te. **E**t item: **V**na es amica mea, formosa mea, columba mea, im*mac*ulata mea. **Q**ueritur aut*e*, quare Matth*æ*us dic*a*t d*omi*n*s* uenisse in ciuitat*e* suam, c*um* Marcus hoc sign*u* sanitatis n*ost*re in Nazareth, quae eius ciuitas dicta est, sed in Capharna*u* fuisse referat. **A**d quod breuis & facilis patet responsio, quia uidelicet Nazareth & Capharna*u* in Galil*æ*a regione sit*æ* sunt. Sicut e*m* tota Galil*æ*a eius patria est uocata, eo q*uod* ibi fit conceptus uel nutritus, unde & Galil*æ*us appellatur, sic non solum Nazareth, sed etiam Capharna*u*, quae in Galil*æ*a sit*a* est, eius ciuitas intelligi potest. **N**ihil e*m* Matth*æ*us & Marcus inter se discordat, c*um* unus ipsum nomen posuit, alter uero in ciuitatem su*am* absolute dixit. **V**el certe Capharna*u* eius ciuitas dici potest, non quod in ea natus uel nutritus sit, sed q*uod* tam miraculis illustrauerit. **R**ursum queritur quare

462 DOMINICA XX.

nauim ascēderit. Nūquid nō poterat sup undas māris ambulare, qui quondā Petro præstitit, ut sup undas maris ambularet? Aut non poterat corā suis ueſtigijſ mare ſiccāre, qui corā filijs Iſrael egrediētibus ex Aegypto mare rubrū ſiccauit, & eos transire per ſiccū fecit? Poterat utiq. Sed ideo nauē ascēdit, ut omnia quæ hoī ſunt agens, uerū hoīem pronofra ſalute ſe ueniffe demōſtraret. Et ecce offerebant ei paralyticum in lecto iacentē. Paralysis nō ſolū grauiſſima, ſed etiā acutissima eſt paſſio, quæ ſubito ut hoīem attigerit, ad omne opus inutile efficit. Fit aut̄ dum calor naturæ uel ſanguinis in frigus uersus, naturales meatus uenar̄ precludit, int̄m ut ſi totum hoīem attigerit, inualidum reddat: ſi aut̄ quodlibet membrum arripuerit, inflexibile & inutile faciat. Ex go per paralyticū quilibet peccator deſignatur, qui à calore diuini amoris recedens, in teſpore uel frigore iniquitaris cōuertitur, int̄m ut ſi aliquā grauiſſima mala ppetret, nec ea uelut minima pertimescat, q̄libus per prophetā dicitur: Sicut frigidā facit cifterna aquam fuā, ſic frigidā facit ſtultus malitiam ſuā. Letetus in quo paralyticus portabat, uel corpus hominis peccatis affuetum, uel cōſcientiā desperatā ſignificat. Hi aut̄ qui paralyticū dño ad curandū brulerant, doctores & magistros ecclesiæ ſignificat. Offerrunt em̄ paralyticū dño ad ſanandum ecclesiastici uiari, q̄n̄ peccantē uerbis corrigunt, & orōnibus iuuant, ut ab iphis peccatis reſipifcat. Qui bene Marco narrante quatuor uifſe referuntur, quia quatuor ſunt libri sancti euangeli, in quibus om̄is prædicantiū doctrina non ſolū inſtruitur, ſed etiā roborat. Sed quia om̄is, qui alienas animas uifcipit regendas, nō terre-

bis desideris inhærere debet, sed cælestia cōcupisce-
re, recte hi qui paralyticum dñō ad curandū obtule-
runt, iuxta alium euangelistā, non inuenientes qua
parte eū inferrent p̄ḡ turba, ascenderūt supra tectū,
& per tegulas submiserunt eū cum lecto in mediū
ante Iesum. **O**mnis nāq̄ anima quē à paralypsi suę ini-
quitatis uult liberari, necesse est ut turbas dæmonū
& tumultus uitiorū repellat, & sublimia appetat. **T**e-
stum quippe ascendit, qui terrena contēnens, cæle-
lestia concupiscit. Per tegulas aut̄ infirmū ante dñm
ponit, cum humanae fragilitatis memor, sic contra
peccantes irascitur, ut p̄c̄nitentibus cōpatiatur. **V**el
certe hi, qui paralyticum domino ad curandum ob-
tulerunt, recte quatuor fuisse memorant: quia qua-
tuor sunt principales uirtutes, de quibus in æternæ
sapientiae laude canitur, sobrietas & sapientia, iusti-
tia & uirtus: quas nō nulli ueris nominibus, pruden-
tiam, temperatiā, fortitudinem & iustitiam appel-
lant, quibus (ut ait scriptura) nihil est utilius in vita
hōis. Prudentia enim est, deum cognoscere & eius
voluntatem intelligere. Quae quām necessaria & uil-
lis sit uirtus, dominus manifestat quū discipulis ait:
Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut
columbae. Qualis est ista prudentia, si fortitudo de-
sit? Scire enim bonum & nō posse facere, magis po-
na est quām uirtus. Addatur ergo ad prudentiā for-
titudo, ut bonum quod per prudentiam cognosci-
tur, per meritū fortitudinē infatigabiliter teneatur,
scriptura dicente: **V**iriliter agite, & confortetur cor
uestrum omnes qui speratis in domino. Porro forti-
tudo tunc laudabilis erit, si iusta fuerit: quoniam for-
tier agere, & non iuste, non uirtus est, sed uitium.

Multi enim fortiter agunt in prælijs, in luctaminibus, in oneribus portandis, sed quia non iuste faciunt, talis fortitudo non iuritatem, sed uitio depuratur. Addatur autem ad fortitudinem iustitia, ut quod iustum & rectum est, & opere seruetur, & memoria teneatur, scriptura monente: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Tunc enim iustitia deo accepta & dulcis erit hominibus, si discreta & temperata fuerit, quia bona iuritatem, quae sine temperantia agitur, frequenter in uitium vertitur.

Sapien. 1

Eccle. 7

Vnde scriptura admonet: Ne sis multum iustus, neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas. Addatur ergo ad iustitiam temperantia, id est discretio, quae (ut ait scriptura) mater est omnium iuritatum, ut in ipso bono opere non sit aliquis nimius uel superfluus, sed discretus & temperatus: quia frequenter iuritatem, quae sine obseruatione agitur, in uitium conuertitur. Et quia has quatuor iuritutes habere debet, qui suam ac alterius animam deo offerre uult, recte hi qui paralyticum dominum ad sanandum obtulerunt, quatuor fuisse narrantur. Sed ne cuiquam impossibile videatur, unum cùdemque hominem has quatuor iuritutes simul habere posse, ex multis, qui eas & opere seruauerunt, & sermone docuerunt, unum in medium liber deducere, uidelicet sanctum Abram patriarcham. Ipse uere prudentiam habuit, qui cæteris à cultura dei aberratis, creatorum suum deum credidit & cognovit: quia sicut insipiens est, qui dicit in corde suo, non est deus: sic prudens qui cognoscit deum. Addidit autem ad prudentiam iustitiam, quando illius præceptis, quem deum cognovit, absq[ue] illa mora obedivit, exiens de terra sua, & de cognitione & de domo patris sui. Vnde scriptura ipsa protinus subiunxit, dicens: Credidit Abram deo,

POST PENTECOSTEN 465

& reputatū est illi ad iustitiam. Sed iste tam prudēs, tam iustus, quām fortis sit videamus. Cum enim se-nex ex dilecta coniuge unicum filiū per repromissio-nem accepisset, audiuit à domino: Tolle filium tu-um quem diligis Iaac, & offeres eum mihi in holocaustum super unum montium, quem monstraue-ro tibi. At ille de nocte consurgens, strauit asinum su-um, &c. Et iterum, Cumq[ue] die tertio eleuatis oculis uidisset locū procul, dixit pueris suis: Expectate hic eum asino, ego & puer illuc usq[ue] properātes, post-quam adorauerimus, reuertemur ad uos. Cumq[ue] ad locum perueniens, altare ædificasset, & colligatum puerum super struem lignorum imposuisset, nō pat-uum dolorem & angustiam in corde sustinuisse cre-dendus est, non tātum pro morte dilecti filij, sed eti-am timens & uerens, ne puer teneræ ætatis, cum do-lore mortis saltē contra deum in corde murmurā-ret: sed magnum dolorem maior fortitudo uince-bat. Sed iste tam prudens, tā iustus, tam fortis, quām discretus & tēperatus sit aspiciamus. Cum em̄ iam-iamq[ue] immolaturus filium, gladium euaginatum in manibus teneret, audiuit à domino: Ne extēdas ma-num tuam super puerum, neque facias illi quicquā. At ille discretus & temperatus, sicut fuit fortis in im-molando, sic factus est tēperatus in relinquēdo. Vñ diuina uoce meruit cōsolari, cum protinus audiuit: Nunc cognoui quod timeas deum, eo quod non pe-perceris filio tuo unigenito propter me. Benedicēs benedicam tibi, & multiplicabo semen tuū sicut stel-las cœli. Hec de operibus Abræ breuiter cōmemo-tare libuit, ut intelligamus & nos has quatuor uirtutēs habere posse, si eas à deo postulare non pigeat;

GG

Videns autem Jesus fidem illorum, dicit
paralytico: Confide fili, remittuntur tibi pec-
cata tua. Hic considerandum est, quantum unum-
quenq; propria fides adiuuet, ubi tantum profuisse
aliena monstratur. Non enim ait euangelista, Vidēs
IESVS fidem illius qui offerebatur, sed illorum qui
offerebant. Paralyticus enim quia per se uenire non
poterat, alienis manibus deportatur, aliena fide sana-
tur. Vnde intelligere possumus, quia sunt nō nulli in
ecclesia, qui eti si suis meritis non saluantur, tamen
aliorum intercessione saluari merentur. Vbi non so-
lum domini adoranda potentia ostenditur, sed eius
humilitas ueneranda, atq; pro uiribus imitanda de-
claratur. Multum namq; distat inter superbiā Iudeo-
rum & domini humilitatem. Infirmum enim, & ro-
tis membrorum compagibus dissolutum, quē scri-
bat & pharisei non solum tangere, sed etiā uix respi-
cere dignabantur, dominus non solum ab infirma-
te curauit, sed etiam filium uocauit, dicens: [Confide
fili.] Fides quoq; operibus exornata, magna est uir-
tus, sicut ait Iacobus apostolus: Fides sine operibus
mortua est, & sine fide impossibile est placere deo.
Quam dominus discipulis commendans ait: Si ha-
bueritis fidem sicut granum sinapis, &c. Et pulchre
filii appellat, quē à peccatis liberauit: nimis ut q
ante fuerat filius malitia & nequitia & filius diaboli,
post peccata dimissus factus est filius dei. Sequitur:
[Remittuntur tibi pēta tua] Notandum autē, quia
prius eius peccata dimittiuntur, & sic sanitas corporis
tribuitur. Sed cū prius peccata dimisit, ut diximus,
& postmodum sanitatem tribuit, ostendit propter
peccata plerisque hominibus infirmitates accidere.

POST PENTECOSTEN 467

Quinq[ue] enim modis diuina flagella homines in praesenti vita iunguntur. Alij propter solam probationem flagellantur, qualis fuit Iob & Thobias, quorum patientia cum sibi ipsis & deo tantummodo esset cognita, ideo flagellati sunt, ut probatores fierent, & eorum patientia ad aliorum exemplum perueniret. Alij, ut curantis virtus glorificetur, qualis fuit ille cæcus, de quo cum discipuli dominū interrogassent: Rabbi, quis peccauit hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? audierunt: Neq[ue] hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestetur opera dei in illo. Alij ob hunc militaris custodiā, ne se de acceptis virtutibus extollant, flagellantur, quod Paulo apostolo contigit, qui & de seipso ait: Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, ut me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficiat tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Alij propter enormitatem scelerum flagellantur, ut hic penas experiri incipiatur, q[ui]s in futuro passuri sunt, qualis fuit Herodes rex & Nabuchodonosor, Antiochus & Pilatus & cæteri tales. De quibus scriptum est: Duplice contritione contrere eos dñe. Alij propter præterita peccata remittenda flagellantur, qualis fuit ille lagidus, qui iacebat ad piscinam Siloæ, cui post peccata dimissa a dño dictum est: Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat: qualis fuit & iste paralyticus, de quo nunc sermo agitur, cui non solum peccata dimissa sunt, sed etiam sanitas corporis restitura est. Et ecce quidam de scribis discerunt intra se: Hic blasphemat. More suum seruauerunt scribax, cum non ob amorem,

sed propter inuidiam dominum sequebatur, ut eum
reprehēdere possent, scientes uisibile miraculū quod
factum erat, se negare non posse, q̄ inuisibiliter pec-
cata dimitteret, blasphemias dicebant. Vnde secun-
dum Marcum euangelistam indignantes dixisse le-
guntur: **Quis potest peccata dimittere, nisi solus de-**
us? In his uerbis uerum dicebant, quia nullus pecca-
ta, nisi solus deus dimittere potest, qui ait per pro-
phetam: **Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter**
me &c. Quem secutus Psalmista dixit: **Secundū mul-**
titudinem miserationum tuarum, dele iniquitatē
meam. Et, **Amplius laua me ab iniquitate mea.**
Sed multū errabāt, cum eum, qui inuisibiliter pec-
cata dimittere potest, præsentialiter uidentes, deum
credere nolebant. Sed quia etiam ingratis benefici-
um p̄fāre oportet, primum dominus ad cogita-
tiones blasphemantium respondit, ac deinde mira-
culum sanitatis ostēdit. Vnde & subditur: **Et cum**
vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Ut
quid cogitat̄ mala in cordib⁹ vestris? It
quo facto dominus blasphematoribus suis, qđ deus
credendus esset, manifeste declarauit. Sicut enim so-
lus deus peccata dimittere potest, sic solus cogitatio-
nes hominum intueri ualeat, scriptura dicente: **Tu so-**
lus deus cogitationes hominum nosti. Et, **Homo ui-**
det in facie, deus autem intuetur cor. Ac si diceret:
Eadem diuinitatis potentia, qua uestras cogitatio-
nes intueor, possum non solum paralyticō, sed etiā
cunctis p̄nitenitibus peccata dimittere. Adhuc au-
tem ex uestris cogitationibus intelligite, quid para-
lyticus iste consequat̄. **Quid est facilius dicere,**
dimittitur tibi peccata tua, an dicere, surge

POST PENTECOSTEN 469

Ter ambula: Inter dicere & facere apud hoēs magna distantia est, apud deum autem nulla, cui dixisse, fecisse est. **D**ixit enim & facta sunt, mandauit & creata sunt. Quod autē ei peccata dimissa essent, ipse nouerat qui dimittebat. Quod uero surgeret & ambularet, tam ille qui surgebat, quām illi qui surgentem videbant, nouerant. Sed ualde cæci erant scribæ & pharisei, qui per corporale miraculum spiritale nō intelligebant: & cum uidissent paralyticum mundatum, peccata dimissa esse non credebant. **F**it ergo signum corporale, ut p̄betur spiritale, quia secūdum **A**póstolū lingue in signū sunt, nō fidelibus, sed infidelibus: & ne inuisibiliter p̄tā animæ dimissa dubitaret, inuisibilis sanitas paralytico restitura ē. **Vñ** subiugens dixit: **U**t aut sciatis qm̄ filius hōis habet potestatem in terra dimittendi peccata, nūc ait paralytico: **S**urge, tolle lectum tuū. Idem enim est filius dei, & filius hominis: & idē est filius hominis, qui est filius dei, ex substantiis duabus & una persona. Et quia filius hominis à filio dei assumptus est, potestarem haber in terra dimittendi peccata, iuxta quod ipse alibi ait: **P**otestarem dedit ei pater iudicium facere, quia filius hominis est. **E**t iterum: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Frequentius tamen filium hominis, quām filium dei se maluit appellare, propter uitatem humilitatis insinuandam. **C**urato ergo paralytico recte dicitur: [**S**urge, tolle lectum tuum, &c. **E**t surrexit, & abiit in domum suam.] **I**am superius per paralyticum peccatricem animam diximus figurari, cuius lectum carnē peccatis assuerat diximus esse. Recte nanque dicitur, [**S**urge.] **Q**uia omnis p̄c-

nitens, si ueniam uult consequi, primum ab iniq[ui]ta-
te, in qua iacuit, resurgere debet, ut est illud **Aposto-**
li: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illumi-*
nabit te Christus. Non solum autem paralyticus sur-
gere, sed etiam lectum portare iubetur: quia non so-
lum anima à peccatis quiescere debet, sed etiam ca-
ro quæ uitij[m] mancipata fuit, uirtutibus seruire de-
bet, iuxta **Apostolum:** *Vt sicut exhibuit mēbra sua*
seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem, ita
eadem exhibeat seruire iustitiae in sanctificationem.
Quasi enim paralyticus lectum portat, quādo pecca-
tor post conuersationem carnem suam crucifigit, mor-
tificando membra sua, quæ sunt super terram, & se cū
dum **Apostolum:** *Crucifigit carnem suam cum uitij[m]*
& concupiscentijs. Cuius enim anima deum perfecte
uidere desiderat, dignum est ut etiam eius caro uir-
tutibus se subdat, illius exemplo, qui ait: *Sicut uisit in te*
aia mea, q[uod] multipliciter & caro mea. Et iterū: *In deo*
sperauit cor meum, & adiutus sum, & refloruit caro
mea. Et rursum: *Cor meū & caro mea exultaerūt in*
deū uiuū. Domus, ad quam post curationem ire iube-
mur, paradiſus est. Ad hoc uero cōditi fueramus, ut
si primus hō non peccasset, absq[ue]lla incorruptione
in eo permaneremus, sed quia peccāto ab illa reces-
simus, æquum est, ut pœnitendo ad illam redeamus.
Ad quam ardentiſſimo amore peruenire optabat il-
le, qui dicebat: *Vnam petrī a dñō, hanc requiram.* Et
iterum: *Introibo in domum tuam domine, adora-*
bo ad templum sanctum tuum. Et rursus: *Ingredi-*
ar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domū
dei. In hac domo tāto quisque mansionem inueniet
ampliorem, quanto in præsenti uita iustius uixerit.

POST PENTECOSTEN. 471

ipso domino dicente: In domo patris mei mansio-
nes multæ sunt. Vidētes autē turbæ timuerunt
et glorificauerunt deum, qui dedit potesta-
tem talem hominibus. In hoc loco declaratur,
quantum inter doctam malitiam, & sanctam sim-
pliciterem distet. Scribis enim deum blasphemanti-
bus, turbæ, quæ minus eruditæ erant, eius opera ui-
dentes, cum timore & admiratione glorificauerunt
deum. Sed & hoc quotidie fit in ecclesia in conuer-
sione peccatorum, quia dum quilibet facinorosus
publice ad deum cōuertitur, & per pœnitentiam cu-
ratur, multi in eius conuersione immensam dei pie-
tatem glorificant. Luxa superiorem sensum turbæ
quæ timent, immundispiritus intelligi possunt, qui
uidentes peccatores per domini incarnationem de
sua potestate eripi, timore & admiratione concussi
sunt. Vnde & per obsessum hominem loquebantur:
Quid nobis & tibi fili dei? uenisti ante tempus tor-
quere nos? Et ut euangelista ait: Multum rogabane
cum dæmonia, ut non eos mitteret in abyssum.

DOMINICA XXI. post Pentecosten, Matth. XXII.

In illo tempore Loquebatur Iesus cum
discipulis suis in parabolis, dicens: Simile
factum est regnum cælorum homini regi,
qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos
suos uocare iuitatos ad nuptias, & nole-
bant uenire. Et reliqua.

GG iij



CVM frequenter regnum cælorū in euangelio nominatur, non incongrue semper unā eandemq; habet significatiōnē, sed aliquā cælestem dñm Iesum Christum, aliquādo doctrinā sancti euangelij, aliquā cælestem patriam, aliquā presentem significat ecclesiā. Dñm Iesum Christū, sicut ipse ait, Regnum dei intra uos est. Doctrinā sancti euangelij, sicut ipse Iudæis hanc recipere nolentibus dixit: Auferetur à uobis regnū dei, & dabitur genti faciēti fructus eius. Cælestem patriam, ut est illud. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, qm̄ ipsorū est regnum cælore. Sanctā ecclesiā, sicut alibi ait: Qui soluerit unum de mādatis istis minimis, & docuerit sic hōles, minimus uocabitur in regno cælorū. Ergo in hoc loco regnum cælorū præsentē significat ecclesiam. i. congregationē iustorum, in qua dñs non solum regnat, sed etiā quiescit, sicut scriptum est in Salomo ne: Anima iusti, ledes sapiēt ix. Sunt nōnulli, q; hanc eandem lectionem esse purant, quā Lucas sub appellatione cœnæ descripta, sed quædā inter se diuersa cōtinere uident: quia ibi cœna, hic prandiu no[n]at: ibi nullus qui intrauit, egressus legitur: hic qui cū ueste nuptiali nō intrauerat, cū magno dedecore expulsus narratur. Nā quāuis consuetudo antiquis fuerit, semel in die prandere, & hoc conuiuum & prandiu & cœna uocaretur, apud nos tñ usitatius post pran-

POST PENTECOSTEN. 473

dium cœna restat, post cœnam uero nullum cōiuuiū remanet. **Vnde** per illam cœnam ecclesia figuratur, qualis erit in futuro: per hoc uero prandium, qualis est in præsenti. **Homo** iste rex spiritualiter deus omni potēs est, filius eius dominus Iesus Christus, de quo p̄ Psalmistam dicitur: Deus iudicium tuū regi da, &c. Qui fecit nuptias filio suo, quādo per incarnationis mysterium ei sanctam ecclesiam sociauit, non habē tem maculam neq̄ rugam, de qua per Apostolū dici tur: Despōdi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. In nuptijs uero duo iunguntur, sponsus & sponsa. Sponsus enim Christus est, de quo per Iohannem dicitur: Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus aut̄ sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gau der propter uocem sponsi. Sponsa sancta ecclesia est, cui per prophetam dicitur: Sponsabo te mihi in iustitia & ueritate. De his nuptijs Iohannes in Apocalypsi loquitur, dicens: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. Et iterum: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendente de caelo. Thalamus huius spō si, uterus genitricis fuit, de quo ad coniungendam sibi ecclesiam, uelut spōsus de thalamo suo, processit. Vnde cū Apostolus exponeret testimonium, quod primo homini dictum fuerat: Propter hoc relinquere patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & rel. continuo adiecit: Sacramētum hoc magnum est. Ego aut̄ dico in ecclesia & in Christo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. Si seruum legerimus, ut nonnulla habent exemplaria, Moysen intelligere debemus: si autem pluraliter seruos, patriarchas & prophetas accipere possumus. Misit ergo seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, q̄a incar

474 DOMINICA XXI.

nationis suæ mysterium per patriarchas & prophætias longe ante dicere uoluit: qui plurimos ad Christi nuptias uocauerunt, quia p spm sanctū aduentū Christi præudentes alijs annunciauerunt. Sed ualde dolē dum est quod subdidit: **Et nolebat venire.** Et pulchre dicitur, [Nolebant uenire.] quia plurimi per ppheras annunciatum audierunt, sed tamen uereturum minime crediderunt. Offert deus quod rogari debuerat, non rogatus dare paratus est, quod uix credi posuit, ut largiri dignaretur etiā postulatus. Sed reprobi ad nuptias uenire nolunt, quia eius iussionibus per multa opera contradicunt. Quia sunt nonnulli, qui non solum ea quæ sibi conueniunt, à deo non postulant, uerum etiam oblata sibi accipere renunt. Nec tamen diuina pietas contemnentes se contemnit, eū ad eos, q uenire nolebant, iterū misit alios seruos. Serui, qui secundo mittuntur, apostoli sunt intelligendi, qui post domini incarnationem ad prædicandū euāgelium sunt missi. Quidam securius aduentū Christi annunciauerunt, quanto ab ipso ore ueritatis huberius uerbum diuinū audierunt. Sed quia plerūq; apud auditorū mentes plus exempla quam uerba pfectiūt, recte in secunda invitatione dicit: **Dicite invitatis:** Ecce prandium meum, paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. In tauris & altilibus utriusq; testamenti sanctos p̄es accipimus, ueteris scilicet ac noui. Taurus enim erectæ ceruicis est animal, cornua in capite gerens, quibus se defendat, & minora animalia terreat. Vnde & per tauros non incōgrue patres ueteris testamenti accipimus, qui dum ex promissione legis accepant, ut dei suos p̄ inimicos corporaliter feriret,

POST PENTECOSTEN

449

quasi in capite cornua gestabāt. Sed in præparatione nuptiarum tauri occisi sunt, quia cum incarnatione Christi patres ueteris testamenti prædicerent, nonnulli interfecti sunt: alij secti, ut I^saias. alij lapidati, ut I^eremias. Altilia autem dicta sunt quasi altilia, quæ nos vulgari locutiōe manu pasta, id est, saginata appella- re consueuimus. Ergo per altilia apostoli eorum successores figurantur, qui dum terrenas diuitias conte- mnere, & cælestē regnū amare didicerunt, quasi altilia penna contemplationis sese ad alta sustollere no- uerunt, dicentes cum Apostolo: Nostra autem cōuer- satio in cælis est. Qui cū ab ipsius domini ore doctri- nae pabulum acceperunt, quasi manu pasti sunt, tan- totq[ue] breuius spirituali pinguedine sunt saginati, quan- to manifestius & perfectius eiusdem spiritus sancti dono sunt repleti, ut cū Psalmista dicere possint: Sic- ut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Et iterum: Impinguasti in oleo caput meum. Sed in præ- paratione nuptiarum Christi cum tauris, altilia sunt occisa, quia patres noui testamenti pro prædicatio- ne euangelij corporaliter interierunt. Alij crucifixi sunt, ut Petrus: alij decollati, ut Paulus: alij lapidati sunt, ut Stephanus: alij igne cremati, ut Laurentius: alij lacerati, & secundum Apostolum, Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis. Omnem autem occa- sionem excusandi aufert rex, cum dicit: [Omnia pa-
rata.] Omnia enim parata sunt, quia ille singularis agnus occisus est, in cuius figura omnia præcesserunt. Siue certe omnia parata sunt, quia nullum exemplū uirtutis est sanctorum, quod ad nostram imitatio- nem in operibus eorum manifestatum iam non sit. Nam enim innocentiam Abel audiuiimus, obedie-
-

476 **DOMINICA XXI.**

tiam **Abrae**, castimoniam **Isaac**, tolerantiam **Jacob**,
mititiam **Moysi**, misericordiam **Dauid**, patientiam
Iob audiuimus, & finem domini uidimus. Sed repro-
bi omnes, dum terrenis diuitijs acquirendis studio-
se inhiant, non solum seruorum dei exempla imitari
contemnunt, sed etiam ipsius domini uerba inuitan-
tis audire negligunt. Vnde & subditur: **Illi autem**
negererunt, **et abierunt**, **alius in villam suam**.
Quid per villam, nisi terrena substantia designatur?
Ad villam quippe uadit, qui terrena & superflua dili-
gens, caelestem patriam non requirit. Cumq[ue] natura
le m[od]estum nō in seruitio dei, sed in terrenis cō-
modis occupat, non solum ad villam, sed etiam ad ne-
gociatiōem suam pergit. Vnde bene subditur: **Alius**
uero ad negociaſionem suam. Quid per negociaſionem,
nisi calliditates & ingenia figurantur? In negociaſionē
uero hoc agitur, ut quod uilius emitur, carius
uenundetur. Quicunq[ue] ergo arte uel ingenio iniusta
lucra appetit, quasi ad negociaſionem pergens, ad nu-
prias dei uenire contemnit. De talibus sine dubio ait
Apostolus: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in ten-
tationem & laqueum diaboli, & desideria multa in-
utilia, quae mergunt hominem ad interitum & per-
ditioem. Et quiquis his deditus fuerit, necesse est ut
non solum mēdacia, ueruertiam perjuria incurrat.
Qui autem eis deseruerit, ad nuptias Christi (ut dixi
mus) uenire contemnit. Vnde **Apostolus** ait: Nemo
militans deo implicat se negotijs secularibus, ut pla-
ceat illi cui se probauit. Et **Jacobus**: Qui uoluerit ami-
cūs esse seculi huius, inimicus dei constituitur. Reli-
qui vero tenuerunt seruos eius, & contume-
lia affec̄tos occiderunt. Inter eos qui uerbū dei

POST PENTECOSTEN

477

audiere negligunt, & eos qui nuncios persequuntur, magna distantia est. Sunt nonnulli, qui nec uerbum dei audiunt dignantur: & sunt alij, qui uerbum dei audiunt, sed opere implere contemnunt. Sunt alij etiam, qui non solum uerbum dei despiciunt, sed etiam prædicatores verbi odijs & gladijs persequuntur. Illi uero districte damnandi sunt, qui uerbum dei non audiunt: sed illi districtius, qui audiū implere negligunt. Quia sicut dominus ait in euangelio: Seruus nesciens uolū latē dñis sui, & non faciens, plagis uapulabit paucis: sciens autem & non faciens digne, plagis uapulabit multis. Seuerius namq; illi achuc iudicandisunt, qui manus à persecutione prædicatorum continere non possunt. Vnde & subditur: **Rex autem cuius audisset, iratus est.** & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succedit.] Quę similitudo, si specialiter ad populum Iudæorum referatur, manifeste patet quia seruos dei contumelij fecerunt, quando (sicut ait liber Actuum apostolorum) ibant gaudentes discipuli à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Stephanum quoq; lapidauerunt, & Jacobum Iustum præcipitates de pinnaculo templi, occiderunt. Quod cum audisset rex, illis in malitia perseverantibus, mittens duos Romanorum principes cum exercitibus suis, Vespasianum scilicet & Titum, patrem utiq; & filium, perdidit homicidas illos: ciuitatem quoq; illorum, id est, præcipuam Ierusalē igne succenderunt, ita ut iuxta domini uocem, non sit relictus in ea lapis super lapidem. Si autem generaliter haec parabola ad omnes reprobos referatur, datur in intelligi quia fons solitum in animabus, sed etiam in cof-

poribus damnandi sunt, qui uerba invitantis dei audiuntur negligunt. Exercitus enim regis nostri, angelici sunt spiritus, unde dñs sabaoth, i.e. dñs exercitum dicitur. De quibus ait Daniel: Millia milliū ministrabat ei. & rel. Missis ergo exercitibus suis, perdidit homicidas illos, quia omne iudicium in hoībus per angelos suos impleturus est, sicut ipse ait in euāgelio: Mitemet filius hoīs angelos suos, & colligēt de regno eius om̄ia scandala, & mittent ea in caminū ignis ardētis. Ciuitas nanc̄ reprobor̄, propria sunt illorum corpora: quia sicut ad tēpus homo in ciuitate manet, ita anima inhabitat in corpore. Non solum ergo homicide perduntur, sed etiam ciuitas succeditur, quia usque ad iudicium reprobis in animabus, & post iudiciū etiā cum corporibus damnabūtur. Sed quia superius hūc regem dei omnipotens specie tenere diximus, queritur, quomodo iratus dicatur, cū in natura dei nulla ira, nulla mutabilitas cadat, teste Psalmista, q̄ ait: Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? Ad quod dicendum quia multis in locis scriptura sacra more nostro loquitur, ut occulta dei iudicia per uisibiles res intelligentur. Sicut em̄ rex terrenus iratus dicitur, quando in subiectis vindictam exercet, sic deus omnipotens illis iratus uidetur, quos iusto iudicio propter peccata dānat & punit: ceterum in sua natura semper immutabilis, semperq̄ tranquillus permanet. Cui per quandam sapientem dicitur: Tu autem domine sabaoth cum transapten. 2. quillitate iudicas, & cum magna reverentia disponis nos. Et per Prophetam: Ego sum deus, & nō mutor. Tunc ait seruus suis: Huius quidē parate sunt, sed qui in uitatierant, non fuerūt di-

gmi. **Ite ergo ad exitus viarum et quoscunq;
inuenieritis, vocate ad nuptias.** In his uerbis do-
mini manifeste Iudæorum repulso, & gentium uo-
catio designatur. In via enim quondam Iudæi stabat,
quando deum cœli cognoscētes, legalia præcepta ob-
seruabant. Sed domino ueniēte in carne, hi qui inua-
tari erant, non fuerunt digni, quia non credendo in
eum, quem promissum habebant, fecerunt se esse in-
dignos. Sed nunquid quia Iudæi uenire nolūt, locus
nuptiarum dei uacuus remanebit? Absit. Nam proti
nusserui ad gentium uocationem mittuntur, cū dici-
tur: [**Ite ergo ad exitus viarum.**] **D**e exitibus ergo
viarum gentilis populus uocatus est, qñ nullam dei
cognitionem habens, ab idolorum cultura ad credu-
litatem dei adductus est. Sed quia non ad sołos Iudæ
os hanc parabolam, sed ad nos pertinere credimus,
sicut vias actiones accipimus, sic exitus viarum defe-
ctus dicimus actionum. **S**unt enim nonnulli, qui nō
facile ad deum conuertuntur, nisi prius prosperitas hu-
ius seculi eis deficiat, sicut scriptum est: **E**t rātum mo **Isaie. 28,**
do uexatio intellectum dabit auditui. **E**t Psalmista:
Cum occideret eos, quærebant eum, &c. Frequenter
enim nonnulli diuinis flagellis percussi ad salutem re-
deut, q si in prosperitatibus seculi permanissent, uti-
que perirent, quibus per prophetam dicitur: **V**irga
& flagello castigaberis filia Sion, ut nō discedat zelus
meo à te. Tales significauit ille puer **A**malechites, de
quo in **R**egnorū libris legitur: quia **A**malechitis fugi-
entibus, infirmus in via remansit, quem **D**auid perse-
quens, **A**malechitas reperit, eisq; cibū & potū tribuit, at
que postea ducē sui itineris fecit. **A**malechites aut, q
lambēs populus interpretatur, mudi significat ama-

480 DOMINICA XXI.

tores, qui alienis diuitijs locupletari, & extraneis fa-
cilitatibus cupiunt augeri. Cumq[ue] nonnulli electi cū
talibus præsentis uitæ cursum communem ducere
desiderant, misericordissima dei bonitate, aut flagel-
lis atteruntur, aut paupertate attenuantur, aut aliqua
necessitate constringuntur, ut etiam nolentes ad de-
um conuerrantur. Tales non de uis, sed de exitibus
uiarum ad domini nuptias uocantur, quibus conu-
nit, quod per Osee prophetam dicitur: Ecce ego sepiā
uiam tuā spinis, & sepiā ea maceria: & sequeris ama-
tores tuos, & non apprehendes eos: quærēs, & nō in-
uenies eos, & dices: Reuertar ad uirum meum prio-
rem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. **Et**
egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes
quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nu-
ptiæ discubentium. In qbus uerbis manifeste ostēdit,
quia (sicut superius diximus) per has regis nuptias p-
sens ecclesia significatur. Ecce enī dicitur: Egressi ser-
ui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuene-
runt, malos & bonos. Boni nāq[ue] soli nusquam sunt,
nisi in cælo: mali soli nusquam, nisi in inferno. Præsens
autem ecclesia, quæ inter cælum & infernum cōsistit,
utriusq[ue] partis ciues recipit: quia multi per fidem in
ecclesiam intrant, qui per uitæ meritum in regnū cæ-
lorum minime intrare possunt, de qbus per prophe-
tam dicitur: Annunciaui & locutus sum, multiplicati
sunt super numerum. Nec mirum si reprobæ super
numerum multiplicantur, cum inter multitudinem
paleatum grana tritici saluātur, & rosa qua redolent,
inter spinas qua pungunt, nasci soleat. **Intrauit au-**
tem ret ut rideret discubentes. Discubere
in nuptijs, est fide in ecclesia gescere, sicut dominus

alibi ait: Multi uenient ab oriente & occidente, & re-
cumbent cū Abraam & Isaac & Iacob in regno cælo-
rum. Quotidie aut̄ iste rex ad suas nuptias intrat, qā
deus oīporens actus moresq; hoīm subtili examine
dījudicat, & qua intētione quisq; uiuat, pēsat: & si ali
quē bonis operibus uiderit esse adornatū, hūc q̄si spi-
ritalē conuiuā secū sedere & conuiuari gaudet, Solet
aut̄ cōtingere, ut talis in ecclesia inueniatur, qualis &
iste fuit, de quo adhuc subdit: Et vidit hominem
ibinon vestitum ueste nuptiali, & ait illi: A mīce,
quō huc intraſti, non habens uestē nuptialē?] Quæ-
riuntur aut̄ quæ sit uestis nuptialis, sine qua quisq; ec-
clesiā intrauerit, nō recipiet ad conuiuū, sed cum ma-
gno dedecore ejicietur. Vestem nuptialē nō recte fi-
dē intelligere possumus, qā sine illa ecclesiām intra-
re nō ualemus. Nā & baptismū uestē nuptialē nō acci-
pimus, qā sine illo ecclesiā nō intramus. Fidutialit̄ er-
go & absq; ulla cōtradictione, uestē nuptialē intelligi-
gamus charitatē, sine qua quisq; in vacuū ecclesiā in-
trat, etiā ſt̄ rectā fidē ſe habere ſimulat. Recte ergo ue-
ſtē nuptialē intelligimus charitatē, qā ſicut uestis du-
obus filiis teſt̄, ſuperiori & inferiori, ſic charitas duo
bus præceptis impletur, dilectione dei uidelices & p-
ximi. Filum ergo inferius, dilectionē proximi: filum
superius, dilectionē significat dei. Minus em̄ quā in-
ter duos haberit charitas nō potest, qā nec uere diliḡ
mus deū ſine proximo, nec uere proximū ſine deo di-
ligere poſſumus. Vñ inter cætera ornamēta in ueste
ponſificis cooccus bis tinctus ponit p̄cipitur, ut ſcili-
cet in nostro bono opere charitas geminetur, ut dili-
gamus deū toto corde, tota anima, tota mente, & p-
ximos ſicut noſmetipſos, ſicut Iohannes apostolus

Hec eū in
dictio legā
tur. videſ
ubefſe mē
dū, tāerſ
archety
pa concor
dēt.

482 DOMINICA XXI.

ait: Filioli, hoc mandatum habemus a deo, ut quod diligimus deum, diligat & fratrem suum. Et quod dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit, medax est. Vel certe aliter pueris nuptialibus recte caritas figuratur, quia sicut uestis plurimis filiis contexitur, sic caritas diuersis virtutibus adornatur. Ex ipsa enim nascitur prudenter, elemosynarum largitas, hospitalitas, inimici dilectio, & cetera his similia. Si quis uult scire quibus filiis uestis caritatis contexit, legat Paulum apostolum. Qui cum dixisset: Si linguis hominum loquar & angelorum, & si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & oculum scientiam, & habuero oculum fidem, ira ut montes transferatur, & si distribuero oculis facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem aut non habuero, nihil mihi prodest: continuo eiusdem caritatis membra enumerauit, dicens: Caritas patiens est, benigna est, non emulatur, non agit perpera, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet, caritas nunquam excidit. Si uel aliter recte caritas uestis nuptialis est, quia sicut uestis non solum nuditates corporum operit, sed etiam decorum tribuit, sic caritas non solum ceteras virtutes generat, uel multitudinem peccatorum operit, sed etiam ornat, domino dicente: Omnes habenti dabitur, & ab omnibus dabit: ei autem qui non habet, & quod uidetur habere, auferetur ab eo. Et apostolus: Nunc maneat fides, spes, caritas. Mirum autem quoniam amicum uocat, quem cum tanta confusione a conuiuio repudiat. Ad quod dicendum, quia tropice loquens, per antiphrasin, id est, proportionem amicum appellat, qui non meretur diligere.

POST PENTECOSTEN

489

Acti diceret: **A**mice, & non amice. **A**mice perfidem:
sed non amice, per operationem. **A**mice, quia ad nu-
prias uenisti: sed non amice, quia uestem nuptiale nō
attulisti. **A**t ille obmutuit. Increpatus à rege is, qui
sine ueste nuptiali nuptias intrauerat, obmuuit: q̄a
in illa discussione districti examinis, nec fugiēdi, nec
mētiendi, nec cuiquam se occultandi locus erit, quā-
do non solum dei præsentia, & angelorum atq; san-
ctorum multitudo testis erit, sed etiam ipsa consciencie
peccatrix se metipsam, cur peccauerit, accusabit, te-
ste beato Iob, qui ait: **E**t terra aduersum me clamat.
Vnde in persona Iudeæ proditoris, siue cuiuslibet im-
pij dicitur: **R**euelabunt cali iniuratem eius, & terra
aduersus eum cōsurget, & manifestum erit peccatum
illius in die furoris dñi. **H**anc quippe distinctionē cō-
siderabat Propheta, cū dicebat: **N**eque ab oriente, ne
que ab occidente, neq; à desertis montibus, subaudit
locus fugiendi erit, qm̄ deus iudex est. **Q**uid aut post
hac sequatur, manifestatur cū subditur: **L**igatis pe-
dibus & manibus, mittite eū in tenebras ete-
riores. **S**i quis aut uult scire, quibus funiculis pecca-
torū manus & pedes ligent in poena, **S**alomon mani-
festat, cum ait: **F**uniculis peccatorum suorum unusq;
q; constringetur. **E**t **P**salmista de ipsis loquitur: **F**unes
peccatorum circoplexi sunt me. **F**unis em̄ torquen-
do componitur, ut longior efficiatur: & quicunq; pec-
catis peccata addunt, quasi funem faciunt, q; in poena
ligentur, **Q**uibus **I**saías terribiliter clamat: **V**er q; tra-
hitis iniuratem in funiculis uanitatis, & quasi funi-
culum plaustri peccatu. **M**inistri isti immundi sive
spiritus intelligendi, de quibus per **P**salmistam dicit
Innissioes per angelos malos. **L**igatio pedū, uitia &

HH ii

peccata significat. Quisquis autem hic ligatas habet manus vel pedes, ne bonum operetur, ne uia mandatorum dei currat, necesse est, ut illic ligatas habeat manus vel pedes: & quod undique se dilatauit in malo opere, undique contingatur in retributione vindictae. Digne uero peccatoris manus & pedes ligantur in pena, quod hic habuit solutos ad culpam. Cum tenebrae semper sint interiores, & nuncquam exteriores, cur iste in tenebras exteriores mitti dicit? Ad quod dicendum, quod tenebrae interiores, cæcitas est mentis: exteriores uero, pena infernalis. Iustum igitur est, ut post mortem in exteriores tenebras mittatur, qui dum uiueret, in interioribus tenebris, id est in cæcitate mentis se conclusit. Quid autem ibi missus patiatur, manifestatur cum subinfertur: **I**bierit fletus & stridor dentium. Vbi per nomina membrorum, qualitas ostenditur tormentorum. Atriori enim fumo oculi tactilachrymari solent, & nimio frigore dentes stridescere. Cum ergo dicit, ibi erit fletus & stridor dentium, datur intelligi, quia reprobi aeterno supplicio damnati, & frigus inæstimabile & calorem intolerabilem sustinebunt, beato Iob teste, qui ait: **A**caciore nimio transibunt ad aquas niuum. Vbi etiam considerandum, quia non solum sanctorum corpora, sed etiam reproborum in iudicio resurrectura monstratur. Unde per beatum Iob alibi dicitur: Credo quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea uidebo deum. Oculi enim carnei sunt, & dentes ex ossibus: igitur cum dicit, ibi erit fletus & stridor dentium, ostendit corpora reproborum, quæ constat ex carne & ossibus, ueraciter esse resurrectura: ut qui in carne & anima peccauerunt, in carne & anima pariter puniantur. Quod autem mair,

Dultiemm sunt vocati, pauci vero electi, magis sumendum est quam exponendum. Quod enim omnes uocati sumus, nouimus: utrum autem ad electorum sortem pertineamus, adhuc ignoramus. Tanto ergo solliciti esse debemus in bono opere, quanto inexcusabiles nos esse scimus deuocatione, ut non cum multis reprobis audiamus: **I**te maledicti in igne arternum, sed cum electis audire mereamur: **V**enite bene dicti patris mei, possidete paratū uobis regnū à cōstitutione mundi. **Q**uod ipse præstare dignet, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

SECONDA DOMINICA VIGE-
sim secūda post Pentecost. Iohan. IIII.

In illo tempore Erat quidā regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Et reliqua.



Aliquoties continere solet, ut non nulli à qlirate mentis, quam habent interius, noia fortiant exterius, sicut Simō dictus est Petrus, ob firmatatem fidei, eo qd firmę petræ inhæserit. & filii Zebedei Boanerges, i. filii tonitrui, sunt uocati, quae spiritali cęlo intonituri erat: In principio erat uer-
HH iii

bum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum.
Et Iudas Zelotes dictus est, eo ꝑ zelo amoris dei plu-
 rimū ferueret. **S**ic ergo & iste regulus fortassis à qual-
 tate mentis, quam habebat interius, nomen traxit ex-
 terius. **R**egulus enim diminutiu[m] nomē est à rege,
 quasi dicatur sub rege primus, uel parvus rex. **E**t ideo
 quia ex parte credebat, & ex parte non credebat, non
 rex, sed regulus meruit appellari. **S**ed quod nos uer-
 bis de illo dicimus, hoc ipse de se operibus cōprobat.
Nam subditur, **D**ic cū audisset quia Iesus ad
ueniret a Iudea in Galileam, abiit ad eum, &
rogabat eum ut descēderet & sanaret filium eius. In-
cipiebat enim mori.] Quae omnia iuxta literā ita ma-
 nifestata sunt, ut expositione non indigeant. **H**oc tan-
 tummodo mirum uidetur, quare is qui pro filio ro-
 gatur uenerat, à domino audiuit: **N**isi signa et
 prodigia videritis, non creditis, cum utique ni-
 si credidisset, nequaquam pro sanitate filij rogatus
 ad dñm accessisset. **A**d quod dicendū quia credebat,
 & non credebat. **C**redebat ꝑ dominus per præsentia-
 m corporalē salutem filio suo restituere posset, sed
 non credebat eum per diuinitatē ubiq[ue] esse præsentē,
 cuius tā solite corporalem aduentū requirebat, di-
 cens: **D**omine, descendē p[ro]insquā moriatur fi-
 lius meus. **Q**ui ergo credebat, rogatus, ꝑ filio
 accessit, sed quia nō pfecte credebat, audire meruit:
 [**N**isi signa & prodigia videritis, nō credis.] **F**ides em̄
 augmentū habet, sicut apostoli dñō dixerūt: Dñe, au-
 ge nobis fidem. **E**t centurio ille, qui pro puero lunati
 corogatus uenerat, cū audisset à dñō, Credis, omnia
 possibilia credenti, rei p[ro]dicit: **C**redo dñe, adiuua incre-
 dilitatē meam. **I**nter signa aut& prodigia hoc inter-

est, q̄ signa dicuntur miracula insolita: prodigia uero ea dicuntur, quæ cū præstantialiter mira sunt, etiā in futuro aliquid præmonstrat. Vnde prodigium dictum est, quasi porro digum. Sed in hac lectione nostra superbia confunditur, si eā cum alia cōferamus. Legimus enim in euangelio Matthæi, quia cū introiijster Iesus in Capharnaū, accessit ad eum centurio, rogans eū, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquei. Et ait illi Iesus: Ego ueniam & curabo eū. Quis enim ignorat regulū maioris esse potestatis, quā centurionē? Et quid est quod dominus ad filiū reguli rogatus ire noluit, & ad seruū cēturionis etiā nō rogatus ire paratus fuit? Nimirum nostra superbia (ut diximus) confunditur, q̄ in hoībus nō naturā, qua ad imaginem dei facti sunt, sed potentiam consideramus. Quos em̄ potentes cernimus, honoramus: & quos meruimus, ueneramur: pauperes autē contemnimus, despiciimus & negligimus. E contra filius dei, q̄ de cælo descēdit in terras, & ad filiū reguli rogatus ire noluit, & ad seruū centurionis, etiā cū nō rogaretur, ire paratus fuit. Quia sicut Petrus de eo ueracissime testatur, non est personarum acceptor deus, sed in omni gente, qui opera iustitiā, acceptus est illi. Imitemur ergo & nos caput nostrum, & quem plus deum amare uiderimus, illū studiosius diligamus. Et hæc dicentes, non prohibemus honorare potentes, maxime cum Petrus apostolus dicit: Deū timete, regē honorificate. Sed sicut illorum ueneramur potentia, sic pauperes supplere debemus indigentia, ut in ecclesia dei unicuiq̄ cōgrauis honor exhibeat. Sed quia increpatio pijs mētibus mulcum prodesse solet, post q̄ regulus à domino in-

crepat⁹ audiuit: Vade, filius tuus uiuit. Credit homo sermōi quem dicit ei Iesus, et ibat. Vnde fides protinus effectum consecuta est. Já quem eo descendente, serui occurrerūt ei, et nunclauerūt dicentes quia filius eius uiueret.

Ex eo ergo, quod superius iste regulus domino dixit, [Descende priusquam moriatur filius meus,] & hic dicitur, [Nam autem eo descendēte,] datur intellegi, quia Capharnaū in ualle erat sisā, quæ uallis pinguis, siue uilla pulcherrima interpretatur. At ille uolens scire utrum ea hora sanicas esset redditā filio, in qua audierat à domino, Filius tuus uiuit. Interrogauit horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dicerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Pulchre autem hora septima filius reguli sanatur, q[uia] septē sunt dona spiritus sancti, cuius gratia & uirtute, non solum remissio peccatorū, sed etiā uirtus & sanitas tribuitur, Apostolo teste q[ua]it: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum, q[uia] datus est nobis. Siue certa hora septima filius reguli sanatus est, ut intelligamus q[uia] in presenti uita qua per septem dies uoluitur, salutē anime nostrae bene operando querere debemus. Cognovit ergo pater quia illa hora esset, in qua dixit ei Iesus: Filius tu⁹ uiuit. & credidit ipse, & domus eius tota. In multis locis euangelij promptior fides gentium ad credendū ostendit, quam ludeorū, ipso dño de ceturione dicente: Amen dico uobis, nō inueni tantam fidem in Israel. Legimus paulo superius, eodē euagelistā Iohanne narrāte, quia cū mulier Samaritana au disset à dño omnia qua fecit, abiit in ciuitatē, & dixit ilis omnibus: Venite & uidete hominē, qui dixit mihi

POST PENTECOSTEN 489

omnia quæcunq; feci. Nunquid ipse est Christus? cū uenissent ergo ad illū Samaritani, rogauerūt eum ut ibi maneret. Et m̄ansit ibi duos dies, & multo plures crediderunt propter sermonē eius. Et mulieri dicebant: quia iam nō propter tuā loquela m̄ credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic ē uere saluator mundi. ibi em̄ sine ostensione miraculi tota ciuitas credidit, hic cum magnum signū ostensum esset, ipse pater tantum credidit, & domus eius tota.

DOMINICA XXIII.

post Pentecosten. Matt. XVIII.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum homini regi, qui uoluit rationē posse cum seruis suis. Et reliqua

Virtus & sapientia dei dñs Iesus Christus, humanae ignorantiae cōdescendens, frequenter suis sanctis sermonib; similitudines dignatus est adiungere, ut quod per similitudinem sermonū audientes capere non poterant, saltē per parabolas & figurās tenerent. Vñ sicut alibi Matthæus ait, Loquebatur Iesus cum discipulis in parabolis, & sine parabolis non loquebatur eis, ut adimpleretur quod per prophetam dicitur: Aperiā in parabolis os meū, loquar propositiones ab initio. Quod in hac lectione cum fecisse cognouiimus, si diligenter superiora huīus euangelij consideremus. Cum em̄ præceptum dimittendis fratribus in nobis peccantibus dedisset, ne dura hæc uiderentur & aspera, adiecit similitudinem re regi, qui debitoris suo decem millia talēta ad unā

psalm. 77

490 **DOMINICA XXIII.**

supplicationem dimisit. Spiritualiter hō iste rex dominus Iesus Christus est, de quo scriptum est: Ecce ueniet deus & homo de domo David, qui est rex regū & dñs dominantium, & cuius regni non erit finis. Huius regis serui homines sunt, quos ad sibi seruendum, sc̄q; laudandum ad suam imaginem condidit, quibus etiam sensum & intelligentiā præbuit. Huic regi seruire, summa est libertas: ab eius seruio recedere, turpissima seruitus. Huius seruū se gloriabatur Psalmista, cū dicebat: Ego seruus tuus & filius ancilla tuę. Et iterum: Seruus tuus ego sum, da mihi intellectum domine. Ponit autē rex rationem cū seruis suis, quia non solum opera, sed etiā cogitationes nostras eius maiestatis oculus subtiliter examinat atq; discernit. Sed eo rationē ponente, solet cōtingere ut inueniantur plures qui non solum in minoribus peccatis, sed etiam in maioribus criminibus sunt obligati. Quorū speciem tenet iste, de quo subdatur: Et cū cœpisset rationē ponere, oblatus est ei unus qui debebat decem millia talenta. Talentū in scripturis aliquoties peccatum significat, uel pōdus, siue multitudinem peccatorum, sicut in Zacharia legitur: Vidi, & ecce talentū plumbi portabatur, & proiecit illud in medium amphoræ, & dixit: Hæc est impietas, sicut enim talentum diuersis modis ponderatur, sic peccatorum species diuersæ sunt. Qui enim homicidium, adulterium, sacrilegium, & cætera his similia perpetrat, quasi decem millia talēta debebat. Cū autem nō haberet unde redderet, iussit eum dominus venundari tyrorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Non habebat seruus unde redderet debitum, quia digne pro peccatis

POST PENTECOSTEN

491

deo satis facere non potest per proprium meritum,
Siue certe nō habet seruus unde debitum reddat, qā
pctōr in die iudicij nullā excusationē pro pctis suis in
veniet. Sed qā deus misericors, nēc uult pctōres peri
re perpetuo, iubet seruum uenundari. cum peccato
rem p̄ p̄nitētiam p̄cipit immutari. In uenūdatio
neēm hoc agit, ut alterius res ad alterius trāseat pos
sessionē. Et tūc spiritualiter seruus uenūdat, quādo pec
cator de possētiōe diaboli, per p̄nitentiā ad possē
tionē cōuertit dei. Venūdatur q̄q̄ uxor & filij, cum ca
ro, qua peccatis fuit subdita & cogitationes carnales
in seruicio dei immutat. Et q̄ seruuit immunditę &
iniquitatē ad iniūitatem, seruiat iustitia in sanctific
ationem, & pro superbia humilitatem, pro luxuria
castitatem, pro auaritia diligat largitatē. Et qui an
te procreauerat filios diaboli male uiuendo, incipi
at procreare filios dei bene uiuēdo. Ergo per uxore,
propriam carnem intelligere possumus: per filios, ui
ua & peccata. Vel certe aliter: Venūdat seruus, cū
peccatori imp̄nitentiā eternum comminatur sup
plicium, & declinare à malo, & facere bonum ei p̄c
p̄cipitur. Venūdatur quoque uxor & filij, quādo nō
solum animæ pro peccatis, sed etiam carni peccatrī
ci pena æterni cruciatus p̄dicitur. Quod cum au
dierit seruus, frequenter post peccatū timore concu
titur ad p̄nitēdum, qui pro amore dei noluit caue
re peccatum. Vnde & su bditur: [Procidens autem
seruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in
me, & om̄ia reddam tibi.] Procidit autē seruus ante
deum, cum peccator suam fragilitatē recognoscens,
humiliter ueniam postulat, dicens cū propheta: Quo
niam iniūitatem meam ego cognosco, & peccatū

492 DOMINICA XXIII.

meum cōtra me est semper. **T**ibi soli peccavi, & malum corā te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris. **R**ogat quoq; patientiam, ut dignam posset exhibere p̄enitentiā, quatenus præsentis uitæ dies ad inducias p̄enitendi accipiat: &c dīm. **A**póstolū, per patientiā dei ad p̄enitentiā cōuertat. **Q**uantum aut̄ misericors deus erga p̄tōres conuersos existat, manifestatur cū subdit: **D**isertus aut̄ **dñs seruū illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.** Ecce em̄ nō solum patientiā, quam rogauerat, inuenit, sed etiā debiti absolutionē accepit. **Q**uiā diuina clementia semper maiora consuevit præstare, quā humana fragilitas sciat rogare. **N**emo ergo de magnitudine uel multitudine p̄tōrum dissidere debet, ac de ipsa desperare, cum ille qui decem millia talenta debebat, & patientiam rogaret ut redderet, omnīa à dñō impetravit. **A**mat em̄ deus peccatores post conuersionem, si dignā faciant satisfactionem. **Q**uiā sicut ipse dicit per prophetā, non uult mortem peccatoris, sed ut cōuertatur & uiuat. **E**t iterū: Peccator quacunq; die conuersus fuerit, &c. **E**t sicut pius redemptor in euangelio ait: **Q**uiā nō ueni uocare iustos, sed peccatores. **E**t gaudiū est in cælo super uno peccatore p̄enitentiā agente, quā supra nonaginta nouem iustis, qui non indigent p̄enitētia. **V**num autē summopere necessariū est p̄enitētibus, ut sicut sibi sua à deo dimitti uolunt peccata, ita fratribus in se peccantibus clemēter ignoscant. Sunt em̄ nōnulli qui cū deum erga se benignū esse desiderāt, fratribus duri, asperi & amari existunt. **Q**uorū similitudinē uidetur iste tenere, de quo subdit: **[E]t egressus seruus ille, inuenit unū de conseruis suis, qui debebat ei cen-**

tum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens: Rede quod debes. Egreditur seruus, qñ liber abire permittitur. Suffocationem supradictā tribulatiōes & angustias, quas ei ingerebat, intelligere possumus. Spiritualiter, unusquisq; nostrū exiens, inuenit unum de conseruis suis debentem sibi cētum denarios, qñ reminiscitur se ab alio esse lāsum. **D**rocidens aut̄ seruus ille, rogabat eum, dicens: Patientia habe in me, & omnia reddā tibi. Isdem ergo uerbis, quibus dñm supplicauerat à conseruo rogarus est, sed nō tamē misericordiam conseruo exhibuit, quamē à dño acceperat. **V**nde & subditur: [Ille aut̄ noluit, sed abiit & misit eum in carcerē, donec redde ret debitum.] **M**ali autē retributio, carceris conclusione, uel suffocatiōe designat. Igitur carcer in hoc loco afflictio, qua eum coartabat, intelligitur. **D**ebitum in scripturis p̄t̄m uocari, ex eo intelligimus, qđ quotidie in oratiōe poscimus, dicentes: Dimitte nob̄s debita nostra. **V**nde in lege præcipitur: Debitum debet tibi quispiam frater tuus, si abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. **O**mnis em̄ homo debtor est & debitorē haber. **Q**uis em̄ est, q; non sit debtor dei, cum nullus sit sine p̄t̄ō? **E**t quis est, qui debitorē non habeat fratrē suum, nisi ille, in quem nullus peccauit? **Q**uantū autē inter decē milia talēta, & centū denarios distat, tāto maiora sunt quae in deū committimus, quām ea que frēs in nobis peccant. **E**a ergo benignitate fratribus in nobis peccātibus minora dimittere debemus, qua maiora nob̄s à deo dimitti optamus. **Q**uod melius agnoscimus, si superiorē dñi admonitionē, ex qua hāc simili tuto orta est, consideremus. **C**um em̄ superius præ-

494 **DOMINICA XXIII.**

ciperet, dicens: **Si** peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum, & carera quæ sequuntur: interrogauit eū Petrus, dicens: **Domine,** quoties peccabit in te frater meus, & dimittam ei? usq; septies: **Ait** illi Iesus: **N**on dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies. Ex qua interrogatione & respōsione hoc discimus, quia si toties peccauerit in nobis frater n̄s, quoties humana fragilitas in die pēcare non sinit, semper parati esse debemus ad ignoscendum. **Sed** dicet aliquis, peccauit in me frater meus, dimisi ei usq; septuagies septies, nūquid amplius dimittere debeo, quām à Christo praeceptum est? **Cui** respōdere debemus, quia et si septuagies octies, et si centies, & quoties omnino peccauerit, semper dimittendum est. Quia sicut à dño non ex parte, sed ex integrō nostra uolumus dimittri peccata: sic ex toto corde fratribus in nobis peccantibus dimittere debemus, monēte Paulo apostolo: **D**onate uobis omnia inuicem, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & in Christo donauit uobis. Numerus em̄ iste non pro quātitate, sed pro mysterio à domino positus est. Huius numeri sacramentū Lucas euāgelista ostendere curauit, cum humanæ generationis Christi ordinem describens, septuaginta septem generatiōes enumerauit. Cum em̄ Matthæus ab Abraā incipiens, usq; ad Christum descendendo, quadraginta duas generatiōes enumerasseret, è cōtra Lucas à Christo ascēdendo usq; ad primū hoīem **A**dā describens septuaginta septē gñatiōes enumerauit, ut intelligamus, septuagies nō ad quātitatē numeri, sed ad peccatū prīnere. **A** Christo ergo usq; **A**dā septuagira septē generatiōes numerātur, quia illud peccatū quod pri-

mushomo in paradiso perpetrauit, per septuaginta
septē generationes usq; ad Christū, q; sine peccato ue-
nit, uiguit. Vnde bene idē Lucas à baptismate Chri-
sti numerare cōcepit, quia oīa peccata in baptismo ab-
soluitur. Quod mystice Lamech suis uerbis oñdit,
qñ uxoribus suis ait: Septuplū ultio dabit de Cain,
de Lamech uero septuagies septies. Nā quantum ad
literā p̄tinet, septuagies septies de Cain ultio data ē,
quia vindictā, quam pro fratribus morte promeruit.
usq; ad septimam ḡnitionem in ipso pertulit. De La-
mech uero septuagies septies ultio data est, quia se-
ptuaginta septē animæ de semore eius egressæ sunt,
q; oēs diluvio perierūt. Spiritualiter uero de Lamech
septuagies septies ultio data ē, quia p̄ctm, qd primus
homo peccauit, ut diximus, per septuaginta septem
generationes usq; ad Christi aduentum uiguit. Vnde
bene idem Lamech percutiens, siue percussus inter-
pretatur, quia primus hō percussus est uulnere pecca-
ti, & oñmē suam stirpem eodem uulnere percussit.
Hec diximus, ut ostēderemus septuagies septies, nō
ad quantitatē numeri, sed ad peccatum pertinere.
Omnia ergo, quæ fratres in nobis peccare possunt, di-
mittere iussit, quando septuagies septies fratribus in
nobis peccantibus indulgere præcepit. Regulam er-
go dimittendi in nobis ipsis discamus, ut sicut deum
post peccatū uolumus inuenire propitium, sic in no-
bis peccantibus clementes & benignissimus, ipso sal-
uatorē monente: Cum stabitis ad orandum, dimitti-
te si quid habetis aduersus aliquē, ut & pater uester
qui in cælis est, dimittat uobis peccata uestra. Nam
q; diuini beneficij oblitus, suas uult uindicare iniuri-
as, non solum de futuris peccatis, ueniam non mere-

496 **D**OMINICA XXIII.

bitur, sed etiā præterita peccata, quæ sibi dimissa cre debat, ad vindictam ei replicabuntur. Vnde & subditur: **V**identes ergo conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde, & uenerunt, & narrauerunt omnia dño suo quæ facta fuerat.] Conserui, qui hæc uidentes dño nūciant, angelis sunt, qui opera nostra die nocturna factori nostro nunciare creduntur, sicut angelus ad Thobiam ait: Dū oraretis, ego obtuli orationes uestras ante deū. Qui pro eo cōserui dicuntur, quia nostris humilitatibus ministrant, sicut Apostolus ait: Sunt administratori spūs, in ministeriis missi propter eos, qui hæreditatē capiunt salutis. Contristati aurē dicuntur, quia sicut gaudent sub bene agentes, sic dolere dicuntur super male agentes. Siue aliter, conserui qui hæc dño nūciant, doctores & magistri ecclesie intelliguntur, qui uidentes minores à maioribus opprimi uel affligi, cōpatiunt eis: & dum eis condolent, quasi per affectum mentis omnia hæc dño nunciant. **T**unc vocauit illū dñs suus, et ait illi: Serue nequam, omne debitū dimisi tibi, qm̄ rogasti me. Nōne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?] Ecce quale pœnā merebitur, qui suas uult vindicare iniurias. Ait enim: Serue nequā &c. At si diceret: Serue male, ingrate serue, cū ad unam petitionē omne debitū tibi dimiserim, quare nō considerasti, quia oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum. Et iratus dñs eius, tradidit eum tortoribus, quo ad usq; redderet yniuersum debitum. Quæritur, quod cīns iratus dicat, cū in natura dei nulla ira, nulla mutabilitas cadat, teste Psalmista, qui ait: Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid

POST PENTECOSTEN 497

frascitur per singulos dies: Ad quod dicendum quia
multis in locis scriptura sacra more nostro loquitur,
ut occulta dei iudicia per uisibiles res intelligentur.
Sicut enim terrenus rex iratus dicitur, quādo in sub-
iectis uindictā exercet, sic deus omnipotens illis ira-
tus uidetur, quos iusto iudicio propter pētā damnat
& punit, ceterum in sua natura semper immutabilis
semperq; tranquillus permanet, cui per quendā sapi-
entem dicitur: Tu autē domine sabaoth cum tranquil-
itate iudicas, & cum magna reuerētia disponis nos.
Sapi.12:5
Tortores, quibus ingratus seruus traditur, immūdi
sunt spiritus, de quibus scriptum est: Immisiones p
per angelos malos: qui grauiter à nobis exigunt, qd
blande & leniter persuaderunt. Ipsos enim peccator
tortores habet in pena, quos habuit susores ad cul-
pam. Quod autē dicitur, Quoadusq; reddere
universum debitum, finitum aduerbiū pro
infinite tempore posuit: quoniam reprobi ēterno sup-
picio damnati sic quotidie debitu peccati in pena
exoluunt, ut tamen penas cruciatus nunquam eis
deficiat, domino alibi dicente: Amen dico uobis: Nō
exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.
Non ergo ita est accipiendum, quod post uniuersale
iudicium uindicta peccatorū peracta, reprobi ueniā
cōsequi possint, licet Origenistæ testentur, quorum
sententia non est sequēda: quia postquam semel da-
mnati fuerint, ueniam non consequentur. Exponēs
dominus quod in simili uidinē præmiserat, adiun-
xit dicens: Sic et pater meus caelestis faciet
yobis, si nō remitteritis yhusquiq; fratri suo
de cordibus vestris. In quibus uerbis ostēditur,
quia (sic ut superius diximus) qui fratribus in se pec-

398 **D**OMINICA XXIII.

cantibus dimittere non uult, etiam illa peccata, quæ sibi dimissa credebat, ad uindictam ei replicabuntur.
Et quia deus inspecto^r est cordis, signanter dicitur, [de cordibus uestris.] Sunt enim nonnulli, qui cum ab alijs læsi fuerint, ore dimittere uidentur, sed corde iniurias reseruāt, quod ideo faciunt, quia ab alijs coguntur ut dimitrāt: aut certe defendere nō se præualent ab his, à quibus læsi sunt, uel certe tempus uindi candi aptum expectat, de quibus per prophetam di

Teremi. 9 citur: Ore pacem cum amico suo loquitur, & occul te ponit ei insidias. sed isti tales, qualem uindictam percipiāt, Psalmista declarat, dicens: Qui loquuntur pacē cū proximo suo, mala aūt in cordibus eorum. Et iterum: Da illis secundum opera eorū, & secundū opera manuum eorum tribue illis. Quorum patientia non præmīum accipiet uituris, quia uelamentū est furoris. Nihil ergo prodest ore dimittere, q[uod] uult iracundiam corde seruare. Propter hoc, cum dixisset dominus, [Sic & pater meus cælestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq[ue] fratri suo,] adiūxit, [de cordibus uestris.]

SODOMINICA XXIII.
post Pentecosten, Matth. XXII.

In illo tempore Abeuntes pharisaⁱ consilium inierūt, ut caperent Iesum in sermone. Et reliqua

A B eo tempore quo totius mudi monarchia sub unius hoīs principatu redacta est, aperte pacem & concordia seruandā in populis, sta

tutum est, ut unusquisq; cēsum capitis sui redderet.
Cuius rei testis est **Lucas euangelista**, qui tēpore quo
dīs & saluator nōs er natus est, hāc legē in populum
Iudeorū allatam descriptis, dicens: **E**xist̄ edictū à **Cæ-
sare Augusto**, ut describeret uniuersus orbis. **S**uper
hanc rē aut̄ **Cesar Augustus Herodē Antiparri** filiū
Iudæis p̄fecit, ut & tributa exigeret, & Romano pare-
ret imperio. **E**rgo prædicante dño & saluatore n̄o,
cōtinuo magna inter ludeos nata q̄uestio fuerat, p̄-
pter redditioem cēsus, alijs dicētibus, p̄ securitate &
quiete, quia Romani principes pro eis militarēt, de-
bere tributa solvi, è contra scribis & phariseis dicēti-
bus, nō debere populu dei humanis legibus esse sub-
iectum, maxime cū decimas & primicias & sp̄otane-
as oblationes deo offerret. **E**t quia scribæ & pharisei
(ut s̄epe diximus) ad hoc dñm sequebātur, ut eū uel
in opere, uel in sermōe reprehēdere possent, sub hac
occasione consiliū ineuntes, [mitiūt ei discipulos su-
os cū Herodianis, dicētes: **M**agister, scimus q̄a uerax
es, & niā dei in ueritate doces, & non est tibi cura de
aliquo. **N**on em respicis personā hoīm. **D**ic ergo no-
bis, quid tibi uidetur? licet cēsum dare C̄esari, an nō?
Quod ideo interrogabant, ut dum unum ex eis qđ-
libet affirmarer, aut illorū, aut istorum odium incur-
reret. **V**t scilicet, si diceret [licet,] reprehenderetur
ab alijs, qui censum dare nolabant, uel uideretur esse
contrarius legi dei. **S**i uero diceret [nō licet,] quasi
q̄ rebellionē contra C̄esarē mouere cogitarer, à mi-
nistris Herodis cōprehensus teneretur. **H**erodianos
aut̄ uel ministros Herodis uocar, qui publice uecti-
galia exigebant: uel certe illos, quos scribæ & phari-
sei, quia spōnte Herodi tributa soluerent, illudentes.

Herodianos uocabant. Et quia (ut dñs ait) scriba & pharisæi similes erant sepulchris dealbatis, blandam & fraudulentam interrogationē præmittebant, ei dicentes: [Magister, scimus quia uerax es & uiam dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personā hominum.] Proprium est enim illorum, qui alios fraude decipere conantur, ut prius mentem audiētis adulatio[n]ibus demulceant, ut blādimentis prouocatus, non quod uerum est respondeat, sed quod illi, q[ui] interrogat, placere probauerit. Quod uero illi fraudulenter de dño dicebāt, nos firmi & immobili fide credere debemus, illum scilicet uerum ac singularem esse magistrum, à quo procedit omnis sapientia, & cū quo fuit semper & est ante ænum, qui ait in euāgeliō: **V**os uocatis me, magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Et iterū: Nec uocemini magistri, q[ui]a magister uester unus est Christus. Ipse autē uerax est, quia (ut ait scriptura) omnis homo mendax, qui ait in euangelio: Ego sum uia, ueritas & uita. Viam quoq[ue] dei in ueritate docuit, quia nec fecellit aliquē, nec falli ab aliquo potuit, quoniam seruantibus quæ præcepit, ueraciter dabit quod promisit. Non etiam respicit personam hominum, quia nec propter paupertatem aliquem abiicit, nec propter diuitias aliquem eligit, sed quem in suo seruicio uiderit deuotiorē, ipsum efficit sanctiorem. De quo ueracissime Petrus apostolus dicit: In ueritate compéri, quoniam nō est personarum acceptor deus, sed in omni gente, qui operatur iustitiam, acceptus est ille. Cæsarem autem, nō Augustum, sed Tiberium successorem eius, sub quo passus est dominus, intelligere debemus. Omnes enim imperatores Romanorū

POST PENTECOSTEN

50.

Caſares appellabatur, à primo Caio Cæſare, qui ob duas cauſas Cæſar est nuncupatus, uel quia cæſo uentre matris exiſt, uel quia cum cæſarie capitis. i. cū capiliſſeſt natus. Lognita autē Iesuſ nequitia eoſū, dicit: Quid me temtatis hypocritæ. Sapiētia ſemper ſapiēter agit. Et primum cogitationes tentatorum denudauit, ut ſic ſaltē in eo cogerent cognoscere diuinitatem. Quoniam proprium eſt deo cogitationes hominū intueri, ſcriptura teſte, quia ait: Quæ ſunt in corde hoīis, oculi tui uidēt dene. Et recte temtatores ſuos hypocritarū appellatiōe redarguit, quia aliud ore proferebāt, & aliud in corde retinebāt. Hypocrita em gr̄ce, latine ſimulator dicitur. Quo noīe recte illi conſent, quia aliud ſeruāt interius, & aliud oſtentat exteriū. Quales erāt iſti, quia cū dene dicerent, [Ma]gister, ſcimus quia uerax eſt, Ieū capere cogitabāt in fermone. Quibus adhuc dicit: Oſtendite mihi noīe multa confusione. Nomisma ē (ut lſidorus dicit) ſolidus aureus, uel argēteus, ſiuē æreus. Dicit em nomisma, quia noībus principiū effigies signabat. At illi obtulerūt ei denariū. Denarius genus erat numi, qui pro decem nummis imputabatur, & habebat imaginē Cæſaris expressam nomēs superscriptū. Et ait ille: Luius eſt imago hec & superscriptio? Dicit ei: Cæſaris. No ex ignoratiā interrogatio ſaluatoris deſcēdit, maxime cū manifeſte pateret, cuius eſſet expreſſa imago in nummo, ſed tentatores ſuos interrogauit, ut illis cuius eſſet imago respondentibus, rationabiliter & abſque reprehēſiōe, quæ dei deo, & qua Cæſaris, Cæſari reddenda eſſe doceret. Vnde & ſubdit: Et ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari & quæ ſunt dei, deo. Aci di-

II ij

ceret. Reddite ergo quæ sunt Cæsar, Cæsari, id est, tributum, uectigal & censum. Et quæ sunt dei deo, i. decimas, primitias & spontaneas oblationes. Vnde subtiliter considerandum, quia sicut Cæsar imaginis suæ censum à sibi subditis exigebat, sic deus omnipotens imaginis suæ figuram à nobis exacturus est. In denario quippe imago regis exprimebatur, hō autē secundum interiorem hoīem, ad imaginem & similitudinem dei factus est, ipso dñ o dicente. Faciamus hoīem ad imaginē & similitudinē nostrā. Huius imaginis figurā in se expressam nouerat, qui dicebat: Signatum est super nos lumen uultis tui dñe. Quēadmodum ergo Cæsar denariū, in quo imago eius exprimebāt, à subditis exquirebat, sic deus omnipotēs in uiolatam in nobis suam imaginē uult inuenire in pijs actibus, & pijs moribus uel castis. Simulq; etiā considerandū est, quia nisi primus hō imaginem dei in se peccando uiolasset, nequaquā hō homini subiectus esset. Quia in initio cum fecisset deus hoīem ad imaginem & similitudinem suam, non ait: Præsit hō hominibus, sed dominamini pīscibus maris & uolatilibus cæli & bestiis terræ. Postquam uero p̄ctm inter homines, iurgia, rixæ, & seminariū discordiæ crescere cœpit, ad comprimentam prauorū hoīm insolentiam, præposuit deus hominibus hoīem, ut quos amor dei nō prouocabat ad bonū, saltē timor hominis coiceret à malis. Nam uero Christianorū temporibus diuina prouidentia ordinavit, ut esset in ecclesia dei non solum pastor & p̄tifex, sed etiā in seculo princeps, ut iste ecclesiā dei uerbis instruat, & ille armis defendat. Et quod iste non potest corrigerere verbo, ille feriat ferro. Et qui nolunt ecclesiasticam suscipere disciplinam, prohibeantur à malis per po-

POST PENTECOSTEN. 503

testatem regiam. Et qui potestati dei non sunt subditi, mundanis legibus constringantur. **E**t ideo debemus Christianis principibus esse subditi (nisi contra dei voluntatem nobis imperent) & obediētes, ut luxuria saluatoris preceptum reddamus quæ sunt Cæsar is, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. **Vñ** Apostolus admonet, nos, dicens: **O**mnia potestatisbus sublimioribus subditi estote, quia non est potestas nisi a deo. **Q**uæ autem sunt, a deo ordinata sunt. **E**t qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. **E**t iterum: **R**eddite omnibus debitum: cui tributum, tributum: cui uectigal uectigal: & cui honorem, honorē: & cui timorem, timorem. **Q**uod non solum dñs uerbis, sed etiā exemplis faciendum ostendit, qđ & deo reddidit quae sunt dei, patris faciens uoluntatē: & Cæsari, quæ sunt Cæsar is, qđ pro se & Petro tributum reddere iussit, sicut scriptum est in euāgelio: **Q**uia cum accessissent hi qui didrachma accipiebant ad Petrum, dixerunt ei: **M**agister uester non soluit didrachma? **E**t ait, **E**tiam. **E**t cū contristatus Petrus intrasset domum, prœuenit eum Iesus, dicens: **Q**uid tibi uidetur Simon: reges terræ a quibus accipiunt tributum uel cēsum? a filijs suis, an ab alienis? **E**t illo respōdente, ab alienis, ait: **E**rgo liberi sunt filii. **V**t autem non scādalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamū. & eū pīscem q̄ primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies staterē, illū sumens, da eis pro me & te. **C**uius etiam exemplū secutus idem Petrus, discipulos suos per epistolā admonet, dicens: **D**eū timete, regem honorificate. **E**t iterat̄. **S**ubiecti estote omni humanae creaturæ propter deū: siue regi, quasi præcellēti: siue ducibus, tāquam ab eo missis ad vindictā malefactorib⁹, laudē uero honorū.

45 DOMINICA XXV.
post Pentecosten, Matth. IX.

In illo tempore loquente Iesu ad tur-
bas, ecce princeps unus accessit, & adora-
uit eum, dicens: Domine, filia mea. Et reliq.

Intra omnia miracula, quæ dominus Iesus Christus per semet ipsum ostendit in terris, tres tantum mortuos resuscitasse legit. Resuscitauit filiam archi synagogi in domo iacentem, de qua nunc sermo agit: resuscitauit filium uiduae, extra portam ciuitatis ad sepeliendum delatum: resuscitauit nihilo minus & Lazarum quatri duanum mortuum, iam factem in monumento. Qui ergo omnes in se credentes uenerat resuscitare in anima, non sine causa est, quod tres tantum mortuos resuscitasse legitur in corpore. Trina namque mortuorum resuscitatio, uarietatem significat peccatum, atque post peccatum digne penitentium. Mortitur enim anima per peccatum, quia (sicut ait scriptura) anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ipsum autem peccatum tribus modis in mente, tribus perpetratur in corpore: in mente agit, suggestione, delectatione & consensu: in corpore aliquando occulite, aliquando palam, aliquando consuetudine. Qui uero occulit peccatum, quasi intra domum mortuus iacet: sed cum diuinagratia eius cor ad penitentiæ agendum inflamat, quasi intra domum mortuus resuscitatur: tales significauit filia archisynagogi, quæ in puellari ætate resuscitata est. Qui autem manifeste peccat, quasi extra portam ciuitatis ad sepeliendum mortuus expelliatur: sed cum tales per diuinam gratiam & aliorum correptionem ad pœ-

POST PENTECOSTEN 505

nitentiam compunguntur, quasi ante quam ad sepulchrum perueniant, a domino resuscitantur: hos significauit adolescens filius uiduae, quem dominus extra portam ciuitatis resuscitauit. Sunt etiam aliqui, qui non solum publice peccare non erubescunt, sed etiam ipsum peccatum in lögam consuetudinem uertunt. quæ significauit Lazarus quarriduanus mortuus, de quo bene scriptum est: Quia iam fœcer, quia dum publice per consuetudinē peccare non erubescunt, pijs mentibus fœtorem malæ famæ ingerunt: sed nec de talibus desperandum est, quia dominus etiam Lazarum quarriduanum mortuum fœtentem, solo iussu resuscitauit, de quo lachrymæ legitur Iesus, & uoce magna clamasse. Lazare, ueniforas, q[uod] tales à doctribus nō solū exhortationibus, uerum etiā orationibus sunt instruendi, & cum magna instantia prædicationis uoce magna clamandi. Frequenter enim per diuinam gratiam compuncti, ab ipsis peccatis resipiscunt, se[nti]p[er] ipsos assiduis fletibus & longioribus ieiunijs macerant, largiores eleemosynas tribuunt: & ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia: & sicut prop̄ti fuerūt ad peccandū, sic prōptiores sint ad penitendum. Sed nunc quid princeps uel filia eius, pro qua rogaturus uenerat, allegorice significant, uideamus. Ait enim euangelista: [Loquere Iesu ad turbas, ecce princeps unus accessit, & adorauit eum, dicens: [Filia mea defuncta modo est, & reli.] Allegorice princeps iste, Moysen significat. Vnde bene iuxta Lucam euāgelistam Iairus est dictus, qui interpretatur illuminans, siue illuminatus: q[m] idē legislator Moyses, dum uerba uitæ alijs ministraturus a deo accepit, & ipse illuminatus est spirituali gratia, & alios sua do-

506 DOMINICA XXV.

Etrina illuminavit. Filia eius synagogam significat, quam dum primus diuinis preceptis & legalibus observationibus erudiuit, quasi spiritali utero genuit. Sed dominus loquente ad turbas, principis filia defuncta est: quia tempore quo dominus in carne apparuit, synagoga a paternae religione & legis observatione defecerat. Vnde etenim cum multuantribus rebus pristinam amissit dignitatem: quia nec sacerdotalis honor proprium decorum habebat, & templi reverentia & hostiae immolatio non solu non spiritualiter, sed etiam nechistorialiter obseruabatur. Rogauit ergo princeps pro filia, quia frequenter Moyses pro synagogae liberazione diuinam exorauit clementiam, quemadmodum in multis locis scripturæ scriptum inuenis, praesertim in eo loco, ubi deus usque adeo pro populo Israelitico deprecabatur, ut etiam ex libro uitæ deleri cuperet, modo posset dei iram deprecari. Et quia intellexit, eam non aliter à morte anime posse liberari, nisi per incarnationem unigeniti filii dei, recte eiusdem principis uoce dicitur: Veni impon me manum tuā super eā,
et vivet. Manus enim domini in scripturis, aliquando incarnationem significat filij, sicut per prophetā dicitur: Vt quid auertis manum tuam, & dexterā tuā de medio sinu tuo: Et iterū: Emite manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis. Ut ergo super defunctam filiam manū imponeret, rogare fuit, quarenus per incarnationis domini mysterium mundo uisibiliter appareret. Quasi enim spiritaliter Moyses manū sup filiā defunctā imponere rogauit, quoniam incarnationis domini mysterium Iudeis predicabat, dicēs: Prophetam uobis suscitabit deus de fratribus uestris tanquam me, ipsum audietis iuxta omnia que locutus.

Exod. 32

psalm. 73

fuerit uobis. Et q̄a adueniente plenitudine tgis, non
solum de synagoga carnem assumere, sed etiā deum
inter homines uisibiliter se dignatus est demonstrare, re-
ste subiungitur: Et surgens Iesus sequebatur eum, &
discipuli eius. **Et ecce mulier**, quæ sanguinis fluxū
pariebat duodecim annis, accessit retro, & tetigit sim-
briam uestimentū eius.] Sicut archisynagogi filia syn-
agogam significat, sic mulier, quæ fluxū sanguinis pa-
riebatur duodecim annis, significat ecclesiam ex gen-
tibus. Fluxus enim sanguinis, immunditiā significat
peccatorum, sicut per prophetā dicitur: Furiū, homi-
cidium & adulterium inundauerunt, & sanguis san-
guinē tetigit. A quo fluxu sanguinis se liberari opra-
bat ille, q̄ dicebat: Libera me de sanguinibus deus de-
us salutis meæ. Non aut̄ prætermittendum uidetur,
quod hæc mulier duodecim annis fluxum sanguinis
pariebat, ut eīm̄ alijs euangelistæ cōmemorant, puella
hęc archisynagogi filia, duodecim annos habebat æ-
tatis, cōsiderata ergo utraq̄ lectioē, cognoscimus, q̄a
quando puella nata est, tunc mulier cœpit infirmari.
Qm̄ & illa duodecim annos habebat ætas, & ista du-
odecim infirmitatis. Iuxta uero spiritalē intelligenti-
am, qn̄ synagoga nata est, ecclesia ex gentibus cœpit
infirmari: q̄a facile cognoscunt uitia in cōparatiōe uit-
tū. Gētilis ergo populus ex eo uilior esse cœpit, ex
q̄ populus Iudæor̄ electus est. Si eīm̄ (ut diximus) pu-
ella duodecimo anno ætatis defuncta est, tpe puber-
tatis appropinquante uitā finiuit: q̄a tpe liberationis
uel redēptionis instantē, Iudæa suū nō cognouit libe-
ratorē, magisq̄ mortē elegit q̄ uitam. Iuxta hunc sen-
sum, nō uacat à mysterio, qd̄ archisynagogus filia suā
octauo loco miraculorū à domino reiū citari roga-

wit, Recensita igitur euangelica lectione, inuenit primum miraculum dominus in Galilæa fecisse, scilicet de aqua uinum: secundum descendens de monte, leprosum curasse: tertium, puerum centurionis à paralyse sanasse: quartum, socrum Petri febricitantem liberasse: quintum, mare turbatum sedasse: sextum, in regione Gerasenorum à legione dæmonum hominem curasse: septimum, in ciuitate sua Capharnaum paralyticum sanasse: octauo loco subintrat archisynagogus, pro filia rogaturus, nolens à mysterio circuncisionis excludi. Subintrat etiam & mulier, à fluxu sanguinis curata. Retro autem accessit, quia non domino manente in carne, sed post eius ascensionem credit ecclesia ex gentibus. Vel certe accessit retro, quia non solum incarnationis eius mysterium cognovit, sed etiam uestigia passionis illius imitatur. Retro em post dominum accedere, est eius uestigia imitari, sicut ipse dicit in euangelio: Si quis uult uenire post me &c. Et iterum: Qui mihi ministrat, me sequatur. Unde in lege præcipitur: Post dominum deum tuū ambulabis. Hinc Petrus ecclesiam, quæ ad dominum accessit, admonet dicens: Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Et Iohannes: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Accessit ergo ecclesia corde, non corpore, iuxta illud propheticum: Accedite ad eum & illuminamini. Fimbriæ aut uestimenti tangere, est incarnationis eius mysterium agnoscere, & secundum illud spiritualiter uiuere. Quia enim deus in diuinitate tangi non potest, quasi fimbriam uestimenti tangentem esse exhibuit, quando se in humanitate uisibilem demonstrauit. Dicebat

PRE POST PENTECOSTEN 509

enim intra se: Sit eti^{go} rō tantum vestimentū
eius, salua ero. Pulchre hēc mulier intra se dice-
bat, qa om̄is ecclesiæ fides uel operatio, magis in cor-
de est quām in corpore. **Vt** enim clarior in cōspectu
dei appareat, sua bona opera frequēter ab humanis
confectibus abscondit. De qua per prophetam di-
citur: **Omnis gloria eius ab intus.** In tactu enim uesti-
menti salutem esse credidit, qa per incarnationis my-
sterium genus humanum saluari posse non dubita-
uit. **At Iesu conuersus, & videns eam, dixit:**
Confide filia. Conuersio domini ad mulierem, re-
spectum miserationis eius significat ad ecclesiā. Qua-
si enim terga, & non faciem domini uidebat, quando
post idola manuum suarum currens, creatorem suū
deum ignorabat. Et postquam fide eum tangere coe-
pit, faciem ei ostendit, quando per suam gratiam mē-
tem ecclesiæ ad se uidēdum illuminauit. **Quod quia**
perfidem accipere meruit, recte dicitur: Confide filia,
fides tua te saluam fecit. **Et salua facta est mulier**
ex illa hora.] **Nam si quis solam literam attēdat, nō**
paruam fidem mulierem istam habuisse cognoscit.
Cuius perfectionem fidei **Lucas euangeliſta manifeſ-**
ſtius declarat, dicens eam omnem ſubſtatiā ſuam
in medicos erogasse, nec ab ullo poterat curari. **Sed**
cum uidisset dominum in turba ambulantem, solo
tactu uestimenti eius posse fieri credebat, quod mul-
tis medicis imposſibile fieri cōprobauerat. **Vnde &**
accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius, &
confestim stetit fluxus sanguinis eius. Cuius virtutē
fidei, ut dominus comprobaret, ait: **Quis est qui me**
negatibus autem omnibus, dixit Petrus, &
qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt

510 **DOMINICA XXV.**

& affligunt, & tu dicis, quis me tetigit? Et dixit: Telligit me aliquis. Nam & ego noui uiriutem de me exiisse. Videns autem mulier quia non latuit, trement uenit, & procidit ante pedes illius, & ob quam causam tegerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confessim sanata sit. At ipse dixit illi: Filia, fides tua te saluam fecit. Recte ergo filiam uocauit, quam perfectam habuit fidem. Spiritualiter autem (ursum) significat ecclesiā, quia filia est dei per adoptionem, quia sicut ait euāgelistā: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatē filios dei fieri. Cui

Psalm. 67. per Prophetam dicitur: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam. Quae recte per fidem saluat, quia sicut scripsit est: Iustus ex fide uiuit, & sine fide impossibile est placere deo. Vnde dominus mulieri Chananae ait: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Notandum autem quia cum dñs ad filiam archisynagogi resuscitandam pergeret, mulier in itinere sanata est: quia cum dñs ad synagogā docēdam uenire, ecclesia ex gentibus credendo anticipauit salutē, iuxta illud propheti cū: Aethiopia pueniet manū eius deo. Aethiopia enim quae nigrū gignit populu, ecclesiam significat ex gentibus nigredine peccatorū cooperatam. Aethiopia ergo manus eius preueniet, quia ecclesia ex gentibus, ante synagogā credidit. Oportet autem considerare quia mulier nec in domo, nec in urbe, quā ab urbe lōge excludebatur, sed in via ei occurrit: quia gentilis populus nullam cognitionem dei, nec legis notitiam habebar, & ideo quasi nudus & discōoptus domino, occurrerbat. Sicque cum dominus ad puellam tendebat, mulier in via sanata est: quia dum Iudeorum populo predicabat, fidem gentium approbabat, sicut ipse alibi de-

POST PENTECOSTEN 51

centurione ait: Amen dico uobis, non inueni tam fidem in Israel, Vnde & apostoli iudicis dixerunt: **V**obis quidem oportuerat primum loqui uerbū dei, sed quia repellitis illud, & indignos nos indicatis vi erat, ecce cōuertimur ad gentes. Manifeste eriam maior fides mulieris cōprobāt, q̄ archisynagogi: qm̄ cū archisynagogus dñm ad domum suam uenire rogas set, & in itinere eundo uel redeundo eum laborare ie cisset, mulier pfecte credens, nihil eum laborare fecit, sed tm̄ simbrā uestimentū tetigit. Sed post q̄ dñs mulierem in itinere curauit, filiā archisynagogi in domo resuscitauit: quia circa finem seculi synagoga creditu ra est, iuxta illud A postoli: Cum plenitudo gentium subintrauerit, tunc omnis Israel saluus fieri. Et iterū: Non prius quod spiritale est, sed quod carnale, deinde quod spiritale. Id est, nō prius synagoga credidit, quæ spiritalis fuit, sed gentilis populus, qui erat animalis, deinde synagoga quæ fuit spiritalis.

DOMINICA VIGE simasexta, post Pentecost. Iohann. VI.

In illo tempore Cum subleuasset oculos Iesus, & uidisset maximam multitudinem ueniētem ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, Et reliqua.

Quoties legimus dñm ex paucis panib⁹ multas turbas hoīm pavisse, nō im̄ est mirandū, quantū uenerandū. Nō est em̄ mir, q̄a potu it: sed poti⁹ ueneradū, q̄a facere uoluit. Qui em̄ ex nihilo cū etiā creauit, nō est mir, si ex paucis panib⁹ mul-

512 **T**IN DEDICATIONE

tas turbas pauit. Sed illud considerandum est, quod dominus refecturus turbas, prius subleuari oculis in celum respexit dicitur. Oculi enim domini in scripturis, duplicem habent significationem &c.

Vide dñicam Lætare in Quadragesima.

S IN DEDICA~~TI~~**O**
tione ecclesiæ.

Lucæ V.

T In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nō est arbor bona quæ facit fructum malum. Et reliqua.



Dominus Iesus Ch̄s Edificator & consuetor suæ eccl̄ie, q̄les ad edificationē arbores q̄rat, in exordio hui⁹ lectio nisdec larat, dicēs: Nō est enim arbor bona, quæ facit fructū malū: neq; arbor mala faciēs fructū bonum. Arbores spiritualiter in scripturis homines significant, sicut ille cæcus, qui à domino illuminatus fuerat, dicebat: Vide homines quasi arbores. Et Daniel in uisione Nabuchodonosor regis, arborem magnam ipsum regē interpretatus est. Fructus autē arboris, opa sunt hominis uel bona, uel mala, sicut dominus ait in euangelio.

ECCLESIAE.

513

gelio: Aut facite arborē bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Sed quæritur, quare ipse dominus dicat,] Non est arbor bona, quae facit fructum malum, neque arbor mala, faciens fructum bonum,] cum legimus Petrum apostolum, arborem utiq̄ bonam, malum frustum fecisse, qn̄ deum negauit & magistrum: & è contra Iudam arborem mala fuisse nemo dubitat, & tñ fructum bonum fecit, qn̄ cum cæteris discipulis dñm securus est. Ad quod rñndendum, qd tandiu bona arbor. i. bonus homo bonos fructus facit, quādiu in bona intentione perseverat: & mala arbor tandiu malos fructus facit, quādiu mala intētio perdurat. Sic ut enim ex radice arboris pcedit fructus, ita ex radice intentionis, fructus operationis. & ideo necesse est, qd qualis fuerit intētio, tale m̄ pferat fructum, domino dicente: Qualis fuerit intētio tua, tale erit & opus tuum. Cæterë & is qui uidetur esse bonus, si à bona intentione cessauerit, malos fructus facere potest: & is qui putatur malus, si per penitentiam præterita mala correxerit, bonos fructus facere potest. Iuxta quē sensum & David, arborem utiq̄ bonam, malum frustum fecisse legimus, quādo homicidium pariter & adulterium perpetrauit: è contra Nabuchodonosor, cum esset arbor mala, fructum bonum fecit, quando deum Danielis in uniuerso regno suo adorari iussit. Similiter & Iethro cum prius mala esset arbor, bonū fructum fecit, quando Moysi utile consilium dedit. Paulus quoq̄ cum bona esset arbor, malos fructus fecit, quando ecclesiam dei est persecutus. Et quia ea, q̄ occulta sunt homībus, deo placent, quomodo homīes inter bonas & malas arbores discernere ualeant, domi

KK

nus manifestat, cū adiungit: **V**naquaq; enim arbor ex fructu suo cognoscitur.] **S**icut em̄ uisibiles arbores ex fructu discernimus, cuius generis uel saporis sunt, ita spiritales arbores (id est, homines) ex operibus discernere possumus, cuius intentionis sint. **N**ā si quales mala arbor proferat fructus, uel ex quibus cognosci possit, **P**aulus apostolus denunciat cū ait: **M**anifesta aut̄ sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, quaritia, idololatria, seruitus, ueneficia, inimicitiae, cōtentiones & emulaciones, ira, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, ebrietates, comedationes, q̄ p̄dico uobis sicut prædixi, q̄ quitalia agunt, regnū dei non consequent. **A**t uero quales bona arbor p̄ficerat fructus, idē ipse ostendit cū adiungit: **F**ructus em̄ sp̄s est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, aduersus h̄m̄i non est lex. **H**os fructus gratulabat se p̄ pulisse Propheta, cum dicebat: **E**go aut̄ sicut oliua fructifera in domo dei, sperauī in misericordia dei in æternū & in seculum seculi. **Q**ualem arborem etiā alibi descripsit, dicens: **B**eatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorū nō stetit. **A**diisciens: **E**t erit tāquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarū, quod fructū suum dabit in tempore suo. **E**t folum eius non defluet. **E**t iterū: Iustus ut palma flobit, & sicut cedrus Libani multiplicabit. **A**t uero mala arbor qualem finem habeat, dñs in euangelio ostēdit, cum dicit: **O**is arbor q̄ non facit fructum bonū, excideatur & in ignem mittetur. qualem arborem describit **I**eremias propheta, cum dicit: **M**aledictus homo qui confidit in hoīe, & ponit carnē brachium suum, & à domino recedit cor eius. **E**rit em̄ quasi my-

ECCLESIAE.

§15

rice in deserto, & non uidebit cum uenerit bonū. De
q̄ adhuc subditur: **N**on enim de spinis colligunt
ficus, neq; de rubo vindemiāt uuām. Spina &
rubus, arbores sunt plenæ aculeis, ita ut uix aut nul-
lo mō absq; lēsione tractari possint: quibus contra-
riæ sunt uit̄ & ficus, q̄ & gustū dulcis saporis, & fra-
grantiā habet suavis odoris. Ergo p̄ spinā & rubū, ui-
tia & peccata significant, de qbus primo hoī dictum
est. **T**erra tua spinas & tribulos germinabit tibi. Sunt
em̄ nonnulli, in quibus ita aculei peccatorum abun-
dant, ut eos societas absq; lēsione haberi non possit,
qm̄ cū male in seipsis uiuant, proximis amari, asperi
& insuaues existunt uel male uiuendo, uel iniurias ir-
rogando. Sunt uero alij, qui uelut uit̄is, dulcē cœlestis
patriæ memoriā in suis operibus ostendentes, & fra-
gratiā bonæ opinionis reddentes, ad amorē cœlestē
alios pertrahunt, non solū in terrenis substantijs ne-
cessitatē indigentium sustērando, sed etiā in spiritua-
libus eruditionibus uerbū uitæ suauiter ministrādo.
Sed quia illi, in quibus cōpunctiones facinor̄ abun-
dant, habere nō possunt, domini uoce declaratur, cū
dicitur, **N**on em̄ de spinis colligunt ficus, neq; de ru-
bo vindemiant uuā. **P**ossumus p̄ spinā & rubū, hæ-
reticor̄ prauā doctrinā accipere, quæ aias audientiū
cruetat & laniat. **H**i aut̄ intantū fugiendi sunt, ut (in-
quātū fieri potest) nulla participatio, nec colloctio
cū eis habeatur: q̄a (sicut ait scriptura) qui retigerit p̄
cē, inquinabitur ab ea. & qui dissipat sep̄, mordebit
eū coluber. **V**n̄ nos **A**póstolus admonet, dicēs: **H**ęre-
ticū hoīem post unā & secundā correptionē deuita,
sciens quia puersus est hmōi. **S**ed q̄uis spina botrū nō
gignat, solet tñ uit̄ cum botro sustinere. **C**ernimus

KK ij

116 **T**IN DEDICATIONE

em aliquoties in vineis caricem ex spinis uitē cū botro sustinere. Et cū ex alta radice botrus procedat, frequenter tamen spina uitē cū botro sustinetur. Quid ergo faciendum? Nunqđ propter spinā relinquēda est uua. Nō. Sed (sicut ait quidam de sapientibus) sic colligēdus est botrus, ut tñ caueat spina. Iuxta ergo hanc similitudinē, quia hæretici in suis assertionibus quædam bona & utilia docēt, ab ecclesiasticis uiris prius discernēdi sunt, & postmodū bona carpēda, & mala fugienda. Quod in scripturis ueteris testamenti figuret ostēdit, quando egredientibus filijs Israele ex Aegypto, præcepit eis ut mutuarent à uicinis suis uasa aurea & argentea non pauca, & expoliarent Aegyptum. Per aurū enim nitor eloquij designatur, Salopone dicente: **T**hesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Per argenitum, qđ sonat & lucet, subtilitas prædicatiōis exprimitur, Psalmista teste: Eloquia dñi, eloquia casta, argētum igne examinatum. Quasi enim uasa aurea & argētea ab Aegyptijs mutuamus, quando ab hæreticis uel paganis sententias utiles nostræ fidei necessarias discimus: qđ illi facere debet, qui in fide catholica ita radicati sunt, ut subtilitas hæreticæ prauiratis nullo modo eis nocere possit. Vnde dominus alibi in lege figurate p̄cepit, dicens: Cum egredius fueris ad pugnā contra hostes tuos, & tradiderit eos dñs deus tuus in manus tuas, captiuosq; eos duxeris, si uideris in numero fœminarum puellam, quæ oculis tuis placeat, uoluerisq; eā habere uxori, introduces eam in domū tuam, ita tamē, ut prius radas cęfariē capitis eius, & præcidas summitates unguium, maneatq; in domo tua lugens patrē suū & matrem uno mense. Postea uero ingredieris ad eā, & erit tibi

Ezodi.12.**Prope. 21.****Dent.21**
Judi.3

uxor. Quasi em̄ spiritualiter ad bellū cōtra hostes no-
stros pergitus, qñ cum haereticis de fide & religione
Christianā conflictum habemus, cumq̄ diuina auto-
ritate à nobis superati fuerint, si uiderimus in eorum
disputationibus sententias nostrāe fidei utiles & ne-
cessarias, debemus eas accipere nobis in uxorem, q̄a
uxori sapientia uocatur. ita tamen, ut prius rada-
mus cæsariem capitis eius, & præcidamus summita-
tes unguium. i. quicquid haereticum, quicquid distor-
tum & prauum in eorum doctrina inuenitur, abijcia-
mus & respuamus. Sed & si aliqui ex haereticis ad ca-
tholicā fidem conuerti uoluerint, recipiendi sunt, ita
tamen, ut pristinum errorem anathematizent. Expo-
nens autem dñs qd dixerit in eo quod ait, Non em̄
de spinis colligūt siccus, nec de rubo vindi-
miunt vnam, adiunxit dicens: Bonus homo de
bono thesauro cordis sui profert bonū, et ma-
lus de malo profert malum. Thesaurus dicitur
locus ubi ponitur aurum, quia ^{θεάτης} grēce latine po-
sitione dicit. Thesaurus ergo in hoc loco intentionē si-
gnificat cordis, iuxta illud qd alibi ait: Vbi est thesa-
rus tuus, ibi est cor tuum. Bonus ergo homo de bo-
no thesauro cordis sui profert bonum, quia de bono
desiderio cordis procedit loqua bona sermonis: si-
militer & malus homo de malo thesauro profert ma-
lum, quia ex mala intentione cordis, procedit fructus
pravae operatiōis, iuxta illud quod dñs ait: Ex corde
enim exēūt cogitationes malae, adulteria, ebrietates,
homicidia, furta, blasphemia & his similia. Unde ad-
huc subiungit, dicens: Et abundantia cordis os
loquitur. Vbi forte querit aliquis, quare dicat, [Ex
abundantia cordis os loquitur,] cum sæpe homines,

§18 **T**IN. DEDICATIONE

& maxime illi q̄ hypocritæ appellatur, alia pro alijs
mētientes, & fallant alios, & fallantur ab alijs. Sed fa-
cilius ad hæc patet responsio, quia si hoībus hæc occul-
ta sunt, de oī manifesta sunt, q̄ clarius uidet ea quæ
sunt in corde, quām tu uidere possis quæ sunt in facie,
dicēte scriptura: Quæ sunt in corde hoīs, oculi tui uī-
dent dñē. Illi ergo soli ex abundātia cordis os loquiſ,
cuius oculis nuda & aperta sunt om̄ia, & ante uidet
intentionē, quām lingua proferat sermonē. Sed non
semper latere possunt hoīes hypocritæ, qm̄ quæ in cor-
de ardenter diligūt, frequenter in sermone proferūt.
Qui em̄ toto corde deum sciunt, etiā sermonibus su-
um desiderium ostendunt, suxta illud sapientis:

Mentibus instat amor, sermonibus æstuat ardor.
Sed quia sunt nonnulli (ut diximus) qui ut hoīes fal-
lere possint, iudicium dei nō meruunt, recte increpa-
tio subinfertur, cū dicitur: Quid aut̄ vocatis me,
domine domine, & nō facitis quæ dico? Dicere enim
dñē dñē, ad fructū bonæ arboris ptinere uidei, & ad
boni theſaurū cordis. sed non facere quæ iubet, ma-
gis ad cōrūmaciam pertinet, q̄ ad obedientiam, qm̄
sicut Apostolus ait de falsis fidei professoribus, Cōfi-
tentur se nosse deū, factis autē negāt. Quales dñis per
prophetam reprobāt, dicēs: Populus aut̄ hic labijs me
honorat, cor aut̄ illorū longe est à me. & alibi in euāge-
lio: Non oīs qui dicit mihi domine dñē, intrabit in re-
gnū cælō. Vnde fatuis uirginibus ad ianuā spōsi cla-
mitatibus, Domine dñē, aperi nobis, dictur se esse te
statur. Amen dico uobis, nescio uos. Suos em̄ cōfesso-
res, p̄ceptori suorū uult esse operatores. Vñ adhuc si-
militudinē adiūgit, dicēs: Dīs qui venit ad me, &
audit sermones meos, & facit eos, ostendā uobis cui

Cur. 1

Vnu,

mat. 25

similis ē.] Et pulchre postquā dixit [& audit sermo
nes meos,] adiunxit [& facit eos:] q[uod] ait Aposto
lus, Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed fa
ctores iustificabuntur. Et ipse in euangelio salvator
cū dixisset, Beati qui audiūt uerbū dei, adiunxit, & cu
stodiūt illud. Vnde alibi dñs discipulos suos beatifi
car, dicēs: Scitis hęc: beati eritis, si feceritis ea. Hinc &
Iohannes in Apocalypsi sua cū dixisset, Beatus qui au
dit & legit uerba libri huius, cōtinuo adiunxit: & ser
uat ea q[uod] in ea scripta sunt. Illos em̄ specialiter dñs su
os recognoscit, q[uod] cū recta fide bona opera adiungūt.
Vñ Psalmista, cū in laude sanctorū diceret, Inuocabāt
dñm, & ipse exaudiebat eos, adiunxit: Custodiebant
testimonia eius & p̄ceptum quod dedit illis. Et alibi,
Beati qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiā in
omni ipe. Qui ergo talis est, merito ipsius dñi imita
tor efficitur, sicut subiugitur. Similis est homini
ædificati domū, qui fudit in altū, et posuit funda
mēta supra petrā. Homo iste per similitudinem
dñs Iesus Christus est: q[uod] edificat domū, uidelicet san
ctā ecclesiam, nō ex lapidibus & lignis uisibilibus, sed
ex preciosis & impetrabilibus animabus sanctorū. De
q[uod] p̄phētā dicit, Domū tuā decet sanctitudo dñe in
lōgitudine dierū. Qui fudit in altū, quia terrenā cupi
ditatē radicitus à cordibus fidelium suorū abcidit. Po
suit aut̄ fundamentum supra petrā, quia fidē ecclesiæ
super seipsum constituit uel stabiliuit, sicut Petro, cui a
firmitate petræ nomē impositū est, dicit: Super hanc
petrā ædificabo ecclesiā meā. Petra em̄ Chr̄m signifi
cat, sicut ait Aplus, Petra aut̄ erat Christus. Quod ue
ro subiungit, Inundatione aut̄ facta, illisum est
flumē domui illi, et nō potuit ea moueri, manū

520 **TIN DIE FESTO**

feste pater, q̄a s̄æpe persecutionibus cōcussa est ecclē
sia, non tñ à fide cōmota, aliquā paganorū infestationi
bus, aliquā falsorū fratrum peruersis dogmatibus, ali-
quādo impulsione dæmonū, uel propriæ fragilitatis,
sed cōtra hæc oīa firma stat ecclesia, quia nō in se cōfi-
dit, sed in Christo, dicēs cum propheta: In petra exal-
tasti me, deduxisti me, quia factus es spes mea, turris
fortitudinis à facie inimici. Et iterū: Statuit supra pe-
trā pedes meos, & direxit gressus meos. Vnde & sub-
ditur, Fundatq; enī erat supra petrā, id est, supra
Christum. De q̄ ait Apostolus, Fundamentum aliud
nemo potest ponere, pr̄ter id quod positum est, qui
est Christus Iesus. Sicut enim in edificationibus nihil
fundamento prius ponitur, sic quicunq; amorem dei
omnibus rebus pr̄ponit, & si pulsari potest, tamē ca-
dere nescit: quia superiecta titubare nesciunt, quādo
fixa stant ea quæ continent. Vnde alibi de ecclēsia di-
Matth.16 citur, Et portæ inferi nō pr̄ualebunt aduersus eam.

HOMILIAE ALI-

QVOT DE SANCTIS, TVM

propriæ singulis, tum com-
munes omnibus.

TIN DIE CELEBRI SANCTI

Andreae apostoli; Matth. III.

TIn illo tempore Ambulans Iesus iuxta
mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonē,
qui uocatur Petrus, & Andream fratrem
eius. Et reliqua.



IN omnibus operibus suis, q̄ dominus Iesu Christus nobis ad imitandū ostendit, hoc declarare dignatus est, q̄a si uirtutes animae uolumus accipere, prius tentationū si mulos debem⁹ superare. Deniq; prædicaturus mundo euangeliū prius à Iohāne baptizatus, secessit in desertū, ibi q̄ quadraginta diebus & quadraginta noctibus iejunans, trinā tentationē diaboli superauit: ac inde egressus, ambulās iuxta mare Galilæg, ut præsens lectio narrat, discipulos elegit: nos nimirum in hoc facto instruens, quia si uolumus bonum accipere, prius a malo debemus declinare. Est em̄ ordo recte uiuēdi, ut prius uitia superet, q̄ uirtutes uult accipere: quia superato diabolo dñs discipulos eligere uoluit, ut ostenderet nobis tunc uirtutum culmen posse ascendere, qñ tentationes diaboli fortiter superauerimus. qm̄ sicut ait Apo stolus, Tribulatio patientiā operatur, patientia uero probationem, probatio aut spem, spes uero nō confundit. Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spm sanctum, qui datus est nobis. Sed de uocacione apostolor̄ locuturi, primū de situ loci, in q̄ hæc facta fuisse memorant̄, aliq̄ cōmemorāda sunt. Hoc em̄ mare, qd nūc Galilæa dī, propter uarietates adiacentū locorum, uarijs cēsetur nominibus. Dicitur em̄ mare Galilææ, propter adiacentē prouinciam Galilæam. Dicitur & mare Tiberiadis, à Tiberiade ciui

KK v

rate. Dicitur & stagnum Genezareth, eo quod flanti bus uentis, crispatisbus undis, aurā ex se generare uideatur. Dicitur & lacus Genezareth, propter candē ciuitatē sibi adiacentē. Et à quibusdā mare asphaltū propter inopportunitatē portus uocatur. Extendit aut̄ in lōgitudine CXL. stadia, in latitudine XL. Nec propterea mare dicitur, eo q̄ amaræ sint aquæ eius (sunt enim dulces ad potandum, habilesq; ad piscandum) sed idioma linguae Hebrææ est, oēs congregationes aquarum uocare mare, sicut in Genesi scriptum est: Congregatiōes aquarū appellauit maria. Sed ut hæc spiritualiter cōsideremus, nō ab re putandū est, quod euangelista dñm nō sedisse, ne stetisse, sed deambulasse iuxta mare Galilææ descripsit. Ipsa enim motio dñci corporis, à mysterio uacuanō est putanda. Mare ergo in hoc loco, mundū significat. Et pulchre, q; sicut mare immobile esse non potest, sed semp accedit & recedit, sic mundus diuersis perturbationibus & fluctuationibus cōmouetur. Hinc per Psalmistā dicitur: Cōmouisti dñe terram. Vnde mare à meando dicitur, eo q; semper accedat & recedat. significat (ut dīctum est) mundū, qui crescit nascendo, decrescit moriendo, eleuatur in prosperis, deiçitur in aduersis. Ad hoc ergo mare dñs uenit, qñ per incarnationis suę mysterium mundo uisibilis apparuit, quādo (ut ait Apo stolus) semetipsum exinanivit, formā serui accipiēs, in similitudinem homin factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum. Nō aut̄ steriſſe uel se disse, sed pambulasse dicit, quia non, sicut cæteri mortales in mundo cū esset natus, ut cæteri homines permāsit, sed post doctrinam sancti euāgeliū, post ostensio nē miraculorum, post suam sacram passionem resur

gens à mortuis, uictor ad celum redijt, sicut ipse ait:
Exiui à patre & reliq. hoc significauit deambulatio eius. De cuius motione uel transitu per Petrum dicitur, Qui pertransfuit benefaciendo & sanando oēs oppreslos à diabolo. Neq; illud absq; consideratione prætermittendnm est, q; dominus discipulos electus, iuxta mare ambulauit, qui postea coram illis super fluctus maris ambulasse narratur. Ut enim diximus, mare mūdum significat. Discipulis ergo in mari pescantibus, dominus secus mare ambulauit, quia & si uenit in mundum per naturam, alienus fuit tñ à mundo per culpā. Qm̄ sicut Petrus ueracissime testatur, Pst̄m non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Sed forte querit aliq; s, quare dñs discipulos primum à Galilæa eligere uoluit, & nō à Iudæa, uel cæteris regionibus, que nobiliores putabantur. Ad quod, qui curiosus est, respondere potest, quia quāvis gloria dñi nativitas prius in Iudæa fit celebrata, tamē eius sancta conceptio primū in Galilæa ab angelo uirgi ni est annūciata, Luca euāgelista teste, q; ait: Eodem tempore missus est Gabriel angelus à deo in ciuitatē Galilææ, cui nomē Nazareth, ad uirginē desponsatā uiro, cui nomē erat Ioseph. Et post pusillum adiecit: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud dñm, ecce cōcipes & paries filiū. Dignū enim erat, ut ubi caput nascēdi sumperat exordiū, inde mēbra horū acciperent incrementū: & ubi ortū primum sol iustitiæ derat, inde stellæ fulgētes mundo apparerent: & ubi uirgo audierat, Ecce cōcipes, ibi pescatores audirēt, Venite post me. Siue ideo à Galilæa dñs discipulos eligere uoluit, quia per uirtutē miraculorū, per mani festationē suam, primū in Galilæa mundo innotuit.

Primum eñ miraculum in Chana Galilææ fecisse legitur, qñ ex aqua uinum fecit & manifestauit gloriā suam, & crediderunt in eū discipuli eius. Et Petrus: **V**os scitis uerbum, quod factū est in uniuersam Iudeam, post baptismū quod prædicauit Iohannes, lesum à Nazareth, incipiens à Galilæa. Nos autem dicimus primū discipulos à Galilæa eligere uoluisse, propter sacramentū ipsius nois. Galilæa nanci transmigratio facta, siue reuelatio perpetratā interpretatur. & cum dñs discipulos à Galilæa elegit, nos instruxit, ut si eius discipulatui adhærere uolumus, primū de uitijs ad uirtutes transmigrare debemus, & de mundi amore ad amorē dei, dicētes cū propheta: Quid auenæ & peregrini sumus apud te, sicut oēs patres nostri. ut in Galilæa. i. in reuelatione æterna faciem dñi contēplantes, dicamus cum Apostolo: Nos aut reuelata facie gloriam dñi contēplantes, trāforma mur à claritate in claritatē, tāquam à spiritu dei. **U**i
dit duos fratres. **S**imonē, qui vocatur Petrus, & Andream frēm eius, mittentes retia sua in mare, & uocauit eos.] **V**idere dei, eligere est, sicut nescire, reprobare. Sicut eñ illos nescit, quos reprobat, unde in finem reprobis distutus est: Nescio uos unde sitis. sic uidere eos dicitur, quos in æterna presentia elegit, sicut cuidā dictū est: Cū esses sub sicu, uidi te. Vedit ergo dñs Petrum & Andream, quos p̄r̄uenientem gratiam in sorte apostolatus dignos elegit. Sed nec illud prætermittendum est, quod in prima sua uocatione carnales fratres elegit. Petrus enim & Andreas fratres erant nō solum spiritu, sed etiam carne germani. Cū ergocarnis fratres elegit, ostēdit, qui eius discipulatui uolumus adhærere, fra-

tres esse debemus, non carne, sed spiritu: non genealogia, sed charitate. **O**mnes quoq; qui in Christo regenerati sumus, unum patrē habemus deū, cui quotidie in oratione dicimus: **P**ater noster qui es in cælis, de quo ipse ait in euangelio: **E**t patrem nolite uocare uobis super terram, unus est pater uester qui in celis est. **H**uius filios nos esse gloriemur, dicentes cū Apostolo: **F**ilii dei sumus, sed nondū apparuit quid erimus. **M**ater uero nostra sancta ecclesia ē, quę nos per fidem & sacramentū baptismatis quotidie spiritualiter generat. **Q**uibus ergo unus est pater deus, & una mater ecclesia, cōsequens est, ut fratres sint. i.e. ut unum sentiant, id plū sapiant, non dissideant, non discordent, ut in eorū numero computentur, quibus saluator ait: **O** ēs em̄ uos fratres estis. **H**os em̄ spiritales fratres admirabatur pphera, cum dicebat: **E**cce quām bonū & quām iucundū, habitare fratres in unum. **N**orandū autem, quod duos fratres elegit, ut ostenderet, quia suos discipulos geminā uult habere charitatem, dilectionē, scilicet dei & proximi. **V**aē em̄ soli, ait scripura, quia cū ceciderit, nō habet subleuantem. **C**uius rei gratia dñs binos elegit, binos ad prædicandum postea misit, ut ostenderet quia prædicationis officium non debet suscipere, nisi qui dilectionem dei & proximi habet in pectore. **V**el certe binos elegit ad confirmādam autoritatē, qui duorum testamentoꝝ doctores fierent, ut impleretur in eis quod ipse alibi ait: **O**mnis scriba doctus in regno cælorum, similis est patrifamilias, q; profert de thesauro suo noua & uetera. **E**rant em̄ pescatores. Pescatores & illiterati à dñs eligūtur, ne fides credētiū, quaꝝ per eorum doctrinā & prædicationē instruen-

526 IN DIE FESTO

da erat, in eloquentia uerbor, & nō in uirtute dei fieri putaretur. Magister humilitatis, qui ueniēs in mundum ait, Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris, humili-taris exēplum, quod in omnibus operibus suis ostenderet, etiam in uocatiōe apostolorū seruare uoluit. Non enim elegit matrem potentissimam, sed quantū sanctissimam, tamen pauperrimam, int̄m ut non inueniret agnū, quē pro filio offerret. Nec natus ē in domibus cedrinis laqueat̄ & uario picturē colore decoratis, sed reclinatus est in p̄sepio, qā nō erat ei locus in diuersorio. Neq; in uolurus ē uestibus purpureis, au-ro & margaritis resplendentibus: sed sicut scriptum est, Pannis eum inuoluit. Hanc ergo humilitatē, quā in his, & his similibus seruauerat, in uocatione duorum non deseruit, quia non elegit potētes uel filios regū, non philosophos uel sapientes mundi, sed pauperes simplices, qui quotidianū uictū arte p̄scādi quererent, per quorū tñ doctrinam & prædicationē, potentes mundi & sapientes ad suam fidem uocauit, quia sic ut Apostolus ait, Mūdus nō cognouit per sapientiā deum, placuit deo per stultitiā prædicationis saluos facere credentes. Et iter: Nam sermo noster & p̄dicatione, non fuit in humana sapientiā uerbis, sed in uirute, ut nō euacueat̄ crux Christi. Quia non multi potentes, nō multi nobiles, sed q̄ stulta sunt mūdi elegit deus, ut cōfundat fortia: & ignobiliora & cōtemptibilia mūdi elegit, ut cōfundat sapientes: & ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret. Sed quid de talibus dñs dicat, uideamus. Et ait illis: Venite post me. Bene quidē Petrum & Andréā uidisse dicit, ac postmodū ad sequendū uocasse, qā oēs electos prius ex

interna dei presentia ad sequendum uocat, dicitur q̄
eis: **Venite post me.** Quid ē dicere, [**Venite post**
me,] nisi me sequimini, meis præceptis & nō uestris
uolupratibus obedite sicut em̄ post dñm, est eius uesti
gia imitari, sicut ipse ait: **Si quis uult uenire post me,**
abneget semetipsum &c. Et iterū: **Qui non baiulat**
crucem suam & uenit post me, nō est me dignus. **Vñ**
in lege præcipitur: **Post dñm deum tuū ambulabis.**
Quid aut̄ in promissione dicat, audiamus. Ait enim:
[**Faciā uos fieri pīcatores hoīm.**] **Nō** dicit pīcato
res pīciū, sed pīcatores hoīm: nomē mutauit, offici
um non abstulit. **Nā** post resurrectionē legimus eos
isse pīcatū. Et cōgrue de pīcatoribus pīciū, pīca
tores hoīm facere uoluit: quia sicut officiū est pīca
toris nauem ascendere, retia manibus tenere, & de
pīfundis gurgitibus pīces ad littus trahere: sic isti in
gremio ecclesiae recepti, nauē fidei ascēdentes, retia
pīdicationis in uerbo & opere habentes, de amarissi
mis & tenebris mūdi gurgitibus, multos hoīes ad
ueram lucē traxerunt, quae ait: **Ego sum lux mūdi,** q̄
sequitur me, nō ambulat in tenebris, implera pīphē
tia, quae dicit: **Populus q̄ ambulat in tenebris &c.** **Vñ**
de Petri Hierosolymis retia in manibus tenētem, &
multos pīces spiritualiter de profundis gurgitibus ca
pientē. Legimus em̄ ad eius pīdicationē una die quin
que millia, altera tria millia hoīm credidisse. Vide be
atū Andreā, cuius hodie festinitatē colim⁹, in Achāia
retia in manibus tenēte, & multos pīces spirituali
ter capientē. Non solū em̄ ad eius pīdicationē tota
ciuitas, sed etiā tota regio credidisse legitur, sicut ipse
ait: **Christus me misit ad istam prouinciam, ubi nō par**
uum populū acquisiui. Iti os pīcatores pollicebatur

ecclesi⁹ dñs, cū per pphetam dicebat: Mittā pscatores meos, & pscabunt eos: uenatores meos, & uenabunt eos de omni mōte & de omni colle. Sed liber suauiter intueri quod dñs, qui Petru⁹ & Andreā de arte pscandi elegit, Paulū quoq; qui nō minoris gratiae fuit, de arte scnofactoria ad prædicatiōis officium uocauit. Sicut em̄ isti conuenienter de pscatoribus pscium, pscatores hom̄m facti sunt, sic decenter ille, qui erat tabernaculoꝝ corporaliū ædificator, ad sp̄italia tabernacula cōstruenda translatus est. Aedificauit ergo sp̄italia tabernacula, cum sua prædicatiōne ab humanis mentibus culturam dæmonum expulit, ut habitaret Christus per fidem in cordibus eorum. Aedificauit etiam sp̄italiter Christo tabernacula, quando ab Ierusalem usque Illyricum repleuit euāgeliō Christi: ut qui corporalia tabernacula, morituris hominibus edificabat, postmodum inciperet spiritualia deo (ut diximus) construere in animabus insempiternū uicturis. Aedificabat tabernacula deo, quando prædicabat. Reddite omnibus debitum, cui tributū, tributū: cui uectigal, uectigal. &c. Vel quando præcipiebat, qualiter uiri erga mulieres, & mulieres erga uiros deberent esse: qualiterq; parentes erga liberos, & filij erga parentes: qualiter serui erga dominos, & domini erga seruos. Quarum pulchritudinem tabernaculorum admirabatur Propheta, cum dicebat: Quām pulchra tabernacula Iacob, & tētoria tua o Israel. Et Psalm. Quām dilecta tabernacula tua dñe uirtutū, &c. Domini iussionē obedientia secura est apostolorum. Nam sequitur: At illi continuo relictis retribus & nauī, secuti sunt illum. In quorū opere nostra superbia confunditur, nostra du

sita redarguitur, q̄ quotidie flagellis affterimur, &
minis terremur, signis prouocamur, promissionibus
subleuamur, & tñ uocantem sequi cōtemnimus. At
uero illi non hunc miracula facientem uiderant, nō
eius promissionibus subleuati fuerant, & tñ aduni-
us iussionem relictis omnibus, secuti sunt illū. Sequam-
ur ergo & nos eos, quos in Christo patronos ha-
bere meruitus, ut eorū exemplo incitati, saltē post
multas admonitiones & promissiones sponte relin-
quamus quod quotidie amittimus, ut impleatur p-
missio dñi, dicentis: Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsoꝝ
est regnū celoꝝ. Illē em̄ in celo sedet, q̄ adhuc in ter-
ris de cōuersione nostra moner. Sed solēt hi, qui p-
rius uoluntates abrenunciare nolunt, paupertatis
occasionem in sua excusatione prætendere, dicētes:
Imitari contēptores mudi uolumus, sed quod relin-
quamus non habemus. Quibus nos respōdemus, q̄a
deus omnipotens in abrenunciatione mundi, nō cen-
sum, sed uotum pensat, nec perpendit quod habeas
in arca, sed qualem habeas conscientiam. Vnde si ha-
beas temporalē rem, uende: si autē nō habes, de ma-
gno onere liberatus es. Tanto ergo liberius Christū
sequi potes, quanto minus diuitiar, funibus fueris
illigatus. Considerare etiam tales monemus, quid
& quantū nostri sancti patres reliquerint. Nōne re-
tia & nauem? Et tñ postea domino, pmittēte audi-
re meruerunt: Omnis qui reliquerit domum, agros,
patrem & matrē, uxorem & filios, fratres & sorores
proper me, centuplum accipier, & uitam æternam
possidebit. Petrus in persona omnium libere rñdit:
Domine, ecce nos reliquimus omnia & secuti su-
muse te, quid ergo erit nobis? Et ille qui (ut diximus)

non cēsum, sed uotum pensat, ait: **A**mē dico uobis,
quia uos qui reliquistis omnia & secuti estis me, in re-
generatione cum sederit filius hominis in sede mai-
statis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim iudi-
cantes duodecim tribus Israel, **P**arū uidetur Petrus
& Andreas reliquisse in retibus & nauि, & magnam
gratiā & p̄mīū à domino accepisse. Sed tñ mul-
tum reliquerunt, qui uoluntatē habendi abnegaue-
runt. **T**amen enim à sequentib⁹ relinquitur, quātum à
non sequētib⁹ coticupisci potest. **Q**m̄ regnum dei,
quātum habes, tñ valet. **V**aluit Zachæo dimidium
substantiæ, valuit Petro & Andreæ nauem & retia:
sicut cum omnia relinquerent, nihil profuit Hermo-
geni & Socrati, quia Christum non fuerunt imitati.
Valet etiam calicē aquæ frigidæ, & si hæc omnia de-
fuerint, sola bona uoluntate cōparari potest. **Q**uia
domino nato, cœli ciues in terris uisi sunt, qui clama-
rē: **G**loria in excelsis deo, & in terra pax hominibus
bonæ uoluntatis. **B**ene aut̄ postquam dixit [re]lictis
omnibus, Jadiunxit, [secuti sunt eum.] **I**n ua-
cuum omnia sua relinquit, qui Christum non sequit̄
.i.imitatur. **S**ed inter hæc omnia considerandum est,
qualis artifex sit sp̄us sanctus, qui sine mora mentē,
quā tangit, nō solū immutat, sed etiā habet & docet.
Tetigit puerum citharedu, & Psalmistam fecit. **T**e-
tigit armentarium sycomoros uellicantē, & pphe-
tam fecit. **T**etigit abstinentem iuuenem, & iudicem
senum fecit. **T**etigit publicanum, & euangelistam fe-
cit. **T**etigit psecurorem, & doctorem gentium cōsti-
tuit. **T**etigit Petrum & Andreā, & pescatores pisciū
apostolos statuit. **R**ogādus est ergo à nobis artifex
& deuotissimis precibus supplicandus, ut mētes no-

S. ANDREAE

551

stras tangere dignet, cuius solummodo tetigisse, docuisse est. **E**t procedēs inde vīdis alios duos fratres, Iacobum Zebedaei, & Iohannē fratrem eius, in nauī cum Zebedaeo parre eorum, reficiētes retia sua, & uocauit eos. Illi autem statim, relictis retibus & patre, securi sunt eū.] **G**eminata in binis uocatio, superiorem narrationem confirmat. Nō solum em semel, sed & iterū bini uocati sunt discipuli: quia duo sunt, quæ erga charitatē proximis solicite seruare oportet. Primo, ut nullum laedamus: secundo, ut bonus, quod possumus, impendamus, qm̄ qui dixit, Quod uultis ut faciant uobis hoīes, & uos facite illis. Zebedaeus interpretatur dealbatio, significat dia bolū. Cui ideo recte nōmē dealbatiōis conuenit, qā cū sit & merito tenebrosus, ut ait Apostolus, transfigurata se in angelū lucis. Filii ergo Zebedaei isti discipuli, qui à dño uocati sunt, fuisse memorantur: qā ut ait Apostolus, Oēs irā filii sumus, anteq̄ redimēmur, nō conditionis naturā, sed imitatiōne & primis parētis pūaricatione. Nauis Zebedaei, infidelitatē significat: cuius nauis instrumēta uitia sunt & peccata. Qualia Paulus Apostolus enumerat, dicēs: Manifesta aut̄ sunt opa carnis, q̄ sunt fornicatiōes, immunditia, impudicitia, avaritia, idolorū seruitus, ueneficia, & his similia. Sicut aut̄ isti discipuli uocati à dño, relīcto patre, securi fuerūt, & ultra ad patrē non dicunq̄ reuersi, sic & nos, qui de potestate diaboli per diuinā gratiā liberati ad cælestē regnum sumus uocati, nec propter amorē parentū, nec cuiuscunq̄ cupiditatis obtēta, ulterius ad eū debe mus redire, propter illud & dominus dicat, Quia nemo mittens manū in ara-

LL ij

trum & respiciēs retro, aptus est regno dei: sed infatū
gabiliter usq; in finem in bono opere perseverare, qā
sicut ait saluator, Qui perseverauerit usq; in finē, hic
saluus erit. Vnde cuidam dicenti, Domine, sequar te
quocunq; ieris, sed dimitte me prius sepelire patrem
meum, respondit, Sine mortuos sepelire mortuos su
os. Tu autē sequere Christū. Sed his de uocatiōe disci
pulorum breuiter dictis, libet intueri quod non fru
stra dominus in prima sua uocatiōe quatuor discipu
los elegit. Quaternarius em̄ numerus perfectus est,
& in suis partibus diuisus, perfectionem significat.
Dividitur nang; in unum, duos & tres. Vnū ergo, qd
est prima pars eius, pfectioñ significat. Quia unus
dñs, una fides, unū baptisma, unus deus & pater oīm.
Duo, quod ē alia pars eius, ad perfectionē pertinēt,
propter duo testamenta, uel, ppter geminā dilectio
nem. Tres uero, propter individuam trinitatē, &
pter tria tēpora, ante legē, sub lege, & sub gratia: uel
quia hō interior ex tribus rebus constat, memoria,
sensu & uoluntate. Quaternarius autē numerus pfe
ctus est, propter quatuor euangelia, uel quatuor tpa
anni, siue, ppter quatuor elementa, ex quibus consta
mus in exteriore hoīc, aere, igne, terra & aqua: frigi
da, calida, sicca & humida: seu, ppter quatuor flumi
na, quæ egrediunt de paradiſo: uel certe, ppter quatuor
principales uirtutes, prudentiā scilicet & tēperan
tiā, fortitudinē & iustitiā. Has etiā uirtutes nō so
lū in numero, sed etiā in noībus isti discipuli signifi
cāt, Petrus em̄, qui à quibus dñ agnoscēs interpretaſ,
prudentiam significat: cuius uirtutis prima pars est,
deum eiusq; uoluntatē cognoscere: quia sicut insipi
ens est, qui dicit in corde suo, nō est deus, ita prudēs,

qui cognoscit deū, Hanc uirtutem in se habuit, qui
corde, hoīem uidens, deum cognouit, dicens: **Tu es**
Christus filius dei uiui. **A**ndreas, qui uirilis interpre-
tatur, fortitudinem significat, Quā uirtutem non so-
lum in noīe, sed etiam in opere habuit, quia in fide re-
sta usque ad passionem uiriliter perseuerauit int̄m,
ut etiam cum duceretur ad crucifigendū, uidens cru-
cem, cū gaudio diceret: **S**alue crux preciosa, quæ in
corpore Christi dedicata es, & ex membris eius tanq;
margaritis ornata es, gaudens & exultans uenio ad
te, ut suscipias me ab hominibus, & reddas me magi-
stro meo, ut per te me recipiat, q; per te redemit me.
Per Iacobum, qui interpretatur supplantator, iusti-
tia designatur, quæ iniquitatē supplantare & æquiti-
tatē nouit diligere. **Q**uam in oībus actibus nostris
habere debemus, sicut propheta dicit: Indicabo tibi
hō & rel. **J**ohannes, qui interpretatur gratia dei, uel
in quo est gratia, temperantiā designat, quæ alio no-
mine discrecio uocatur, & est mater oīm uirtutum.
Hanc uirtutē habebat ille qui dicebat: **A**ngelus no-
ster es an aduersario: **V**t enim homo prudens, for-
tis & temperatus sit, non à se haber, sed per diuinam
gratiā accipit. **C**um ergo dñs in prima sua uocatiōe
quatuor discipulos suos elegit, in ipso numero nobis
innotuit, quia si eius discipuli esse uolumus, has q̄tu-
or uirtutes habere debemus: ut simus Petrus, bonū
agnoscendo, ut uideamus p̄terita, præsentia & futu-
ra, propter illud quod dñs admonet, dicens: **E**stote
prudentes sicut serpentes. **E**t ipse Petrus, **E**stote pru-
dentes, & uigilate in orationibus. **A**ndreas, uiriliter,
qd bonū cognoscimus, per fortitudinē tenēdo, sicut
angelus admonet Iohannē in Apocal. dicēs: **E**stote

fortes in bello, & pugnare cum antiquo serpente, &c. Iacobus, uitia cum iustitia supplantando, ut in omnibus actibus iustitiam teneamus, sicut ait Apostolus: Iuste & pie uiuamus. Et Salomon: Diligite iustitiam qui iudicatis terram Iohannes, gratia dei adipiscendo. Et cum ipso discretionem habeamus, ut inter bonum malumq[ue] discernentes, bonum teneamus & malum relinquamus, propter illud Apostoli: Omnia autem probate, quod bonum est tenete. Quod cum fuerimus, habebimus in quadriga Cherubim faciem hominis per prudentiam, leonis per fortitudinem, ulti per iustitiam, aquilae per discretionem. Allegorice autem per hos quatuor discipulos, ut quidam dicunt, duo populi figurantur. Petrus enim, qui interpretatur agnoscens, populum Iudeorum significat, qui in ceremoniis obseruandis deum cognovit. Id idem significat Iacobus, qui gentilem fratrem suum prius credendo supplantauit. Andreas, qui interpretatur utilis, populum gentium significat, qui postquam deum credidit, utiliter in fide permanxit. Eundem significat Iohannes, qui interpretatur gratia dei, quia genitilis populus, gratia dei subueniente, saluari meruit, non suis meritis, sed sicut Paulus dicit: Gratia dei salutem factae sunt gentes. Imitemur ergo hos dei apostolos, ut per gratiam ipsius mereamur saluari, quemadmodum & illi. Quod ipse praestare dignetur, quod sine fine uiuit & regnat &c.

IN NATIVITATE

sancti Iohannis Baptista, Lucæ. I.

In illo tempore Elizabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognaticius, Et reliqua,



Non solum opera & uirtutes sanctorum plenè sunt admiracionibus, sed etiā ipsa uerba, quibus ad memoriam posterorum scribuntur, aliquā à mysterijs uacua non sunt. Quod i exordio huius lectio[nis] euangelista ostendere uoluit, cū præcursoris dñi nativitatē descripturus, ait: **Elizbeth**

impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Verbū impletionis scriptura sacra, in bonoꝝ tñ ortu, actu uel obitu ponere cōsueuit. Denique impletū sunt dies Mariae parere filium. Et Elizbeth impletum est tempus pariēdi. Et Salomon impleuit ædificare domum dñi. Mortuus est autē Abraam, uel alius alio quis patrū, senex et plenus dierꝝ. Merito c̄m in operib[us] sc̄torum impletio cōmemorat, quia etiā in brevi tempore ad cumulum perfectionis perueniūt, sicut de uno illorū scriptū est: Cōsummatus in breui explavit tempora multa, q[uod]a placita erat deo opera illius. Ut ergo ostenderet euāgelista quātāe perfectiōis præcursor dñi futurus esset, in ipso ortu nativitatis eius, uerbū impletōis ponere ratū duxit. At cōtra dies impletorum inanes & uacui, q[ui] licet lōgo tempore feliciter uiuant, nunq[ue] tñ ad cumulū perfectionis perueniunt. De quibus Psalmita ait: **Viri sanguinū & dolosi nō dimidiabunt dies suos.** Et sicut de eorū principe per beatū Iob dicit, **Antequā dies eius impleant, peribit.** & ut incaluerit sol, soluet de loco suō. **Hoc** umbraticā felī

336 **T**IN NATIVITATE

citatem sine perfectione transitura despercerat Psalmista, cum dicebat: Vidi impiū superexaltatum &c.
Et audierunt vicini eius quia magnificauit dñs misericordiā suam cū illa, & cōgratulabant ei.] Concordat aut̄ hæc euangelistæ narratio cum præmissa pmissione euāgelica. Cū enim angelus Zacharia nascitur Iohannē pmitteret, inter cetera ait: Erit tibi gaudium & exultatio, & multi in natuitate eius gaudebūt. Nunc aut̄ nato puerō, euāgelista adiungit, dicens: [E]t audierūt uicini & cognati eius & rel.] Merito eis uicini & cognati Elizabeth cōgratulabānt, non solū q̄ in proœcta etate filiū genuisset, sed etiā quia ad similitudinē Saræ & Annæ p̄ re-promissionē eū accepisset. Quod superius euāgelista de Zacharia & Elizabeth protulerat, Qui erant ambo iusti ante deum, incidentes in omnibus mandatis & iustificationibus dñi sine querela, hoc nunc in illorum operibus demonstrāt, cū ait: **E**t factū est in die octauo, uenerūt circuncidere puerō, & uocabant eū noīe patris sui Zachariā.] Præcepū erat in lege, ut infans recens natus, octauo die circuncidere, ubi declaratur, cū quāto studio alia præcepta legalia obseruabant, qui etiam in huius mandati custodia tam studiosi erant. Hi aut̄ qui cōuenerant uicini & cognati, uocabant eū nomine patris sui Zachariā, ut dignitas quæ in patre sene & muto uidebatur amissa, in filio recuperaretur. Quod aut̄ die circumcisionis nomina pueris imponebātur, ex eo in autoritatē creditur uenisse, quod beatus Abraā patriarcha cum signaculo circumcisionis, augmentum uel immutationem promeruit nominis. **E**t respondens mater eius, dicit: Nequaquam, sed vocabitur Iohā-

S. IOHANNIS BAPTISTAE. 537

nes.] Hæc em̄ à marito nō didicerat, q̄ppe qui ex eo,
quod sibi filium nasci non crediderat, mutus perma-
nebat. sed quia ille ab angelo, ista didicerat à sp̄sctō
Decebat enim ut nouæ gratiæ præco, nouo uocare
uocabulo, quod ei imponebat diuina electio, nō aut
carnalis cognatio. Et direrūt ad illā. Quia nemo
est in cognatiōe tua, qui uocetur hoc noīe. Innuebat
autem patri eius quem uellet uocari eum. Et postu-
lans pugillarem, scripsit dicens: Iohannes est nomen
eius. Hi qui conuenerant uicini & cognati, quia no-
mē patris filio imponere uolebant, nec mater ad hoc
assensum p̄bebat, quibus nutibus ualebat, patrē mu-
tū interrogave satagebāt. At ille postulās pugillarē, i.
stylū scriptoriū, qđ uerbis nō poterat, literis expressit
dicens: Iohānes est nomē eius. Vbi notandum q̄a non
dixit: Iohannes erit nomen eius, cum futurū uideret,
sed Iohannes est nomen eius. Ac si diceret, Nō nos ei
imponimus, quia habet uocabulū quod agnouimus,
non quod elegimus. Hoc ergo nomen non tunc pri-
mum impositum est, sed ante quam nasceretur, quan-
do à Gabriele angelo Zachariæ dictum est. Ne t̄ime
as Zacharia, exaudita est oratio tua, & Elizabet uxor
tua pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Iohan-
nem. Vbi magnus precursor dñi futurus præmōstra-
tus est, quando eius nomen ante quam nasceretur, p̄
dictum est. Nouum em̄ aliquid in eorum actibus fu-
turum præmonstratur, quibus nomina antea à deo
imponuntur, quām corporaliter nascantur: quod de
Iaac & Ismael legimus, de Salomone & Iosia, de Io-
hanne baptista, & de domino saluatore. Magnus er-
go iste Iohannes futurus ostēditur, quia antea nomi-
natus est quām natus. Cui illud conuenire potest, qđ

538 **T**IN NATIVITATE

diuina uoce Ieremia dicitur: Priusquā te formarē in utero, noui te: & antequam exires de uulua, sanctificauit te, & prophetam in gētibus dedi te. Et illud: Dominus ab utero uocauit me, de uentre matris meae recordatus est nominis mei: & posuit os meum domin⁹ ut gladium acutum sub umbra manus suæ. [Et mirati sunt uniuersi.] De tali scilicet concordia, q̄ mater uerbis, & pater scriptis in nomen filij concordarent. Mirati sunt tamen maxime, cum in eore cognatione nemo uocaretur hoc nomine. [Apertū est autē illico os eius & lingua eius, & loquebat̄] Merito lingua quā infidelitas uinxerat, fides absoluīt, ut impletetur quod ab angelo ei dictum fuerat: Pro eo quod nō credidisti uerbis meis, eris mutus, ne & poteris loquac̄ in diē quo hęc fiant. Quia em̄ uox clamatis in deserto nascebat̄, merito in eius natuitate lingua patris, q̄ prius obmutuerat, absoluit. Loquebat̄ autē non uerba ociosa uel fabulosa, sed benedicēs deum. Quia consuetudo sanctor̄ est, ut cum semp̄ bñdicat̄ dñm, maxime tunc in eius benedictione ora relaxat̄, qn̄ ab aliqua tribulatione liberati fuerint. Qd̄ hymnus triū pueror̄ pleniter declarat, q̄ in camino ignis ardantis, soluti deambulātes, nō solū deū bñdicebant, sed etiā creaturam ad eum laudandū, puocabant. [Et factus est timor super om̄es uicinos eorum, & sup omnia mortalia Iudææ diuulgabant̄ om̄ia uerba hęc.] Quia p̄co iudicis nascebat̄, nō solū uicinis, sed etiā aliorū corda timore cōmouebant̄: & q̄a audierat̄ illū p̄ reprobationē angelicā de sene patre & sterili m̄re natū, & q̄a uidebant in eius natuitate lingua patris esse solutam, non solū admiratione, uerum etiā timore corda eorum commota sunt. Vñ & dicunt: [Quisputas puer,

S. JOHANNIS BAPTISTAE. 539

Iste erit:] Quod est dicere: qualis est: Sed ne putas
Iohannē hanc gratiā sua uirtute adeptum esse, & nō
per diuinū auxiliū, recte subiungit: [Etenim manus do-
mini erat cū illo.] Manus dñi in scripturis aliqd diui-
næ protectionis auxiliū significat, sicut in psalmis le-
gitur: In manus tuas dñe cōmendo spm meum. [Et
Zacharias pater eius impletus est spū sancto, & pphie-
tauit.] Igitur q̄a ille natus est, qui non solū ppheta,
sed etiam plus quam ppheta futurus erat, de quo &
saluator ait in euangelio: Inter natos mulier nō sur-
rexit maior Iohanne, non solū officiū loquēdi in eius
natuitate pater recepit, sed etiā spū pphetiæ reple-
tus, aduentū saluatoris pñiciauit. Qd̄ q̄a uicinū fu-
ture pspexit, ppheticō more q̄si iam factū narrauit,
dicēs: **Benedictus dominus deus Israel, q̄a**
uisitauit & fecit redēptionem plebis suæ. [Vbi cō-
siderandū q̄ duo sunt q̄ posuit:] Visitauit, & fecit re-
dēptionē plebis suæ.] Visitauit q̄ppē, ad infirmos
ptinet: redēptio, ad captiuos. Visitauit ergo & fecit re-
dēptionē plebis suæ, p̄ aduentū suū dñs Iesus Chri-
stus, q̄ in se credētes & à languore animq; liberauit, &
à captiuitate diabolica p̄cioso sanguine redemit. Vn-
finis huius cātici ita concludit: **Uisitauit nos ori-
ens er alto.** Illuminare his, qui in tenebris & in um-
bra mortis sedent.] Et rel. Plebis suæ dicit, nō qd̄ hanc
ueniēs suā inuenierit, sed q̄a eā uisitando & redimen-
do suam fecerit, sicut ipse per Osee, pphetā dicit: Vo-
cabo non plebem mē, & rel. Haec de natuitate p̄cur-
soris domini ad literam breuiter dicta sunt. Spirituali-
ter cum Iohannis celebratur natuitas, noui testamē-
ti inchoarū sublimitas. A diebus em̄ Iohānis (ait sal-
uator) regnum calorum patitur, & q̄ uim faciūt, dī-

§40 **TIN NATI. IOH. BAP.**

ripiunt illud. **Congratulabant** uicini & cognati Elizabeth in nativitate Iohannis, quia gaudium natum est in cælo angelis de ablutione iustorum, domino dicente: **Gaudium erit coram angelis dei in cælo &c.** Siue congratulabantur uicini & cognati genitrici in ortu noui pueri, quia ecclesia spiritale gaudiū habuit, cum fidelem populum per baptis̄mum genuit. **Cōcinit autem gratia noui testamenti, quod eiusdem præconis circuncis̄o octaua die celebratur.** Octonarius enim numerus ad fidem resurrectionis pertinet, dicente Salomone: **Da partes septē, necnon & octo.** Et dñs Jesus Christus octaua die resurgens à mortuis, nostram resurrectionem in octaua ætate seculi futuram demonstrauit. **Recte cum nouum testamen̄tum inchoat̄,** Iohannes octaua die circunciditur, pulchre etiā nativitate noui præconis patris lingua absolvitur, q̄a & spiritualiter sacerdotij dignitas, & veteris testamenti mysterium, quod absconditum & ligatum erat, post domini resurrectionem manifestatum & declaratū est. **Hic autem qui patris nomē puer magis quam Iohannem imponere uolebant,** illam partem populi significat, qui magis ex operibus legis quam per fidem Christi hominem posse iustificari credebant. **Sed mater hæc propheticō spiritu prohibet, dicens:** **Nequaquam sed uocabitur Iohannes,** quia ecclesia eorum ablutionem, quos per baptismū regenerat, magis per fidem & gratiā, quam per op̄a legis posse implere credit. **Quod nomen Iohannis in nostra lingua sonare uidetur, qui gratiam dei, siue in quo est gratia, interpretatur.** **Gratia em̄ dei (ait Ap̄stolus)** saluæ factæ sunt gentes. **Et sicut alibi ait:** **Nec circuncis̄o aliquid ualerit, neq̄ præputium, sed fides q̄**

Petri et Pauli apost. 541
per dilectionē operatur. Vnde spiritualiter patris no-
men puerō imponere uolentibus, Petrus apostolus
cum Elizabethi contradicit, cum ait: Quid uultis im-
ponere iugum super ceruices discipulorum, quod ne
que nos neq; patres nostri portare potuimus: sed p
gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmo-
dum & illi.

SO IN DIE SANCTO~~s~~
apostolorum Petri & Pauli.

Matthæi XVI.

In illo tempore Venit Iesus in partes
Cæsareae Philippi. Et reliqua.

Cæsarea tres legimus, duas in terra repromissi-
onis, tertiam uero in Cappadocia. Est em Cæ-
sarea Palæstinæ regionis, in littore maris ma-
gni, quæ prius Turris stationis uocabatur, sed postea
ab Herode in honorem Cæsaris nobilius reëdificata,
Cæsarea est appellata. In qua idē Herodes in hono-
re Cæsaris magnificam domum albo marmore con-
struxit: ubi Herodes ab angelo percussus, eo q; nō de-
sisset honorem deo, consumptus à uermibus expi-
ravit. In hac etiam Cornelius centurio à Simone
Petro baptizatus est: in ea uero quatuor filiarū Phi-
lippi uirginum sepulchra usq; hodie ostenduntur. Est
& alia Cæsarea quædam in Cappadocia, de qua Lu-
cas euāgelista in Actibus apostolorum meminit: De-
scendit Cæsaream, & salutauit ecclesiam. Tertia autem
Cæsarea est Philippi, cuius in hoc loco euāgelista me-
minit, & ipsa in terra repromissiōis, quam Philippus

542 **T**IN DIE SANCTO

Herodis filius in honore Cæsar is ad radices montis Libani ædificauit: & hæc Cæsaream Philippi cognominauit, ubi duo fontes oriuntur, unus noīe Ior, alter uero Dan, qui simul iuncti, Jordanē efficiunt fluuium. In huius ergo partes ueniens Iesus cum discipulis suis, interrogabat eos, dicens [Quem dicunt homines esse filium hominis?] ut scilicet ubi Cæsar nummum exigebat tributi, ibi saluator nummum acciperet fideli. Notandum aut, quia non ait, Quem me dicunt homines nescire, ne iactanter de se quereretur uideretur, sed, quem dicunt homines esse filium hominis. Et cū maioris honoris uideretur filium dei se uocari, filium hominis se uoluit nominare, ut ostenderet in omnibus actibus humilitatem esse seruandam: siue certe, ne aliquis de ueritate assumpcio carnis dubitaret, frequenter filium hominis, quam filium dei se uocare maluit, sicut est illud: Veniens filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Et, filius hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Et, Vulpes foureas habet, & his similia. Vbi cunq; em in latino filius hominis legitur, in hebreo filius Adam habetur, sicut illud in Psalmo: Filii hominum usquequo graui corde, pquo in hebreo habetur, filii Adæ. Sed interrogati discipuli, diuersorum opinionem proferunt, dicentes: [Alij Iohannem baptistam, alij uero Eliam, alijs uero Ieremiam, aut unum ex prophetis.] Quid autem homines Eliam aut Ieremiā Christū putauerint, cū ante multa curricula annorum fuisse leguntur? Sed hic error in populo ex stultitia gentilium descendebat, ut parenti aliquem magnum virum post mortem suum sp̄ dare posse cui uellet. Quo errore seductus fuerat Herodes, qñ audita fama de Iesu, dixit: Iohannes quem ego decollaui, surrexit à mortuis, & uirtutes multæ

PETRI ET PAVLI APOST. 543

operari in eo. Diuersorū autē opinionibus auditis, saluator ad discipulos specialiter sermonem conuertit, & dicit: **Uos autē quem me esse dicitis?** Ac si diceret: illis hominibus humana tantum de me opinantibus uos, q̄ ex illis non es̄tis, q̄ ego elegi uos de mūdo, quem me esse dicitis? In quibus uerbis ostēdit, eos in humana fragilitate humanæ naturæ meritū transcedisse, & ad imitationē ueri dei quodāmodo deos uocari posse, iuxta illud Psalmographi: **Ego dixi,** **dij estis & filij excelsi omnes.** **Respōdens Simō Petrus, dixit:** **Tu es Christus filius dei v⁹i.** Nō solum Petrus ordinem sui prioratus seruat, cum interrogatus primus respondit, sed etiam magnitudinem amoris ostendit. **Merito ergo primus responderet,** quia plus ceteris eum diligit. In multis nanci euangelij locis legimus, Petrum præ ceteris dñm discipulis dilexisse, ipso domino dicente: **Simon Iohānis,** diligis mē plus his? Et ille: **Tu scis dñe, q̄a amo te, siue diligo.** Et cū duodecim discipulis suā passionē prædicteret, hoc Petrus præ magnitudine amoris ferre non ualens, assumpit eū secreto, & dixit ei: Propitius tibi esto dñe, ne fiat istud. Nō em̄ decet ut filius dei gustet mortē. Et cū imminēte articulo passiōis diceret, **Oēs** uos scandalū patiemini in me iniusta nocte, ille r̄ndit: **Etsi oēs scandalizati fuerint in te, ego nunq̄ scandalizabor.** Cumq̄ qd futurū erat p̄dicaret, dicens: **Amē di co tibi, anteq̄ gallus cātet ter me negabis,** Petrus de se p̄sumēs ait: **Etiā si oportuerit me mori tecū, nō te negabo.** Et cū post resurrectionē st̄as in littore, discipulis p̄scatibus apparuisset, audiens Petrus qd dominus est, tunica succinxit se, & misit se in mare, & uenit ad Iesum. Ceteri uero discipuli nauigio uenerūt. Eius

§44 IN DIE SANCTO

dem ergo amoris flamma Petrus succēsus, omnibus discipulis interrogatis, primus respondit, dicens: [Tu es Christus filius dei uiui.] In quibus uerbis fundamētum ueræ fidei decentissime declarauit. Christus enim grāce, ab unctione chrisimatis nomē accepit. Et cum Christum confitetur, uerū hōiem credere docet, q[uod] nō materiali oleo, sed spiritu sancti dono unctus ē. Vñ Psalmista ait: Vnxit te deus tuus, & rel. Cum uero ad iunxit, [filius dei uiui,] uerum deum illum esse insinuat: quia quod est pater, hoc genuit, i. deus deū. De um autem uiuum appellat, ad cōparationem falsorum deorum, qui ab hominibus dij putabantur, sed mortui erant, ut scilicet Jupiter, Saturnus, Mars, Mercurius, Venus & cætera idolorum portenta, de quibus per Prophetam dicitur: Dijs qui cælum & terram non fecerunt, pereant. & rel. Et Psalmista: Omnes dij gentium dæmonia. Respōdens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon bariona. Mercedem recipit uera confessio. Quia enim Petrus confessus est Christum filium dei uiui, merito beatificatur, & bariona, quod in nostra lingua sonat filius columbae, à domino cognominatur. Quod enim columba spiritum sanctum significet, ipse manifestanit, quando redemptore baptrizato, in specie columbe apparuit. Bariona ergo, filius columbae, id est, spiritus sancti dicitur: quia spiritu sancto reuelante, filium dei uiui confessus ē. Nonnulli aut̄ bariona, pro bar Iohanna scribendum putant, eo quod iuxta alijs euangelij locum, filius Iohannis sit appellatus, domino dicentes Simon Iohānis, diligis me Iohanna uero gratia dei, siue in quo est gratia, interpretatur. Merito ergo primus apostolorum Iohannis filius dicitur, q[uod] a non p-

PETRI ET PAVLI APOST. §45

pria uirtute, sed patris gratia reuelante filium dei co-
gnouit. Vnde & subditur: **Quia caro et sanguis
non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cæ-
lis est.** Caro & sanguis in hoc loco carnalem doctrinam scribarum & pharisæorum significant, iuxta illud quod apostolus Paulus prestatetur, dicens: Conti-
nuo nō acquieui carni & sanguini. Nō ergo p doctrinam pharisæorum & scribarum principes apostolorum Christum filium dei cognouit, sed patre reuelate, sic-
ut idem filius alibi patrem glorificat, dicens: Confiteor tibi pater, dñe celi & terræ. **E**t ego dico tibi q[uod] tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiæ meam.] Ac si diceret: Quia tu me confessus es Christum filium dei uiui, & ego dico tibi, non casuo vel transito sermone, quoniam meum dixisse, fecisse est, dico inquam tibi, quia tu es Petrus &c. Vbi non est putanum, quod nunc ei primum Petri cognomen impo-
suerit, sed quando euangelizante Andrea ad eum ue-
nit, cum intuitus cum, dixit: Tu es Simon filius Iohanna, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, quod em Syriace Cephas, latine Petrus dicitur. Vtrumque autem nomen ab illa petra deriuatur, de qua ait Apostolus: Petra autem erat Christus. quod autem ait, [& super hanc petram ædificabo ecclesiæ meæ,] tale est acsi diceret, super hanc fidem, id est, super me, quem tu confessus es, ædificabo ecclesiam meam. Fu-
damenntum enim aliud (ait Apostolus) nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ea ergo quæ continentur, cadere non pos-
sunt, quia fixa sunt ea quæ continent. Vnde & subin-
ferritur: **E**t portæ inferi nō præualebunt ad ter-
sus eam. Per portas inferi in hoc loco doctrinæ ha-
MM

reticorum accipere possumus, quæ suos auditores in
infernum ruere facit. Portæ ergo inferi contra ecclæ-
siam, quæ super Christum fundata est, non præualebit:
quia licet frequenter pullata sit, persecutionibus hæ-
reticorum, tamen à fide catholica euelli non potuit.
Aliter portas inferi, uitia & peccata intelligere pos-
sumus, qualia Apostolus cōmemorat, dicens: Mani-
facta sunt opa carnis, quæ sunt fornicatio, & his simi-
lia, quæ recte portæ inferi noſantur, quia in se perse-
uerantes ad infernū dimergunt, sicut idem Aposto-
lus cōclusit, dicens: Qm̄ qui talia agunt, regnū dei non
consequent;. Portæ ergo inferi nō præualebunt adver-
sus ecclesiā, qualiter his uitis & peccatis eleſti tenta-
ri possint, tñ in his usq; ad finē pseuerare nesciūt. Aut
em an tequā uincantur uincūt, aut post lapsum cito p-
penitentiā surgunt, iuxta quod dñs alibi ait: Omnis
qui uenit ad me, & audit sermōes meos, & facit eos,
dicā uobis cui similis est: Similis est hoī ædificanti do-
mū, qui fodit in altū. &c. Ettibidabo claves re-
gni cælorū. Claves regni cælorū nihil aliud, nisi ligā-
di & soluēndi potestatem significant. Sicut em̄ clavis
ad hoc in ostio ponitur, ut amici recipiantur, extra-
nei autem excludantur: sic ligandi atque soluēndi po-
testas iustos recipit, iniustos uero excludit. De q̄ sub-
ditur: Et quodcūq; ligaueris super terrā qc.
Vbi considerandum, uir iste quia tāta humilitate uo-
catur, ad quantam gloriam sit perductus. Quia enim
relictis omnibus Christum ardentissimo amore secu-
rus est, ad tantam celitudinem peruenit, ut uice dei
quorundam peccata relaxare, quorundam etiam re-
tinere posset. Nec tamen purandum est, quod solum
beato Petro hæc potestas data' est, sed sicut unus pro

DE S. LAVR. MART. 547
omnibus respondit, [Tu es Christus filius dei nui.] ita in uno omnes audierunt: Quodcumq; ligaueris su-
per terram & reli.] Vnde cum post resurrectionem
dominus discipulis suis spiritum sanctum dedit, su-
per omnibus generaliter ait: Quorum remiseritis pecca-
ta, remittitur eis. Nec solum apostolis haec potestas
data est, sed etiam episcopis & sacerdotibus, qui nuc
eorum ordinem in ecclesia retinent, & ligandi solu-
dix potestatem habent. Vnde in lege de leprosis fi-
guraliter praecepit, ut si quis lepra percussus esset, ostē
deret se sacerdoti, & ad eius iudicium aut ejceret ex
tra castra, aut recipere: no quod ipse leprorum mū-
dere, aut mū datum leprorum facere posset, sed quia
ad ministerium ipsius sacerdotis pertinet, ut disser-
nat inter lepram & lepram, id est, inter peccatum ma-
ius & minus. Hunc sensum require in euangelio in
octaua Paschæ.

DE SANCTO LAV-
rentio martyre, Iohan. XII

In illo tempore loquebatur Iesus cum
discipulis suis in parabolis: Amen amen di-
co uobis, nisi granū frumenti cadens in terra
mortuorum fuerit, Et reli.

Hortatus dñs discipulos ad martyriū, suæ
passionis exemplum præmisit, ut rāto minus
pro eius nomine morte pati timerent, quāto
in hoc ope cælestis magistri imitatores existerent, Ait
ēm: Amē amen dico uobis, & rel. In qbus uerbis
intelligimus, qd dñs in similitudine grani frumenti se-

548 **T DE S. LAVENTIO**

ipsum dicit mortificandum & multiplicandum: mor-
tificandum, in infidelitate Iudeorum: multiplicandum,
in fide omnium populorum. Quod non solum facilis
us, sed etiam apertius intelligere possumus, si superio-
ra huius euangelij parumper attendamus. Supradictum
retulit euangelista, quia praedicante domino Hiero-
solymis in die festo, erant quidam gentiles, qui uene-
rati adorare in Ierusalem: hi accesserunt ad Philippum,
qui erat a Bethsaida Galilaeæ, & dixerunt ei: Domi-
ne, uolumus uidere Iesum. Venit Philippus & dixit
Andrea. Andreas rursum & Philippus dixerunt Ie-
su. Jesus autem respōdens dixit eis: Venit hora ut cla-
rificetur filius hominis. Ac deinde subiuxit: [Amen
amen dico uobis, & rel.] Qui ergo ex gentibus se ni-
dere desiderantibus dixit, Venit hora ut clarificetur
filius hominis, ac deinde subiunxit: [Amen amen dico
uobis, Nisi granum frumenti cadens in terram &c.] In
ordinē suā passiōis pfecto insinuauit, qā prius mor-
tificandus erat a Iudeis, & postea prædicandus gen-
tibus. Nam eius nomē tanto magis crescit in fide cre-
dientium, quanto per mortem in perfidia Iudeorum
est extinctū. Nec indignum debet redēptore nostro
uideri, si in assumpta humanitate grano frumenti co-
paretur, in qua etiā uilibus uermibus assimilat, sicut
ipse p̄ prophetā dicit: Ego sum uermis & non homo.
Et pulchrit̄ dñs grano tritici cōparatur, qā sicut in oī
bus annonis nihil frumento pulchrius, nihil ē delecta-
bilis: ita ipse oēs creaturas excellit, qā nihil eo ūauī
us, nihil dulcius inueni. Siue certe grano frumenti cō-
parat, qā alimento corporis & sanguinis sui fidelium
aīas reficit. Ipse em̄ ait in euāgelio: Ego sum panis ui-
nus, qā de caelo descendit. Et iter: Panis quem ego de-

dero, caro mea est, pro seculi uita. Et alibi: Caro mea
uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Prēmis-
so autem mysterio suae passionis, mox ad constantiā
martyrii discipulos suoshortat, dicens: Qui amat
animam suam, perdet eam. & qui odit animam su-
am in hoc mundo, in uitam aeternam custodit eam.]
Anima in scripturis, aliquā interiorem hōiem (id est,
uirale sp̄m) significat, aliquā præsentem uitā. Interiorē
hōiem, sicut dñs dicit: Quid p̄dest hōi si totum mun-
dū lucretur, animæ aut̄ sua detrimentū patiatur? Præ-
sentē uitā, sicut alibi ait: Nōne anima plus est q̄ esca,
& corpus plusq̄ uestimentum? Ergo in hoc loco ani-
mæ noīe præsentē uitam designat, cum dicitur: [Qui
amat animam suā, perdet eam.] Mira autē res est, ut
amando anima peat, & odiendo in hoc mundo, in ui-
tam aeternā custodiatur. Tūc em̄ nostrā animā bene
odimus, & odiendo custodimus, q̄n eius carnalibus
desiderijs contradicimus, eius appetitū frangimus,
eius passiōibus reluctamur, & in cōparatione futuræ
uitæ præsentē uitā, p̄ nihil ducimus: illud sollicite cō-
siderātes, qđ dñs ait: Si quis uenit ad me, & nō odit pa-
rem suum & matrē & uxorem, filios & fratres & so-
rores, adhuc aut̄ & animam suā, nō potest esse meus
discipulus. Taliter Paulus animā suā oderat, cū dice-
bat: Ego aut̄ nō solum alligari, sed etiam mori para-
tus sum in Ierusalē pro noīe dñi nostri Iesu Christi.
Non em̄ facio animam meā preciosior em̄ q̄ me. Et
ut hoc qđ dicimus etiam simpliciores intelligere pos-
sint, liber aliquos ad mediū deducere, q̄ odientes ani-
mag suam amauerunt, & alios q̄ amantes, odio ha-
buerunt. Verbi gratia, dictū est q̄busdā: Adorate ido-
la, alioquin interficiemini. At illi odiētes animā suā,

550  DE S. LAVENTIO

id est, præsentem uitam pro nihilo ducentes, in mortem corporis inciderunt, sed ad uitam animæ peruerterūt. Dictum est etiam alijs: **A**dorate idola, alioq[ue] interficiemini. Illi uero male amates animam suam, id est, præsentem uitam adorauerunt, & mortem perpetuā inuenerunt. **T**aliter beatus Laurētius leuita, cuius hodie festiuitatē colimus, animā suā oderat, & odendo in uitā æternā custodiebat, qñ expensis facultatibus ecclesiæ, propter nomē dñi nostri Iesu Christi in craticula positus, crudelissimo tyrāno dicebat: **A**fasū est, iam uersa & manduca, nā facultates ecclesiæ, quas regis, in celestes thesauros manus pauperū deportauerunt. Cuius autē imitatores in passione sint martyres, dñs manifestat cum dicit: **S**i q[uo]d mihi ministrat, me sequat. **S**equi eñ dñm, imitari est, sicut ipse alibi dicit: **Q**ui uult uenire post me, abneger semetipm, & tollat crucem suam, & sequāt me. **E**t iter: **Q**ui non baiulat crucē suam, & uenit post me, nō est me dign^o. **V**arijs em̄ modis fideles Ch̄ro ministrant. Alij bene dicendo, ut confessores, alij pro eius nomine moriendo, ut martyres, alij iuste eleemosynas tribuēdo, ut fideles Iaici. **S**ed qui Christo ministrat, Christum debet sequi. **Q**uaia sicut Iohannes Apostolus ait, **Q**ui dicit se in Chro manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. Qualē autē remunerationē pro tali imitatione recipiat, ipse declarat, cum subiungit: [**E**t ubi ego sum, ibi & minister meus erit.] **Q**uid amplius potest, pmitiri fidelī ministru, quāmut mereatur esse cū domino suo, nec solum uidere eius humanitatem, sed etiam contemplari ipsius diuinitatem? **V**nde & subditur: **S**i quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in cælis. Honori-

IN ASSVMPT. MARIAE 551

ficabit pater ministrū filij, qm̄ pro fideli ministerio uſ
tā æternā retribuer, dicēs: Euge serue bone & fidelis,
& rel. Et tunc implebitur oratio saluatoris. Pater, da
ut sicut ego & tu unū sumus, ita & isti in nobis unū
sint: non æqualitate naturæ, sed participatione glo-
riæ. Ad quā nos adducere dignetur, qui cum patre &
spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amē.

LECTIO LIBRI

Ecclesiastici, omnibus festis diebus
beatæ uirginis dicatis commu-
nis, Ecclesiasti. XXIIII.

Ab initio & ante secula creata sum, & us-
que ad futurū seculū non desinam. Er reli-

Lectionis huius capitulū, quod ex libro sapientiæ, sumptu cognoscitur, specialiter laudē ē ter
næ dei sapientiæ, per quē omnia creata sunt,
cōmēdare uide. Sed hīc particula à catholicis & eru
ditis patribus in solennitate ppetuæ uirginis Mariæ,
de qua eadē dei sapientia carnē assumpit, ad legendū
ordinata est. Potest pars quædā illius nō incongrue
eidē dei genitrici aptari, q ab ipa dei sapientia talis cre
atā, ut p illā ad redimēdā humanā naturā dei filius
sine humana cōcupiscentia crearet. Quid em̄ absurdū, qdve contrariū est, si hoc qd ait, In omnibus re
quiem quæsumi et in hereditate dñi morabor,
dei genitrici conuenire dicamus! ipsa quippe in omni
bus requie quæsumi, que ut in requie sempiterna pa
tre inuenire posset, prima oīm virginitate m suam
sine macula seruare deuouit, sicut angelo Gabriel dō
MM iiiij

552 IN ASSUMPTIONE BEA.

mini conceptionē nuncianti respōdit: Quō fiet istud,
 qm̄ uirum non cognosco? .i. ne cognoscere disposui,
 Ilsa in hæreditate dñi morata est, que non peccando
 à possessiōe dñi discessit, sed integrā suam animam
 à concupiscentia, & carnem à corruptione seruans,
 portio hæreditatis dei effecta est, cantans cum pphe-
 ta & dicens: Etenim hæritas mea præclara est mihi,
Cuius personę cōuenire uidet quod sequitur. Tunc
præcepit & dixit mihi creator omnium, & q̄ creauit
me, reguit in tabernaculo meo.] Quis aut̄ creator
 oīm credendus sit, Iohannes in euangelio declarat, q̄
 cum dixisset, In principio erat uerbum, & uerbū erat
 apud deū, adiecit: Omnia per ipsum facta sunt, & sine
 ipso factū est nihil. Et Daud: Oia in sapientia fecisti.
 Iste igitur creator oīm in eius tabernaculo requieuit,
 qñ uerbum dei p̄ quod oia facta sunt, ut hō uerus fieri
 ret, intra uirginis uteri carnē suscepit. Quapropter cesi
 set latrare Manichæus heretico grunniunti p̄sumptio-
 nis, q̄ ausi sunt dicere Christū ex uirgine uera noui assumu-
 p̄isse carnem. Dicat aut̄ ipsa dei sapientia in gloria uir-
 ginis: [Qui creauit me, reguit in tabernaculo meo]
 & dixit mihi, in Iacob inhabita, & in Israel hæredita-
 re. Iacob, q̄ supplantator interpretatur, illorū signifi-
 cat actiōes, q̄ ut in uirtutibus animæ, p̄ficere ualeat,
 uiriliter uiuere, blandimēta calcant. In illis ergo ha-
 bet dei sapientia habitaculū, q̄ uitia supplaniātes, hoc
 hñt in ope, qđ Iacob signat in nose. Sicut ipse dicit in
Apocalypsi: Et inhabitabo in illis, & in ambulabō Is-
 rael uero idē Iacob appellatus est, postquā angelum
 superans, deum uidere meruit, unde merito uir uidēs
 deum interpretatur. Igitur post supplaniationē ui-
 torum, ad cōtemplationē dei tendēs anima, hæredi-

tas efficitur dei sapientiae. i. Christi, iuxta illud Apo-
stoli: Hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Iube
in nihilo minus & in electis mittere radices, id est, co-
gitationum suarum semina illorum mentibus occul-
ta inspiratione immittere, quos nouit fructum boni
operis germinare. Non ergo in reprobis, sed in elec-
tis radices mittit, in quorum cordibus ita radicibus
spiritualibus bona ligatur uoluntas, ut antequam ad
maturitatis fructum perueniat, non arescant. Sed q
modo cunctes & flentes mittunt semina sua, in furo-
re uenientes, uenient cum exultatione portantes ma-
nipulos &c. a pio iudice audientes. Venite benedicti
patris mei, percipite regnum quod uobis paratum &c.
Esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c. Sequitur:
Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata
militer requieui, & in Ierusalæ potestas mea. Sion in
ipsa Ierusalem posita est, non solum ad defensionem
munitior, sed etiam ad contemplandum sublimior,
unde cognitus speculum uel speculatio interpretatur.
Cuius nominis iinterpretatio congruit ecclesia, quæ
ne inuisibiliu[m] hostium insidijs pateat, superior per
spirituale desiderium petat, atque caelestia per mentis
munditiam contemplatur, orans cum propheta & di-
cens: Esto mihi domine turris fortitudinis. Ciuitas
autem sanctificata sancta ecclesia est, que ab illo sancti-
ficari se optat, cui quotidie in oratione dicit: Sanctifi-
ce me no[m]en tuu[m], considerans sollicite admonitionem
domini, dicentis: Sancti estote, quia ego sanctus
sum deus uester. In ciuitate ergo sanctificata dei sa-
pientia requiescit, quia in illorum mentibus requiescit,
qui sanctimoniam diligunt. Quod uero subditur,
[Et in Ierusalæ potestas mea] ad hoc pertinet, quia

quondam patrem in illorum cordibus teneret, qui uisitatem
intimae pacis toto affectu diligunt. Sequitur: [Ex tra-
dicaui in populo honorificato, & in partes dei mei
haereditas illius.] Populum honorificatum, populum
dicit sanctum. Quia ut ait Apostolus, gloria, honor
& pax in omnem animam hois operantis bonum. In
tali ergo populo radicasse dicitur, qui non flatu ten-
tationis uelut fauilla rapiuntur, sed firmiter in amore
dei radicati perseverant, iuxta admonitionem Apo-
stoli, dicentis: In charitate radicati & fundati, ut pos-
sitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit logi-
tudo, latitudo & sublimitas & profundus. Huius igit
populi partes dei haereditas est, qui eius amori nil
anteponunt, & in eius comparatione nihil caru aesti-
mant, de quibus in lege dicitur: Tribui autem Leui non
dabis haereditatem: Ego enim pars & haereditas illi
us. Et de quibus ait Psalmista: Beata gens cuius est
dominus deus eius &c. Et ipse clamans dixit ad illum.
Domini pars haereditatis mea & calicis mei tu es &c. q.
ergo tales sunt, ad perseverantiam tendere debent,
unde & subditur: Et in plenitudine sanctorum deten-
tio mea.] Plenitudo sanctorum, perfectio est opera.
Plenitudinem habent, qui in bonis operibus consum-
mantur, quam plenitudinem cōcedere nobis digne-
tur, qui est benedictus in secula seculorum, Amen,

IN DIE SANCTO AS-
sumptiōis deiparæ uirginis Mariæ. Lu. X.

In illo tempore intravit Iesus in quoda-
dam castellū, & mulier quædā Marthana
minecepit illum. Et reliqua,

MARIAE VIRGINIS

553

Conditor & redemptor humānē naturā dñs Iesu Christus, non solū ad se uenientibus uerbū uitæ annunciabat, sed etiam circuēs ciuitates & castella, ut euangeliū refert, cælestē regnū omnibus euangelizabat. Cumq; iuxta hanc consuetudinem p̄diuersa discurreret loca, intravit quoddam castellum. Iuc præsens euangeliū lectio narrat, & mulier quædam Martha nomine, excepit illū in domū suā.] Excepit aut̄ illum quasi hospitē, quasi peregrinum, quasi illum qui non haberet ubi caput reclinaret. Et adhuc excepit illū quasi uirū magnū & prophetam eadem deuotione, qua uidua Sareptana quondam Eliā prophetā suscepserat. Suscepit illū, suscipienda ab illo: seminans & sua carnalia, ut meteret illius spiritualia. Huius autē soror erat Maria noīe: quia Martha & Maria sorores erant, non solū spiritu, sed etiā carne germanæ: quare fratrē Lazarū dñs à mortuis resusci tauerat. Hæc ergo Maria sedens secus pedes dñi uerbum de ore illius int̄era auribus audiebat. Audierat em̄ prophetā dicentem: Vacate & uidete qm̄ ipse est deus. Et illud qd̄ per Moysen dicitur: Et qui appro pinquāt pedibus eius, accipiūt de doctrina eius. Sed qm̄ om̄is qui hospitē & peregrinū suscepit, iuxta possibilitatem suam temporale subsidiū ministrare deberet, Martha circa frequēs ministeriū int̄m̄ solicita erat, ut non solū contra sororē, sed etiā cōtra ipsum dñm̄ querelam assumeret, dicens: [Dñe, non est tibi curæ qd̄ soror mea reliquit me ministrare solā, dic ergo il li ut me adiuuer.] Ille uero qui nō est personar̄ acceptor, sed subtiliter singulor̄ merita dijudicat, & uirtutes discernit, ut ostenderet meliorē esse animā q̄ corporis, & meliorē esse cibū spiritualē q̄ carnalē: ita unius

556 **I**N DIE ASSVMP.

opus laudat, ut alterius non uituperet. **A**it vero:
Martha **M**artha, sollicita es et turbaris er-
go plurima. Dorro unum est necessarium, ubi
non opus Marthæ reprehenditur, sed Maria lauda-
tur, cum dicitur: Maria optimam partem elegit, que
nō auferetur ab ea. Quod autem ait, **M**artha **M**ar-
tha, I repetitio istius nominis, admonitio est pia in-
tentiois. **H**ec ad literam breuiter dicta sunt. **S**pissæ
liter autem castellum quod dñs ingressus est, mun-
dum significat. **Q**uasi eñ castellum intrauit, quando
mundo uisibilis apparuit, quādo exinipiuit semet-
ipsum formam serui accipiens in similitudine homi-
factus, & habitu inuentus ut homo. **D**ux autem de-
uotæ forores que dñm suscepérunt in domum suā,
duas ecclesiæ uiras significat, actiua scilicet & con-
templatiuam. **Q**uarū proprietatem in suis actibus
demonstrant, cum una circa frequēs ministeriū fa-
gebat, actiua uitæ labor exprimitur. **A**d quā per-
tinet reficere esuriētem, potare sitiētem, uestire gu-
dum, suscipere hospitem, uisitare infirmum, sepelire
mortuū. **H**is etiam que in regimine sunt subjectos,
necessaria laboriosa sollicitudine præuidere. **P**er Ma-
riam vero que sedens securus pedes dñi uerbum illius
audiebar, contéplatiuæ uitæ dulcedo designatur. **C**u-
ius sapor quanto magis degustatur, eo amplius à re-
bus uisibilibus, & curarū tumultibus atq; negocijis ani-
mus separatur. **S**pissæ enim omnibus curis, calcatis
omnibus ulcbris, sola mēs cum solo deo esse desiderat.
Liber ei audire præcepta cœlestia, lectioni & oratio-
ni frequenter incumbere, & quantū mortalis fragili-
tas permitit, certibus angelorum interesse; & quia ab
illorum consortio aliquantulū separatur, cum spiri-

MARIAE VIRGINIS

557

tali gaudio amarissime deset. Hanc gratiam inestimabilem, hanc felicitatem incomprehensibilem dominus significare uoluit cui dixit: [Porro unum est necessarium, Maria &c.] Tantum autem eius suauitas est necessaria, ut etiam ea quae hic bona esse uidetur, ad illius comparationem superflua iudicentur. Ibi est enim quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quae preparauit deus diligenteribus te. Quam suauitatem optabat ille habere, qui dicebat: Vnam perij a domino &c. Et actiuia quidem uita in uita est, contempliuia in patria. Actiuia in necessitate, contempliuia in dilectione. Actiuia in labore, contempliuia in requie. Actiuia nang in praesenti uita incipit, & cum praesenti finitur, mercede restante. Quis enim in illa patria esuriensem reficiet, ubi esurientem? Quis nudum uestiet, ubi uestis est immortalis? Quis infirmum uisitabit, ubi qui infirmetur est nullus? quis mortuum sepeliet, ubi perpetua est uita? Contempliuia uero uita in praesenti incipit, sed in futuro perficietur. Unde bene de Maria dicitur: [Optima partem elegit Maria, que non auferetur ab ea.] Quia quod hic animus parumper degustare incipit, illuc pleniter percipiet, ubi uidebitur deus deorum in Sion. Apostolo teste, qui ait: Quod nunc uideamus per speculum enigmata, tunc autem facie ad faciem. Et iterum: Nunc cognosco ex parte &c. Hoc ergo inter actiuia & contempliuia uitam distat, quia actiuia communis est & malorum. Contempliuia uero speculatio quanto sublimior, tanto est rarer. Raro enim inueniuntur, qui in ueritate dicere possint: Nostra autem conuersatio in celis est. Et illud, Siue mente excidimus deo, siue sobrii sumus uobis. Ordo autem harum uirtutum

TIN DIE SANCTO

exposcit, ut per actiuū laborem studeat quisq; puen-
tire ad cōtemplatiuam dulcedinē. Plerisq; em postq;
in actiuæ uitæ labore bene desudauerint, contempla-
tiuæ uitæ suauitas in mercede datur. Vnde in lege fi-
guraliter præcipitur: Si emeris seruū Hebræum, sex
annis seruier tibi, & in septimo egredietur liber gra-
atis. Hebræus quippe transiens interpretatur. Et ser-
uu Hebræus spiritualiter emitur, qñ mēs de terrena
conuersatione ad cælestē desideriū transit. Senarius
enim numerus ad actiuæ uitæ laborē pertinet, quia
sex sunt dies in quibus operari licet. Septenarius aut̄
propter sabbati requiem, dulcedinem contemplati-
uæ uitæ exprimit. Seruus Hebræus emptus, sex annis
seruire præcipitur, & in septimo liber gratis egredi
iubetur, quia sunt nonnulli qui post diuturnū actiuæ
uitæ laborem ad requiē contemplationis transiunt.
Quod quia nō propria uirtute, sed diuino fit mune-
re, recte dicitur, egredietur liber gratis. **Quod**, pprie
illorum est, qui post longa exercitia monasticæ uitæ,
post diuturnā monasterialē probationē, secrera sibi
loca eligūt, in quibus illud Apostolicū implere pos-
sint. Sine intermissione orate, in omnibus gratias agi-
te. Liber egreditur gratis, quia hi postquam omnia fece-
rint, dicunt se inutiles seruos eius, proculdubio sicut
ipsa actiuæ fuit ex munere, ira erit ex gratia etiā con-
templativa. Cum quali ueste intrauerit, cū tali respō-
deat, quia omnino necesse est, ut unusquisq; nostrū
in hoc qđ incipit perseveret, atq; usq; ad finē operis
in ea qua inchoauit intētione pduret. Ille quippe bñ
ad contēplatiuā uitā transit, qui in hac uita intētio-
nis suæ uestē non mutauerit. Sunt aut̄ nonnulli, qui
dīuiuo feruentes amore, in ipso exordio cōuersiōis

ad contemplatiæ uitæ suavitatem incipiunt cōuolare,
sed diuina dispensatione prius in actiua uita liberari
permittunt. In tanto securius, imo & felicius ad con-
templatiuam uitam perueniunt, quanto perfectius
in actiua fuerunt uita cōprobati. Quales significa-
uerunt duæ uxores sancti Iacob patriarchæ, Lia scilicet
& Rachel. Quarū una Lia lippis erat oculis, sed
secunda prole. Rachel autē pulchra facie, sed infœ-
cunda erat. per Liam ergo quæ lippis erat oculis, sed
secunda prole, actiua uita designatur. Quæ cū mun-
do cordis oculo deū contemplari non possit, tñ per
prædicationis bonis exemplum, spirituales filios deo
generat. Vnde bene Lia laboriosa interpretatur, q̄a
actiua uita in multis laboribus & solitudinibus est
occupata. Per Rachel uero q̄ pulchra erat facie, sed
infœcunda, contemplatiæ uitæ dulcedo exprimi-
tur. Quia mens dum ad uidendum deum se undique
colligit, minus per prædicationem filios parit. Vnde
bene Rachel, ouis ueluis principium interpretat,
quia mens contemplationi dedita, illum uidere desi-
derat qui ait: Ego principium, qui & loquor uobis.
Iacob igitur Rachel cōcupiuit, sed Liam nocte nesci-
ens accepit: quia sunt nonnulli, ut supra diximus, q̄
ad contemplatiuam peruenire desiderant, sed prius
diuino iudicio in nocte præsentis uitæ, pro multo rū
utilitate laborare permittrunt. Postquam autē Liā ac-
cepit, ad amplexus Rachel peruenit: quia qui bene
inactiua uita laborauerint, diuino munere quādagi
ad contemplatiuā uitam perueniēt. In utraq̄ firmi,
& in utraq̄ inuenientur pfecti. Qualis erat Paulus
apostolus, qui cum haberet solitudinem omnium
ecclesiæ, quod pertinet ad actiua uitæ, raptus est

560 **T**IN DIE SANCTO

usque ad tertium cælum, quod pertinet ad contem-
platiuam, **H**as autem duas uitas significauerunt duæ
deuotæ sorores, quæ dominum suscepserunt in domū
suam, **M**artha scilicet & **M**aria. **V**trasque enim san-
ctas, utrasque bonas & iufras esse credimus. **S**ed
qualis sit melior, ipse declarare dignatus est, quicquid
non eget, dicens: **M**aria optimam partem sibi ele-
git, quæ non auferetur ab ea &c.

TIN FESTO SANCTI

Michaelis archangeli, Matt. XVIII.

TIn illo tempore accesserunt discipuli
ad Iesum, dicentes: **Q**uis putas maior est in
regno cælorum? **E**t reliqua

Quodies legimus discipulos domini de ordi-
ne prioratus inter se contendisse uel interro-
gasse, nō luori & inuidit deputare debemus,
sed humanæ fragilitati ac infirmitati, quippe grudes
erant ac nouelli. q[uia] a[m] e[m] audierat eum suā resurrectio-
nem prædicantem, & nondū spiritus sancti gratia il-
luminati, celeste regnum perfecte amare didicerat,
(quia d[icit] ait euāgelista Iohānes, nondū erat spiritus
datus, quia Iesus nondū fuerat glorificatus) putabæ
q[uia] ipse resurgens à mortuis, corporaliter regnum te-
neret, & ipsi honoribus sublimarentur. **V**nde passio-
nis illius tempore facta est contentio inter eos, quis
eorum maior esset in regno cælorum. **H**ac suspicio-
ne seducta fuerat mater filiorū Zebedæi, quando
accessit ad dñm, dicens: **D**omine, dic ut sedeat h[ic] duo
filii mei, unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram

MICHAELIS ARCHAN. 561

tuā in regno tuo. Hinc Cleophas & alius discipulus, qbus cum dñs post resurrectionē in specie peregrini apparuisset, dicebant: Nos autem sperabamus quod ipse esset redempturus Israel. Et quidam discipulorum interrogantes eum, dicebant: Domine, si in tempore hoc restitus regnum Israel? Occasio autem interrogandi dñm, quis illorum maior esset in regno cælorum, fortassis ex superioribus acciderat. Nā ut supra euangelista retulit, accesserunt ad Petrum qui dī drachma accipiebant, & dixerunt ei: Magister uester non soluit didrachma? Ait, Etiam. Et cū intrasset dominum, præuenit cum Iesu, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus suscipiunt tributū uel censum? à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Ne aut scandalizemus eos, uade ad mare & mitte hamum, & eū piscē qui primus ascēderit, tolle: & aperto eius ore, inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me & te. Quia ergo alijs discipuli uiderant Petrum in redditione cenius domino coæquari, computantes eum illis omib[us] esse prælatum, in illa hora accesserunt ad Iesum, dicentes: Quis putas major est in regno cælorū? Sed magister humilitatis, q[uod] ait in euangelio, Discite à me quia mitis sum & humiliis corde, & inuenietis requiem animabus uestris, ut ostenderet regnum cælorum non per superbiam, sed per humilitatem esse querendum, illumq[ue] fore maiore in eo, qui proper deum se humiliat. Aduocans parvulum, statuit eum in medio eorum & dicit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quod duobus modis potest intel.

NN

Igi. Possimus enim hic paruulum dñm Iesum Christum accipere, qui cum sit magnus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis, ut nos excelsos faceret, paruulus natus ē nobis, & filius datus est nobis. Et est sensus: Nisi meo exemplo uos humiliaueritis, qui nō ueni ministrari, sed ministrare, & factus sum in medio uestrū sicut qui ministrat, sed nō qui uel quasi recumbēs, regnum cælorum quod humilibus est præparatum, intrare non potestis. Si aut̄ simpliciter quemlibet paruulum intelligamus, facile patet, quia non solum ad humiliatorem, sed etiā ad simplicitatē seruandam hoc exemplo nos hortatur. Aci diceret: Sicut paruulus iste cui⁹ uobis exemplū proposui, uidens mulierē pulchram nō concupiscit, non alienas diuitias appetit, Iesus non relectit, nō aliud cogitat, aliud loquitur, & iratus non ppetuas tenet discordias, ita & uos nisi talē habueritis innocenziam in mēte, qualem iste habet in corpore, regnum cælorum, quod humilibus & simplicibus est præparatum, intrare nequaquam potestis. Cuius uia nemo superbus gradit, nemo tumidus incedit, quia ardua via est & angusta, quæ ducit ad uitā, & pauci sunt qui inueniunt eā. Cum ergo ait, [Nisi cōuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, nō intrabius in regnum cælorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. Et qui suscepit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui aut̄ scādalizauerit unū ex pusillis istis &c.] Tale est acsi dixisset: Iam si uos delectat locus sublimis, prius exerceat humiliatio uitæ innocentis, non quod apostolos corpore ueller esse paruulos, sed ut innocentia paruulorum in mēte possiderēt. Huiuscmodi paruulos, dñs suos uolebat esse discipulos, quibus,

MICHAELIS ARCHAN. 563

dicebat: Sinite paruulos uenire ad me, talium est enim regnum caelorum. Et Paulus apostolus talium innocentiam paruulorum suos uolebat habere discipulos, quibus per epistolam praecepit, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti sitis. Talem se nouerat rex propheticus, qui in regali solio sublimis, sed mente humilis dicebat: Custodiens paruulos domini, humiliatus sum & liberauit me. Et iterum: Ludam & uilior fiam plusquam factus sum, & ero humili in oculis meis. Paruulus est enim, qui sibi displaceat ut deo placeat, tantoque ante deum erit pulchrior, quanto apud semetipsum erit humiliior. Unde & subditur: Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior erit in regno caelorum. Habeamus ergo uirtutem humilitatis, si uolumus habere in regno celorum locum celsitudinis, quoniam sicut saluator ait in euangelio: Omnis qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur. Unde & nos alibi scriptura admonet, dicens: Quanto magnus es, humiliare in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Et iterum: Humiliamini sub potenti manu dei, ut uos exalteat in tempore uisitationis. Et ne putares illum esse contempendum, qui propter deum hic se humiliat, congrua sententia adiuxit, dicens: Et quis suscepit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Hoc est quod dominus in futurum se promisit dicet: Quādiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecisti. Et signanter ait: Qui suscepit unum paruulum tales in nomine meo, me suscipit. Quamuis enim non sit eligendum cui iuxta scripturam uocem benefacere debamus, illis tamen qui propter deum parui & humiles esse eligunt, in cuius uitæ moribus Christum esse co-

gnoscimus, specialem benevolentia impendere debemus. Vnde cum pius pater filium instrueret, ait Panem tuum & uinum tuum super sepulturam iusti constitue, & ne communicaueris ex eo cum peccatoribus. Et iterum: Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui tradas eam. Hinc & Apostolus ait: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Qui enim bona temporalia illis impendit, in quorum uita & moribus Christum habitare cognoscit, profecto illi tribuit, pro cuius amore impendit. Vnde bene dicitur, in nomine meo. Multi enim bona temporalia non in nomine Christi, sed ut laudem hominum captare possint tribuunt, de quibus scriptum est: Quosierunt gloriae hominum magis quam dei. Et dominus alibi, Omnia opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Et iterum: Amem dico uobis, repererunt mercedem suam. Et ne adsuscipiendos homines uel peregrinos pigri remaneremus, seipsum in his suscipi promisit cum ait: [Qui suscipiter unum parvulum tale in nomine meo, me suscipit.] Vnde & ipse alibi dicit: Qui suscipit prophetam in nomine prophetarum, mercedem prophetarum accipiet. & qui suscipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et iterum: Qui uos recipit, me recipit; & qui uos spernit, me spernit. Sicut autem suscipientibus merces perirent, ita duris & auratis pena indicitur, cum subinfertur: Qui ait scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.] Vbi considerandum est, quae graue peccatum sit scandalizare fraterem, quoniam etiam scandalizantibus talis vindicta comminatur: Quod autem ait, Expedit ei ut suspendat mo-

MICHAELIS ARCHAN. 565

la asinaria in collo eius, & in profundo maris demer-
gatur, iuxta morē prouincię loquitur, ubi apud uete-
res Iudeos capitalia crimina hoc supplicio puniebā-
tur. Non ergo arbitretur leue p̄t̄m̄ esse scandalū fra-
tris, cū scandalizātibus talis p̄t̄na predictitur, qm̄ sic-
ut alibi in euangelio ait: Qui dixerit fratris suo fatue,
reus erit gehēnā ignis. Quod se cauere oīno Aposto-
lus ostendit, cū ait: Melius em̄ mihi est non mandu-
care carnem, neq; bibere uinum, neq; aliquid in quo
frarrem scandalizem. A quo peccato etiam discipu-
los suos compescit, dicens: Quare tu scandalizas fra-
trem tuum, aut quare spernis illū? Igitur inquantū
possimus iuxta Apostoli admonitionē scandalū fra-
trum uitare debemus. si autē pro ueritate scādalum
oriatur, magis ueritas eligenda est quam scandalum
uitādum. Vel certe per molam asinariam quæ pon-
dus haber, sed nullum iter explicat, uolubilis amor
seculi exprimitur. Cū ergo ait, Expedit ei ut suspen-
datur mola asinaria in collo eius, & demergatur in
profundū maris, carnales quoq; & mūdi amatores
à regimine ecclesiastico prohibet, quoniā melius est,
quod mundi amator in seculo uiuēs carnaliter, se so-
lum perdat, quam in regimine ecclesiastico constitu-
tus se & alios peruerse uiuendo ad interitūm trahat;
quia cuius uita despicitur, restat ut eius p̄dicatio con-
temnatur, quoniā dum infirmi discipuli patroni se-
quentur exemplum, & ipsi pereunt, & illorum p̄di-
cio in eius caput redundat, qui autor est criminis. Si-
ue certe per molam asinariam doctores intelligunt,
quia sicut mola granum tritici frāgitur, ut medulla
eius ad sustentationē uel refectionē humanæ natu-
ræ oīndatur, ita quoq; & doctores occultas sentētias

scripturæ sacræ aperientes, interiorem sensum eorū manifestant uel uitam sive refectionem animarum sanctorum. **V**æ mundo ab scandalis. Mundus cui uæ dicitur, nō ille est quem uenit filius hominis querere & saluare, sed ille q[uod] in maligno positus est, id est, mundi amatores, de quo dñs alibi ait: Pater iuste, mundus te non cognouit. Qui enim mente & desiderio seculum incolunt, recte mundus appellantur, de quibus Iohannes ait: Mundus transibit & concupiscentia eius. Mundi enim amatores dum propter cupiditates seculi alios non metuant scandalizare, tamen ipsi scandalum sustinent, aliquando auctem corpore, semper autem mente. Et ideo uæ illis, quia ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Quibus per Iacobum dicitur: Qui uoluerit esse amicus huius seculi, inimicus dei cōstituit, ad quos pertinet quod adhuc subiungitur: [Necesse est em ut ueniant scandalata, ueruq[ue] tamen uæ homini per quem scandalum uenit. [Quod autē ait, necesse est, rale ē ac si diceret: Nō potest esse ut scādala nō ueniant. Oportet enim & heresies esse, sicut ait **Apostolus**, ut qui probati sunt, manifesti fiāt. Et alia scriptura: Vasa figuli probat fornax, & hoies iustos tēratio tribulationis. Pacis autem tempore nō facile disceri potest, quis bonus malusve sit. Sed cum scandalizatorū flauerit uetus, faciles & tenues, piūciet quasi paleas ante faciem uēti, grana uero congregabit in horrea Christi. Væ ergo homini illi qui tales se exhibet, ut malum quod uētur est p[ro] eius ministeriū impleatur, de quibus dñs ait: Mitter filios hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandalata, & tradent ea in caminum ignis ardenter. Quod fac-

MICHAELIS ARCHAN. 567

Ius intelligimus, si unum ad medium deducamus.
Iudam scilicet dñi proditorem, de quo ipse tempore
passionis suæ ait: **Filius hois**, uadit sicut scriptū est de
illo. uæ homini illi per quem tradetur. Necessæ enim
erat, ut filius dei pro nobis passionem sustineret, sed
uæ **Jude**, qui nostrum bonum, suum fecit malum. Et
ne aliquis sub occasione proximorum uel amicorū
auia dei sibi recedendum putaret, omnem magister
ueritatis errorem tollit cum subiungitur: **Si autē**
manus tua vel pes tuus scandalizat te. abscin-
de eum et proijce abs te. Bonum est tibi ad
uitam ingredi debilem uel claudum, quam duas ma-
nus uel duos pedes habētem mitti in gehennā ignis.
Et si oculus tuus scandalizat te, erue illū & proijce
abs te. **Bonum est tibi cum uno oculo intrare ad uit-**
am, quam duos oculos habentem, mitti in gehen-
nam ignis. Luxta literam quātum abhorreat hoc, fa-
cile patet. **Sed cum à litera excludimur, spiritualis**
sensus est requirēdus. Per hoc quod manus, pes, ocu-
lus, nostris necessitatibus necessaria sunt, propin-
quorum & charissimorum affectus in hoc loco desi-
gnatur. Ac si diceret dñs: **Si quis tibi fuerit preciosus**
ut oculus, propinquus ut pes, necessarius ut manus,
& auia dei te recedere p̄suaserit, huius afflōre abscin-
de & abs te proijce. Melius ē te solū intrare ad uitā,
q̄ cum multa turba propinquorū mitti in ignē æter-
num. **Quid p̄sicit homini si totū lucrē mundū, ani-**
mæ aut ūx detimentū patiat? Verbi gratia: **Blandi-**
tur uxor, minat pater, p̄suaderet mater, lachrymat fra-
ter & soror, tu autē in uia dñi sta firmus, ne illos inu-
tiliter amādo à dei amore recedas, sed iuxta illud qđ
alibi ait: **Sine mortuos, mortuos suos sepelire, tu autē**

568 **T**IN FESTO S. MICH.

sequere me. Neq; hoc diximus, qd parentibus & amicis
 ingrati & inobedientes esse debeamus, sed qundo
 a uia dei remouere uoluerint, tunc eorum amorem
 abscondamus a nobis. Cæterum cum eos deum amare
 cognouerimus, dupliciter a nobis honorandi sunt.
 Primum, quia iusti sunt: deinde, quia propinqui, dno
 dicente in lege: Honora patrem tuum & matrem, ut
 bene sit tibi, & longo uiuas tempore. Hinc Aposto-
 lus ait: Si quis suorum curam non habet, & maxime
 fidelium, fidem negavit, & est infideli deterior. Qua-
 tam autem solitudinē & curam dominus de his ha-
 beat, qui totam spem in eo ponunt, manifestat cū sub-
 iungit: [uidete ne contēnatis unum ex his pusillis.] Qui enim pusilli & humiles in præsenti uita propter
 deum sunt, nequaquam cōtemnendi sunt. Pusilli nā-
 que sunt, ut diximus, qui coram oculis suis humiles
 sunt & despecti, de quibus saluator ait in euangelio:
 Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri uero
 dare uobis regnum. Quisquis ergo tales scādalizare nō
 metuit, offendit deum qui habitat in illis, sicut ipse p
 rophetam dicit: Qui tangit uos, quasi qui tāgit pu-
 pillam oculi mei. Et iterum: Nolite tangere Christos
 meos, & in pphetis meis nolite malignari. De quibus
 ualde dulce est quod adhuc subinfertur, quare nō sint
 contemnendi. Dico enim uobis, quia angelie eo-
 rum in cælis semper vidēt faciem patris mei
 qui in cælis est. In hoc loco discimus, quia unus-
 quisq; fidelium, angelū ob sui custodiam depuratū ha-
 bet, qui & eū a tērationibus defendit, & in uirtutibus
 iuuat, sicut Apostolus in epistola ad Hebreos ait: An-
 geli sunt administratori spūs, in ministeriū missi pro-
 pter eos, qui hæreditatē capiunt salutis. Et Psalmista

DE MARTYRIBVS

569

de iusto quolibet: Angelis suis mandauit de te, ut cur
stodian te in omnibus uis tuis, & in manibus tolleret
te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Hinc
de Perro in Actibus apostolorum legimus, quia cu
ab angelo de carcere eductus ianuam pulsare cœperis
set, fideles q[uo]d cœneterant, dicebant: Nō est Petrus, sed
angelus eius. Angeli ergo paruulorum semper ui
dent faciem parris, quia si propter nos foras exeunt,
ut ab eius uisione nunquam recedant, sicut ipse ange
lus Raphael ad Thobiam ait: Ego sum unus de septē
spiritibus, qui assistimus ante deum. Et Daniel: Mil
lia millium ministrabant ei, & decies millies centena
millia assisterebat ei. Angeli enim qui custodes sunt ui
tae nostræ, orationes & opera nostra deo nūciare cre
duntur, sicut angelus ait Thobiae: Cum orares, ego ob
tuli orationes tuas ante deum. Et Daniel: Ex die qua
posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in
conspicere dei, exaudita sunt uerba tua, & ego ueni, p
pter sermones tuos. Tu autem domine &c.

DE MARTYRIbus. Lucae. VI.

In illo tempore Descendens Iesus de mo
te, stetit in loco campestri, & turba discipu
lorum eius, & multitudo copiosa plebis ab
omni Iudaea & Ierusalem. Et reliqua.

NOn solum per mysteriū incarnationis de cœ
lo in terram descendens dominus Iesus Chri
stus, humanæ infirmitati cōdescendere digna
tus est, sed etiam in sanctis suis sermonibus ad huma
nam ignoratiām instruendā ita doctrinā suā tēpera
NN v

570 DE MARTYRIBVS

uit, ut non solum perfecti, sed etiam minus perfecti
cibum uitæ inuenire posse. Deniq; ut supra euange-
lista retulit, cum ascendissent in montem, securi sunt
eum eius discipuli. Vbi cum perfectiora mandata q-
si capere ualentibus dedisset, nolens propter eos sim-
pliores turbas relinquere, iterum descendens de mo-
te, stetit in loco campestri. In quo suo facto ostendit,
in prædicatione iuxta capacitatem auditorum tēpe-
randum esse sermonem doctrinæ. Monsem in hoc
loco perfectiorem significat doctrinæ. Loca uero cä-
pestria, humiliorem prædicationem atq; communio-
rem. Qui em tales sunt, ut cum apostolis audire pos-
sint: Vobis datum est nosse mysteriū regni dei, sub-
limius instruēdi sunt. Qui uero propter mēris infir-
mitatē, ad altiorem nō possunt ascendere doctrinæ,
minimis præceptis sunt erudiendi, ut qui idonei ne-
quaq; existunt ad facienda bona, saltē non sint peli-
ues ad ppetranda mala. Quod alibi dñs suo exēplo
ostendit, cū cuidam querenti, Magister, quid facien-
do uitā æternam possideo, quasi in cōuallibus mor-
ranti respōdit: Mādatanostī? nō occides, nō mœcha-
beris, nō falsum testimonii dices, nō cōcupisces rem
proximi tui, honora patrem & matrē. Sed illo respō-
dente, hæc oīa custodiui à iuuentute mea, ostendit ei
montē pfectioris doctrinæ, dicēs: Adhuc unum tibi
deest. Si uis pfectus esse, uade & uende omnia quaē ha-
bes, & da pauperibus, & habebis thesauri in cælo, &
ueni, sequere me. Sed quia hunc montē difficile qui
seculi diuitijs onerati sunt, ascendere possunt, subiu-
stum est illico: Ille autem abiit tristis, q; a multis habe-
bat possessiones. Huius quoq; exemplū Paulus apo-
stolus securus est, q; n cū discipulis montē ascēderat, q;

bus dicebat: Sapiēria loqmur inter perfectos. Quasi
cū quibus dā in cōuallibus morabāt, qñ dicebar: Ego
fratres nō potui uobis loq quasi spiritualibus, sed qua
fi carnalibus, tanq̄ paruulis in Christo lac uobis potū
didi, non escā. Non em̄ oēs oia capiunt, neq; em̄ oēs
æqualiter instrūtur. Aliter quippe ad monēdi sunt
superbi, aliter humiles, aliter casti, aliter adulteri, ali
ter ebriosi, aliter sobrij, aliter uiri, aliter fœminæ, ali
ter cōiugati, aliter uirgines, aliter pii, aliter impii, ali
ter cōtempiores mūdi, aliter amatores, aliter pacifi
ci, aliter discordes, aliter suadētes, aliter aliena rapiē
tes, ut & isti audiāt de pmissione æternæ uitæ quod
amē; & illi de supplicio æterno qđ timeant. Sēpe ete
nīm qđ uni morbo pdest, alteri nocet: & uenēnū cū
sit mors hois, uita est serpentis: & leuis sibilus equos
mitigat, catulos instigat. Lūxta hoc ergo exemplū do
ctores suā p̄dicationem debēt tēperare, ut & perfecti
inueniāt quod semp̄ discant: infirmi talia audiant, in
quibus non refugiant. Qđ suo nobis exemplo bea
tus patriarcha Iacob ostendit, q cū oues auunculi sui
Laban pasceret, & uaria quæc̄ pro mercede recepu
rus esset, tulit uirgas populeas & amygdalinas, quas
ex parte decorticauit, & ex parte cū corticib⁹ reliq⁹.
posuitq; eas in canalibus tempore quo ducēbātur ad
aquandū oues, ut in eam aspectu conciperent uarios
ſeruos. Iacob em̄ pastor ouii, pastores significat ani
mae. Quorum primo dictum est: Si diligis me, pasce
oues meas. Aqua aut̄ scripturam sanctā significat, iu
xta illud Salomōis. Aqua profunda uerba ex ore ui
ti, & torrens redundant fons sapientiæ. Virgæ aut̄ ua
ritæ, sententiæ sunt scripturaræ. Ducuntur ad aquandū
oues, cum ad audiēdum uerbū dei cōueniunt fideles.

572 **T** DE MARTYRIBVS

Cumq[ue] ex eloquij diuinis diuersæ sententiæ ad me-
dium proferuntur, quasi uirg[ine] incanalibus ponunt.
Quæ ex parte decorticandæ sunt, & ex parte cum cor-
ticibus relinquendæ. Quia (ut diximus) perfectiores
allegorico sensu instruendi, simplices uero & minus
intelligentes, iuxta ueritatem historiæ sunt pascendi.
Vnde & dominus cum discipulos in mōte docuit, &
turbas in conuallibus curare uoluit, ostendit ut illi q[ui]
ex doctrina uerborum credere non poterant, saltem
ex uirtutibus miraculorum crederent. Quod (ut dixi
mus) suo dominus exēplo declarauit, quando descē
dens de monte, stetit in loco campestri, & tur-
ba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab-
omni Iudæa & Ierusalem & maritima & Tyri & Si-
donis, qui uenerāt ut audirent eū.] Maritima enī hic
magni maris loca intelligere debem⁹, maxime cū de
Tyro & Sidone, q[ui] in corde maris sit⁹ sunt, affuisse me-
morātur. In quo loco cognoscimus, q[uia] uirtutes eius
non solum ad Iudaeorum regnum, sed etiam ad uici-
nas & exteras regiones peruererant, quando omnes
concurrebant, non solum ut audirent uerbum dei, sed
ut sanarentur à languoribus suis. unde & subditur:
Et omnis turba quærebat eum tangere, quia
virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Multi
enim eum tangere cupiebant, à quo omnis uirtus p-
cedit, & qui est dei uirtus & dei sapientia, in quo habi-
tat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ideo,
quia de illo omnis uirtus exibat, omnes uolebant eū
tangere. Nā & supra tangendo leprosum curauerat,
& nunc omnis turba quærebat eum tangere, ut intel-
ligamus quia tactus sanitas est. Quod experta est il-
la mulier, que sanguinis fluxum patiebat duodecim

annis, & cum tetigisset fimbriam uestimenti eius, statim sanata est ab infirmitate sua. Ad cuius tactū vir-
tus de illo exibat, intātum ut quasi nescius dominus
quererer, quis me tetigis? Et discipuli eius ad eum:
Rabbi, turbæ te compriment & affligunt, & dicis, q̄s
me tetigis? Et ille: Tetigit me aliquis, nam ego noui
virtutē de me exisse. Spiritualiter uero Christum tā-
git, qui eum uerum deum credit, & recta fide confite-
tur. At uero pagani, iudæi & hæretici Christum mini-
me tangunt, quia eum uerum deum credere conte-
mnunt, & fide recta hunc confiteri nolunt. Vnde &
Marie quæ dominum surrexisse nō credebat, sed cū
mortuum inter mortuos quærebat, uolēti illum tan-
gere, dicitum est: Noli me tangere, nōdum enim ascē-
di ad patrem meum. Ac si diceretur: Quia manu fidei
me tangere noluisisti, manu corporis me tangere no-
li. Curatio uero dæmonum non solum per eius pre-
sentiam siebat, sed etiam inuocatione ipsius nominis
in sui absentia, sicut discipuli quoq; domino gauden-
tes dicūt: Domine, in tuo nomine etiā dæmonia no-
bis subiçūt. Sequitur: Et ipse eleuatis oculis
in discipulos, dicebat: Beati pauperes, quia
restrum est regnū dei. Etsi generaliter dominus
loquebatur, specialiter in discipulos oculos leuauit,
quos maiori gratia digniores fecit. Eleuatio quippe
oculorum Iesu Christi, amplioris misericordiæ mu-
nera significat. Et in discipulos oculos leuauit, q̄s spe-
cialius uirtutib⁹ ditauit, iuxta qđ alibi legimus: Quia
cum dixisset ei quidam, ecce mater tua & fratres tui
foris stant quærentes loqui tecum, ipse eleuatis ocu-
lis in discipulos suos, dicebat: Ecce mater mea & fra-
tres mei. Quid autem eleuat̃ oculis dicar, audiamus:

547 DE MARTYRIBVS

Beati pauperes, quaestrū est regnū dei. **E**t q[uo]d uirtus talē inter reliquas beatitudines tenere debet principatū, nisi spontanea paupertas. Ex ipsa enim careret uirtutes exordiū quoddam & originem sumūt. Sicut deniq[ue] ex una radice arboris multi rami & folia prodeunt, sic ex spontanea paupertate multæ uirtutes generantur. Qui enim spontaneam amat paupertatem, erit misericors per largitatem, & nō tenax per avaritiam. Erit consequenter & mitis, quia diuitias nō querit per iactantiam, qui paupertatem diligit cū humilitate. Erit & pacificus, quia nō erit occasio rixandi, ubi non est uolūtas acquirendi. Habebit etiā am & cordis munditiam, quia sicut illi qui diuitias diligunt, turbulenti sunt animo, ita quod spontanēa paupertatem amat, solliciti sunt quae dei sunt, quod placeant deo. Sed illud diligenter considerandū, quia illa paupertas laudabilis est, quod aut habere nō cupit, aut si forte habet, ppter deū distribuenda relinquit. **Vñ** Matthæus euangelista, ut hāc paupertatē ad beatitudinē pertinere ostēderet, cū additamēto ait. Beati pauperes spū, qm ipso est regnum celorum. Alij em̄ sunt pauperes spū & rebus, alij nec rebus nec spiritu, alij rebus & nō spū, alij spū & nō rebus. Rebus sunt pauperes & nō spū, qm nihil habentes, multa habere concupiscunt. Spū sunt pauperes & nō rebus, sicut illi q secundum Apostolū, tanquā nihil habentes, & oīa possidentes sunt, quales fuerunt Abraam, Iacob & David, qui regali solio sublimatus erat, pauperē se ostēdit spiritu, dicens: Ego autē mendicus sum & pauper. Et iterum: Egens sum, & in laboribus ā iuuentute mea. Nec rebus nec spū sunt pauperes, diuites superbi, q facultatis locupletati, nihilo minus mente sunt turgidi. De

quibus dicitur in psalmo : **Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias.** Rebus & spū sunt pauperes pfecti monachi, q̄ propter deū oīa relinquentes, nec corporis pprii potest atē in suo arbitrio relinquūt. & ideo quāto hic ppiter deū sunt pau periores, rāto in futura gloria erūt ditiones, iuxta pro missionē dñi dicētis: **Omnes q̄ reliquerit domū, agros, patrē & matrē, fratres & sorores, uxorē & filios propri me, cētuplum accipiet, & uita ēternā possidebit.** **Beati qui nūc esuritis, qz saturabimini.** Quid esurire uel sitire debeant, qui ad beatitudinem peruenire desiderant, alius euangelista manifestius declarat, dicēs. **Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.** Iustitiam quippe esurire & sitire, est præcepta dei libenter audire, & libentius ope implere. Tales em̄ saturabuntur, qñ ad uidēdum deum cuius hic mandata cū magna mentis esurie suscep- runt, p̄ducentur, dicentes cum Psalmista: **Ego autem in iustitia apparebo, & in conspectu tuo satiabor dum manifestabis gloria tua.** **Vnde Salomon ait: Diligite iustitiam qui iudicatis terram.** **Beati qui nūc fletis, quia ridebitis.** Beati dicunt fletentes, non illi q̄ flet, ppiter temporaliū damna commodore, ppiter amissionem charorum, sed qui flet propter remissio nem peccatorum, uel pro expectatione regni celorum, qui ueraciter cum Psalmista dicere possunt: **Deus uitam meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.** Et iterum: **Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus?** Tales enim ridebūt, qñ implebitur illud quod dñs ait: **Nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum,**

576 DE MARTYRIBVS

& gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Risum autem hic non pueriliter accipere debemus, sed mentis exultationem & gaudium. Vnde & Sara ex remissione prolis lætabunda ait: Risum mihi fecit deus. De quo per beatum Iob dicitur: Et os ueraciū implebitur risu. De quo etiā risu in laudibus ecclesie dicitur: Accinxit fortitudine lumbos suos, & ridebit in die nouissimo. Quia uero per humilitatis meritū uenitur ad martyrij premia, recte post alias beatitudines subinfertur: **Beati critis cum vos oderint hoies, & cū separauerint vos & reprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam illum propter filium hominis.** Vbi ostenditur quia persecutio prauorum non est timenda, sed potius cum assuerit, toleranda, quia sicut dixit Iacobus apostolus, Beatus uir qui suffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uita, quam repromisit deus diligentibus se. Verum subtilius discutiendum est, quia nō nos ad nostram persecutionem prauos homines commouere debemus, sed potius cum iustitia & rectitudine quantum possumus, cum fuerint commoti, mitigare. Quod si quiescere noluerint, magis persecutionem tolerādam, & iustitiam relinquendam. Quod alius euangelista manifestius declarat, dicens: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Sustinet enim multas tribulationes homicidae, adulteri, fures, alienarum rerum inuasores. Nec tamē talis persecutio ad beatitudinem perducit, quæ propter iustitiam sustinetur. Vnde nos admonet beatus Petrus, dicens: Nemo uestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut adulter, aut rapax. Si autē ut Christi

DE MARTYRIBVS

577

stianus, non erubescat, sed glorificet deū in isto noīe.
Et quod est qui uobis noceat, si boni & mulatores fuerits? Sed & si quod patimini propter iustitiā, beati. Vnde re-
cite saluator cōcludit, dicens: Gaudete in illa die &
exultate, ecce em̄ merces uestra multa est in cælo.] Non em̄ dolendum est in persecutiōibus, sed potius
gaudendū, ut quanto hic quisque proprius iustitiā duris-
us affligit, tanto dulcior in cælo remunerabitur. Vnde Ia-
cobus admonet, dicit: Omne gaudiū existimate fra-
tres, cū in tentationes uarias incideritis, scientes quod, p-
batio fidei uestræ multo preciosior est auro, quod p-
igue merita probatur. Et alia scriptura: Vasa signi, probant for-
nax, & hoīes iustos tentatio tribulatiōis. Hinc & sal-
uator cum discipulos ad presecutionem tolerandā hor-
taretur, sui exemplū posuit, dicens: Si me presecutisunt,
& uos presequentur: si sermonem meum seruauerunt,
& uestrum feruabunt. Et iter: Si de mundo fuissetis:
mundus quod suū erat diligenter. quia uero de mundo
non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit
uos mundus. Quapropter studeamus iuxta dñi pre-
ceptum uel exemplum, seculi huius cūctas aduersita-
tes equanimiter ferre, scientes quia si electi sumus ab
eo, nō ad gaudia mundi, sed (sicut ipse missus est à pa-
tre, quem pro humani generis redemptione incarna-
ti constituit) ad passiones mittimur in mundum. Inter
scandala igitur persecutores tolerantia sit passionum,
terrena desideria quæ separant à deo, fugientes, ut cæ-
lestia mereamur consequi præmia, Amen.

DE CONFESSORS

ribus, Marthai XXV.

OD

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregre proficisciens, vocavit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinq[ue] talenta, alii duo, alij uero unum, unicuique secundum propriam uirtutem, & profectus est. Et reliqua.

In similitudinibus, quas ad ignoratiā nostrā instruendā dñs proposuit, solite considerandum est, quia sic quædam ad nostrā proponuntur admonitionē, ut specialiter ad ipsum dei & hominū pertineant mediatorē. Quod in huius lectiōis serie comprobatur, cū dicitur: Homo quidam peregre proficisciens, vocavit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Homo enim iste per similitudinem dominus Iesus Christus accipiēdus est, qui cū sit deus aī secula, homo factus ē in fine seculorū. De quo scriptū est: Homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Iste autem homo peregre profectus est, quando carnem suam quam ex hominibus assumpsit, ascendēdo in cælum eleuavit. Ex eo enim tempore quo primo homini dictum est, Terra es & in terram ibis, proprio locus carnis terra est. Sed iste homo peregre profectus est, quia caro quam assumpsit, nō corruptionem uidit, sed post resurrectionem in cælos ascēdit. Huius hominis serui homines sunt, quos sibi ad seruendum, sc̄p̄ laudandum rationabiles condidit. Huic autem homini seruire, summa libertas est: ab eius seruitute recedere, turpissima seruitus est. Huius se seruum gloriabatur Paulus cum di-

cebat: Paulus seruus Christi Iesu. Et iterum: Gratias ago deo meo, cui seruio a progenitoribus meis. Et Psal mista. Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Et iterum. Seruus tuus sum ego. Bona autem huius hominis, spiritualia dona sunt; id est, uirtutes animæ, quæ de eius bonitate sunt natae; & illius largitate nobis collatae, quæ illis est charitas, pax, patientia, humilitas, castitas, sobrietas, & his similia. Ergo peregre profecturus, vocatus seruis tradidit bona sua, q[uod]a spiritualibus spiritualia dona concessit. Et quia eadem dona non omnes æqualiter accipiunt, sed secundum dantis distributionem, alius plus, alius minus proficit, recte dicitur: Et vni dedit quinq[ue] talenta, aliij duo, aliij vero unū, vnicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Sic ut talentum apud antiquos varijs modis librabantur, ita dona spiritus sancti diuersa sunt iuxta accipientium merita, non in se, sed in aliis qui ea accipiunt. Nam ab uno domino diuersa dona seruis dantur, iuxta illud quod ait Apostolus: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alijs autem sermo scientiae secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alijs gratia sanitatum in uno spiritu, alijs operatio uirtutum, alijs prophœtia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatione sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. In quinque ergo talentis, quinque sensus corporis designantur, per quos exterior homo regitur, uisus uidelicet, auditus, gustus, odoratus & tactus, in duabus autem intellectus & operatio designatur. Et unus talenti nomine intellectus solummodo exprimitur. Plus ergo accipit cui duo, quam cu[m] quinq[ue] talen-

580 DE CONFESSORIBVS

ta cōmissa sunt: qā sunt nonnulli q̄ per exteriōres sen-
sus op̄a quæ possunt operātur, & tñ in intellectu spi-
rituali minus p̄ficiunt. Sunt uero & aliqui, q̄ extrinse-
cus magna agunt, & interius maiora intelligūt. Sunt
etīa aliqui q̄ unum tñ talentū accipiūt, q̄a bona qui-
dem intelligunt, sed operari minime student. De qui
bus scriptū est: Sapientes sunt ut faciant mala, bñ aūc
facere nescierunt. Quod autem studio in multiplicā
dis bonis operibus insistere debeamus, manifestatur
cum subditur: Abiit autem qui quinqz talēta ac
ceperat, & operatus est in eis, & lucratuſ est alia qn
qz. Similiter q̄ duo acceperat, lucratuſ est alia duo. I
lam superius per quinqz talenta, quinqz corporis sen-
sus: & per duo, intellectum & operationē diximus de
signari. Quinqz ergo talenta geminare, est per exteriō-
res sensus deuotissime deo seruire, tribuendo esuriē-
ti cibū, siringi potum, nudo uestitū, in carcere positiū
requirendo, infirmū uisitando, mortuum sepeliēdo,
aliaq̄ pietatis opera implendo. quasi ēm talenta mul-
tiplicando geminantur, qñ nonnulli tardiores in sen-
super consuetudinem boni operis, in intellectu spiri-
tuali, p̄ficiunt. Duo quoqz talenta gemināt, qui bene
uiuendo & docendo, ecclesiā dei multiplicare nō ne-
gligunt, illud attendentes qd ad Timorheum scribit:
Doctrinā quā acceperisti à me, cōmerita fidelibus hoī-
bus, q̄ idonei sunt & alios docere. Taliter accepta ta-
lenta seruis spiritualibus geminare suadebat Āposto-
lus, cū dicebat: Habentes donationes secundū gratiā
quæ data est nobis, differentes: siue p̄phetiā secundū
rationē fidei, siue ministerium in ministrando, siue q̄
docet in doctrina, qui exhortat in exhortando, q̄ tri-
buit insimilitate, qui p̄aest in sollicitudine, qui mi-

seretur in hilaritate. **Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam dominisui.** Quasi enim unum talentū in terra abscondit, qui ingenium, quod à deo accepit, in terrenis actibus occupat, seseq[ue] totum in mundi amore obligat. Sed ueniet tempus, quando spiritales de aquisito lucro gaudeant, & mundi amatores pro suis cupiditatibus erubescant. **Post multum vero temporis uenit dominus seruorū illorū,** & poluit rationem cum eis.] Post multum tempus dominus redire dicitur, quia longum spatium est inter domini ascensionem & secundum eius aduentum. Tunc enim ratio cum seruis ponetur, quando districte à nobis exiget dona, quæ misericorditer nobis tribuit: quādo astabimus ante tribunal Christi, ut Apostolus ait, rationem pro his quæ gessimus reddituri. Felix aut q[uod] in illa hora discussionis ralis inuentus fuerit, qualis iste memoratur, de quo subditur: **Et accedens qui quinq[ue] talēta acceperat, obtulit alia quinq[ue] talēta, dicens: Domine, quinq[ue] talēta tradi-
disti mihi, ecce alia quinq[ue] superlucratus sum.**] Ex quinq[ue] enim talentis alia quinq[ue] lucratur, qui per quæ sensus corporeos, quos supra diximus, bona quæ potest operatur. Sunt enim nonnulli in ecclesia, qui cum tardiores uideantur ingenio, tamen cum per exteriorū ministerium fideliter seruiunt, eius munere ad spiritualem intellectum perducuntur, intantū ut etiā aliquando in ecclesiasticum magisterium eligantur. Qualem autem mercedem sit recepturus, manifestatur cum subditur: **Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.**]

982 DE CONFESSORIBVS

Pauca enim suūt omnia præsentis uitæ ad comparationem futurorum bonorum, quamuis magna esse videantur. Qui ergo super pauca fidelis fuit, sūg multa constituitur: quia is qui terrenam substantiam bene dispensauit, pro rebus transitorijs perpetuam accipiet mercedem, audiens ab ipso iudice: **Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est à constitutione mundi.** Accessit autem et qui **duo talenta acceperat,** et ait: **Dñe, duo talēta tradidisti mihi, ecce alia duo suplucratus sum.**] Similiter alia duo lucratur talēta, qui à domino duo acceperat, quando is qui intellectum & operationē haber, non solum bene uiuendo, sed etiam bene docēdo plurimos ad amorem dei uocat. **Notandum aūr,** quod & is qui de qninq talentis decem, & is qui de duobus quatuor reportauit, æquali uoce collaudantur, cum utrig à domino dicitur: [**Euge serue bone & fidelis,**] quod est, bene gaude. Et qualiter seruus cum dño gaudeat, declaratur cū subinfertur: [**Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te cōstituam.**] Cui recte dicitur: [**Intra in gaudium dñi tui.**] Quia cū tantis & pro tantis mercedem accipiet, quātos bene uiuendo, bene docendo lucratus est. In quibus uerbis intellegimus, quia illi maiorem mercedem sunt à domino in æterna uita recepturi, qui bene uiuendo (ut diximus) & bene docendo, ad aliorum eruditio- nē vel doctrinam spiritualiter inuigilat. Quod ali bi dominus apertius declarat, cum dicētibus apostolis, **Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes?** respondit: **Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam tuam, ut de illis cibū in tempore: Beatus ille seruus,**

¶ DE CONFESSORIBVS

583

quem cum uenerit dñs eius, inuenerit sic facientem.
Amen dico uobis, qm̄ sup omnia bona sua cōstituet
eum. Qui em̄ super om̄ia bona cōstituitur, duplē
mercedē accipiet, non solum qa sancte uixit, sed eti-
am quia digne docuit. Vnde Daniel cum de resurrec-
tione mortuorum loqueretur, ut ostenderet magi-
stros spirituales sup om̄ia bona cōstituēdos, ait: Qui
autē docti fuerint, fulgebunt q̄si splendor firmamēti,
& qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in p-
petuas æternitates. Quam desiderabilem uocem &
inesistibile gaudium audire desiderans beatissimus pa-
ter noster, cuius hodie festivitatē celebramus, talē-
tum sibi creditum bene docendo & bene uiuēdo stu-
dit erogare, ut geminatū illud dñs reportaret, non
tm̄ monendo pios, sed etiam comprimendo repro-
bos. Et ideo quia iuxta scripturā uocē, gaudium pa-
tris est filius sapiēs, tāta huius excrescent merita gau-
diorum, quāta incrementa proficiunt spiritualū fili-
orum. Vn̄ necesse est ut unusquisq; nostrum fratres
charissimi, huius beatissimi patri nostri uestigia se-
quentes, talētum quod à deo accepimus, nō in terra
abscondamus, sed cum magno desiderio erogare stu-
deamus, ut geminarum domino referamus. Et quia
alius artē legēdi, alijs cantādi, alijs prædādi, alijs
pingendi, alijs eā q̄ ad ornamentū ecclesiæ pertinet,
fabricandi talentū accepit, alijs hoc qd didicit stu-
deat erogare. Nec solum in ecclesiasticis ministerijs, sed
etiam sunt tales in hoc populo, qui diuersas artes ha-
bēt quibus uictūt: alij cemētarij, alij lignarij, alij fa-
bri, alij sectores, & unicuiq; ars q̄ pascitur, pro talenti
cōmendatione reputabit: & si in hoc quod scit, alios
instruit, mercedē in futuro recipiet. Qualiter autē hu-

OO iiiij

584 **T** DE CONFESSORIBVS

iūsmodi talentum quod accepit, erogare debeat, dñs ostendit cum ait, **G**ratias accepistis, gratis date. **Vnde** necesse est fratres dilectissimi unicuique nostrum, ut cum summa diligentia uigilanter cogitet, quatenus talentum quod accepit, duplicatum domino repre-
senter. si autem suū talentum utilitatis prodesse alijs non uult, timeat increpationem quam is qui talentū unum in terra abscondit, à domino audiuīt: **S**erue ma-
le & piger, quare non dedisti pecunia meam nummu-
larijs, & ego ueniens, receperissem uirg quod meum est
cum usura: **E**t implebitur quod sequitur: **T**ollite ab
eo talentum, & date illi qui habet decem talenta, quia
quæcunque sine charitate operatus est, bona in con-
spectu dei non sunt, quamuis bona coram homini-
bus videantur. **T**anq; enim quisque ampliorem glo-
riam cum domino possidebit, quanto largius talen-
tū acceptum pro eius amore erogauerit, quod ipse p-
stare dignetur, qui cum patre & spiritu sc̄o uiuit &c.

S DE CONFESSORI-
bus. Lucæ XII.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi uestrī præcincti, & lucernæ ardentēs in manibus uestris. * Et reliqua.

Intra ceteras uirtutes, quas dñs noster Iesus Chri-
stus discipulis tradidit, & p discipulos nobis, ma-
ximā & præcipuā castitatem ostendit. **N**am cū superi-
ad spontaneā paupertatē amandā nos incitasset, di-
cens, **F**acite uobis sacculos q; non ueterascunt, thesauro
nō deficientē in cælis, quo fur non appropiat, nec

tinea corrumpit, continuo de seruanda castitate adiecit, dicens: **Sint lumbi uestri p̄ecincti.** Quod enim luxuria uiris in lumbis sit, & foemina in umbilico, dominus testatur, cum de diabolo loquitur ad beatum Iob: **Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in umbilico uentris eius.** Lumborum ergo nomine hic luxuria designatur, cum dicitur: [**Sint lumbi uestri p̄ecincti.**] Lumbos enim p̄aecingimus, cū ardorem libidinis amore castitatis refrenamus. Taliiter lumbos p̄aecinctos habebat Iohannes baptista, de quo scriptum est quia erat uestitus pilis camelii, & zona pellicea circa lumbos eius. Nec erat de immundis, qui propter fluxum seminis ei sciebantur extra castra, sed castitatem quam in mente habebat, in ipso habitu corporis demonstrabat. Sic & Elias zoom circa lumbos habebat. **Q**ui enim non propter amorem filiorum iunguntur, sed propter libidinem explendam, lumbos p̄aecinctos non habent, sed potius de illis sunt, qui propter immunditiam extra castra ei sciantur, cōparati umentis insipientibus. Qui uero tollens membra Christi, facit ea membra meretricis, nequam lumbos haber p̄aecinctos, quoniam sicut uera ait Apostolus Paulus, **Sine pace & castimonia nemo uidebit deum.** Quantum enim incorruptio carnis deo placeat, ipse per prophetā testatur, dicens: **N**ec dicit dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea & elegerint quæ uolui, tenuerintq; fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum nominatum, & nomen melius à filijs & filiabus, nomen sempiternū, quod non peribit. Et in Apocalypsi de talibus dicitur: **H**i sunt qui cum mulieribus non sunt coquiniati, uirgines em̄.

586 DE CONFESSORIBVS

sunt. Quod cum omnibus fidelibus generaliter obseruandum sit, specialiter tamen ministris ecclesiastici ordinis custodiendum iniungitur, quando in ueteri lege carnes agni, qui in figura corporis & sanguinis domini immolatus est, non prius comedere permisisti sunt, quām renes accinctos haberent, domino dicente: Sic ergo comedetis illum, renes vestros accinctis, calceamēta habebitis in pedibus. Item, Dixit dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron, & ad filios eius: Homo de semine vestro, in quo fuerit macula, non accedit ad altare. Si gibbus fuerit, si lippus, si albuginem habens in oculo, si impetiginem in corpore, uel iugem scabiem, si cæcus fuerit uel claudus, si fracto pede uel torto naso, si fuerit ponderosus uel herniolus. Qui enim sacra mysteria manibus tractare & alijs ministrare debent, dignum est ut ab omni immunda pollutione sint alieni, ut scilicet & mente sint casti & corpore pudici. Quod in ope David discimus, qui cum uenisset ad Achimelech sacerdotem, non prius panes sanctificatos accipere uoluit, quām se suost mundos à mulieribus testaretur, non utique solum ab alienis neque à cōcubinis, sed etiam à propriis uxoribus. Ait enim, Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudius tertius quā egrediebamur, & fuerunt uasa puerorum munda. Quapropter consideret unusquisque conscientiam suam, & si se incontinentem senserit in corpore, abstineat se à sacra communione, ne forte ad iudicium accipiat, quod fidelibus datum est ad remedium, timens illud quād terribiliter clamat Apostolus, dicens: Quicunq; manducauerit panem, uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet

Autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. **Q**ui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. **V**el certe aliter lumbos præcinctimus, cum omnia impedimenta mundi postponimus, ut in via mandatorum dei, gressus mentis firmiter figere ualeamus. **Q**ui cum discinctus est, ipsis suis uestimentis impeditur ne libere ambulet. **Q**ui uero præcinctus est, quaquaversus liber discurrere potest. **P**räcinctitur ad prælium miles, & circa renes gladium portat, quo aduersarium suum percutiat. **E**t tu ergo qui cupis esse miles dei, præcinge lumbos tuos, id est, omnia fluxa & impedimenta mundi postpone, ut pugnare ualeas non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mudi rectores tenebrarum harū, contra spiritualia nequitia in cœlestibus, ut impleatur in te quod idem Apostolus subiungit: State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & indui lorica iustitiae, & calceati pedes in præparatione euangelij pacis. **T**aliter miles castrorum lumbos præcinxerat, quando audiuit: Accinge sicut uir lumbos tuos. **V**nde & in laude ecclesie dicitur: Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suū. **Q**uisq[ue] autem talis est, alijs ad exemplum imitationis proponendus est, quia sicut ait dominus: Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super can delabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. **V**nde postquam dixit, Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardentes, quid per lucernas, nisi oga bona designantur? Lucernas ardentes habere, est bona opera alijs ad imitandum ostendere, iuxta illud quod dominus alibi ait, Luceat lux uestra cora hominibus, ut

588 DE CONFESSORIBVS

uideant opera uestra bona, & glorificant patrem uestrum qui in eglis est. Considerandū autem illud est, quod duo sunt quæ præcipiuntur, lumbos scilicet pīngere, & lucernas ardentes habere: quia nec castitas prodest sine bono opere, nec bonum opus aliqd ualeat sine castitate. Primū enim præcipimur lumbos restringere, & post lucernas tenere: quia ille ad aliorum exempla promouendus est, in cuius pectore salutaria desideria uigent, & cuius mentem carnis uoluptas non occupat. Quod in lege præfiguratum est, cum per Moysem præcipitur, ut leuitæ usque ad quinquagesimum annum ministrent, post annū uero quinquagesimum custodes uasorum siant, legitimum tempus attendentes, siue ad regēdum, siue ad officium prædicationis suscipiendum. Sed quæritur, quare præcipiat lucernas tenere, cum alibi dicat: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuū, & clauso ostio ora patrem tuum. Ad quod dicendum, qā illis præcipitur bonum opus ad exemplum aliorum ostendere, qui tam pfecti sunt, ut ab hominibus laudati nō extollantur. Illis autem, qui imperfecti sunt, aut quos fauor humanus extollit, præcipitur: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum. Et, Cū facis eleemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat destra tua. Et quia iuxta Iohannis uocem, Si cor nostrum non reprehenderit nos, fidutiā habemus in die iudicij, quicunq̄ lumbos habent præcinctos & lucernas ardentes, aduentum domini non tam timere debent quam diligere. Vnde & subditur: Et vos similes hominibus expectantibus dominū suum, quando reuertatur anuipiijs, ut cum uenerit & pulsauerit, cōfessim aperiāte ei.] Ad nuptias quippe

DE CONFESSORIBVS 539

dominus noster abiit, quando ascendens in cælum, multitudinem angelorum nouus homo sibi sociavit. Tunc autem reuertetur ad seruos suos, quando per iudicium manifestari coepit. Siue aliter: Certe dominus nobis quotidie uenit, cu consientias nostras per suam gratiam uisitat, & cor nostrum suo amore inflamat. Pulsat uero, quādo p ægritudinis molestiam, uicinam mortem denunciat. Cui ille statim aperit, qui latus de corpore exit, & eius speciem, quem semper desiderauit, uidere cōcupiscit. Pulsanti iudici aperire timet, qui eius præceptis se minime obtemperasse cognoscit: & uidere eum exiens de corpore trepidat, quem contemptissime se meminit: & quasi uidere iudicem metuit, cuius iussisse obtemperasse non cognoscit. Sicut enim iudicis aduentum in ciuitate eius iusti diligunt, fures & latrones timent: ita & aduentum dñi illi timent, qui eius præceptis se minime obtemperasse sciunt. Soli autem illi diligunt, qui recte se uiuere recolunt: quod illorum est facere, qui uitæ suam quantum humana fragilitas patitur, inculpabilem custodiunt, & cor suum de terreno amore in cœlestis patriæ gaudio ponunt. Talis erat Paulus apostolus, qui de bonis actibus securus dicebat: Ego autem iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat, Bonum certam in certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiae. Et iterum: Cupio dissolui, & esse cum Christo, multo melius. Et rursus: Vnuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. Taliter pulsanti iudici beatus Martinus aperire paratus erat, quando inter ægritudinis molestiam constitutus, discipulorum fleribus commotus, dicebat: Grauis ē domine pugna laboris qua-

DE CONFESSORIBVS

hucusq; certavi, sed si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso propter eos subire laborem, fiat uo luntas tua. Talibus qualis remuneratio praeparata sit, dominus manifestat cum subdit: **B**eat iservi illi, quos cum uenerit dominus, inuenientur vigilantes. Vigilare enim est, in bono opere unumquęq; sollicitum esse. Ille uero bene uigilat, qui recte credit & recte uiuit. Vigilat, qui ad alse p̄tū ueri lumi nis apertos tenet oculos mentis. Vel certe uigilat, q; torporem & negligentiam a se excutit, & diuinis man datis ardenti animo inhāret. Taliter Paulus aposto lis uigilare monebat, quibus dicebat: Euigilate iusti, & nolite peccare. Et iterum: Hora est iam nos de somno surgere. Et pars: Vigilate & orate, & stete in fide. Adhuc etiam ipsius remunerationis qualitas insinuatur, cū subditur: **A**men dico vobis quod præcinctus se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis. Præcinctus uero dei, est ad re tributionem se praeparare. Nostrum autem discubere, est in æterna beatitudine gescere, iuxta qd ipse ipse alibi ait: Multi uenient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraam & Isaac & Iacob in regno cælosum. Transire uero dicitur, cum post iudiciū ad regnum properat. Vel certe dominus transiens nobis ministrabit, cū de forma humauitatis usq; ad contemplandam cl. aritatē diuinitatis nos pducet. Omib; em in iudicio in forma humanitatis apparet, iustis scilicet & iniustis, sicut scriptū est: Et uis debit omnis caro salutare dei nostri. Sed reprobis iusto iudicio dñnatis, iuxtra illud qd scriptum est, Tolla tur impius ne uideat gloriā dei, solis electis transier, q; de uisione humanitatis usq; ad contemplandā chari

ratē diuinitatis sublimabit, ut q̄ mō intuentur tñ ho
minem, tunc facie ad faciē mereantur uidere deum,
qualiter pater in filio, & filius manet in patre. Sed
q̄a oīibus præsentis uitæ terminus incertus ē, recte
subiūgitur: [Et si uenerit in scđa uigilia, & si in tertia
uigilia uenerit, & ita inuenierit, beati sunt servi illi.] Antiqui em̄ noctem in quatuor uigilias diuidebāt,
ita ut unaquæq; uigilia trinas haberet horas. Varietates nanc̄ horar̄, diuersitatē significant humānē
uocationis. Prima em̄ uigilia, primū est tēpus no
stræ ætatis. i. pueritia. Secūda uigilia, adolescētia uel
iuuētus, quæ pene idē sunt, Salomone dicēt: Læra
re iuuenis in adolescentia tua. Tertia uigilia senectus
est. Cum uero dñs nōnullos in pueritia bñ operan
tes ab hac uita uocat, quasi ad seruos uigilātes in pri
ma uigilia uenit. Cū uero alios in adolescentia, uel in
iuuentute ab hac uita ducit, quasi in scđa uigilia ue
nit. Si q̄s ergo in prima uigilia uigilare noluerit, sal
te hic in scđa uigilet. i. si quis in pueritia à bono ope
torpuit, saltem in adolescentia uel iuuentute somnū
corporis à se excutiat, & dū uirtus corporis uigerit in
bono opere se exerceat. Si quis autē tam negligēs &
desidiosus fuerit inuētus, ut nec in prima nec in scđa
uigilia uigilauerit, saltem in tertia. i. in senectute iam
resipiscat, & tu ro uigilare nō timeat, cum parum ui
gilaturus est. Neq; em̄ sero conuersos diuina pietas
despicit, qui per prophetam ait: Vnuo ego, dicit domi
nus, nolo mortem peccatoris, sed ut convertat & ui
uat. Et iterum: Peccator quacunq; die conuersus fue
rit & ingemuerit, saluus erit. Sed quia solet antiquus
hostis in hac parte tepidos decipere Ch̄rianos, ut q̄
bus suaderet culpā, longā pmittat uitā, adhuc dñs ad-

monendo similitudinem incerti finis subdit, dicens
Hoc autē scitote, qm̄ si sciret paterfamilias
qua hora fuerit uenire, uigilaret utiq; & non sineret p-
fodi domum suam. **Juxta literā ita est, quia paterfa-**
milias thesaurum recongitum habens in don:o, si fu-
ris aduentum sciret, uigilias instrueret, custodias ad-
hiberet, infirmiora loca muniret, & ne sua domus ali-
qua fraude perfodi posset, sollicitus præcaueret. Spi-
ritualiter autē paterfamilias iste, noster est animus, q-
tunc male securus dormit, quādo diem mortis obli-
uiscens, à bono opere torpet, & breuissimum tēpus
uitæ præsentis, quasi lögum sibi promittit. **Furis autē**
aduentus mors est, quæ improuisa subito dum non
speratur ueniens, thesaurum animæ nostræ ad pe-
nas rapit. **Huius ergo furis aduentum, ut præcavere**
possimus, necesse est ut diē mortis semper ante oculos
habeamus. **Multum enim nos aduersus peccatum**
iuuat, si finis uitæ à memoria non recedat, monente
scriptura: In omnibus operibus tuis memorare no-
uissima tua, & in æternum nō peccabis. **Vnde & dñs**
admonendo subiungit, dicens: **Et vos estote pa-**
rati, qz qua hora non putatis filius hominis
veniet. Si autem terminum uitæ nostræ sciremus,
aliud tempus penitentia deputaremus. Cum uero
omnibus incerta sit hora mortis, non deber esse con-
scientia secura à bono opere, quia dominus omnipo-
tens, qui neminē vult perire, sed omnes ad cognitio-
nem ueritatis uenire, ideo uoluit nos latere ultimū
diem, ut dum ignoratur unus, obseruantur omnes.
Quod autem ait, [quia qua hora non putatis filius
hominis uenier, si ad diem iudicij referamus, mani-
festum est, quia incertus est omnibus & incognitus,

DE VIRGINIBVS

593

Sicut ipse dicit in euangelio. De die autem illa & hora nemo scit, neq; angeli in caelo, neq; filius hominis, nisi pater solus. Et iterum: sicut fuit in diebus Noe, sic erit aduentus filij hominis. Et rursum: Sicut fulgur egreditur ab oriente, & penetrat in occidentem, sic erit aduentus filij hominis. Et post suam resurrectionem, querentibus discipulis ait: Non est uestrum nosse tempora & mometa, quae pri posuit in sua potestate. Hinc Petrus apostolus dicit: Dies domini sicut fur in nocte, ita ueniet. Sed quod tunc generaliter futurum est omnibus in resurrectione animarum & corporum, quod tidie sit singulis in animabus. Dū enim nō putamus, filius hominis uenit, quando subita morte præuenti, ipsum habemus terminum peccandi, quem & uiuendi. Et dū mala non deserimus sed à malis deserimur, seram agimus penitentiā, non attendentes illud quod scriptum est: Ne tardes cōuerti ad deum, neq; differas de die in diem, ne subito ueniat ira eius, & in tempore vindictæ disperdat te.

DE VIRGINIBVS

Matthæi XIII.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit. Et reliqua.

Virtus & sapientia dei dominus Iesus Christus, nō solum ad suscipiendam humanam naturam, hominibus compati dignatus est, sed etiā humanæ ignorantiae condescendens, suis sanctis sermo-

PP

nibus rerum temporalium similitudines frequentes adhibuit, ut ex collatione rerum uisibilium, ad inuisibilium amorem animos audientium incitaret. Vnde cum caelestem gloriam studiose amandam doceret, illam rerum similitudinem adhibuit, quas homines plurimum diligere solent, dicens: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quæ qui inuenit homo, abscondit.] Vbi thesauri nomine spiritualiter caelestis patriæ amore intelligere debemus, ubi sunt diuitiae quæ non deficiunt, thesaurus qui nunquam marcescit, ubi nos dñs thesaurizare admonet, iuxta qd alibi loquitur, dicens: Thesauri zate uobis thesauros in cælo, ubi neq; ærugo, neq; tinea demolitur, & ubi fures nō effodiunt, nec furant, & ubi thesaurus tuus ibi & cor tuum. Qui profecto thesauru tanto magis cumulatur, quanto magis temporalis thesaurus atq; facultas studiosius pro deo ex peditur. Vnde de eo qui thesaurum inuenit, dicitur: [Et præ gaudio illius uadit & uendit universa quæ habet, & emit agrum illum.] Ager in quo thesaurus absconditus inuenitur, nos sumus, si tamen in nobis manet caeleste desiderium. Quæ ille uenditis oībus comparat, qui corpus suū per caelestis patriæ disciplinam affligi in ieiunijs, uigilijs & orationibus. Sed & ille agrum cū thesauro inuenio, datis omībus emittit, qui crucifigens membras sua cū uitijis & concupiscentijs Christum sequitur, & quodāmodo spirituali uenundatione seipsum mutat, declinando à malo & faciendo bonum. Hunc enim thesaurum absconditū in agro, cuidam dominus emere persuadebat cū dicebat: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cælo;

DE VIRGINIBVS

598

& ueni, sequere me. Illud autē notandum, quod thesaurus inuentus, custoditur ut seruetur, quatenus intelligamus quām studiose in bono opere uanam gloriam cauere debeamus. Sic est enim p̄sens uita qua si uia, latrones autem iuxta uiam, immundi sunt spiritus, qui illis maxime int̄dēt, quos cum spirituali thesauro ad cælestē patriam redere cognoscunt, sicut per prophetam de eorum capite dicitur. Sedet in insidiis cum diuitiis in occultis, ut interficiat innocentē. Illorum ergo diuitias isti latrones rapiunt, qui p̄ inanem iactātiā bona sua opera corā hominibus denudant. Vnde necesse est, ut cū opus bonum exte-rius agimus, intentionem deo placendi semper in occulto teneamus, iuxtaqđ ipse nos admonet, dices: Cū facis eleemosynam, nesciat simistra tua quid faciat de xtera tua. Et iterum: Tu autē cum oraueris, intra in cubiculum: & clauso ostio, ora patrem tuū, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Ad accēden- dum autem mentem in amorē cælestis desiderij, alia similitudo datur cum subinfertur: Iterum simile est regnum cælorū homini negotiatori quae renti bonas margaritas, inuenīta aut̄ una preciosa mar- garita, abiit & uendidit omnia quae habuit, & emit̄ ea. Vbi preciosae margarite noīe, dulcedo uel claritas æternæ patriæ intelligitur, quae preciosior est cum etiis preciosis rebus, & suauior omnibus delectationib⁹. Negotiatores aut̄ spiritualiter nos sumus, q̄ de terrenis facultatibus cælestē gloriam mercari iube- mur. Notandū autem quod ait, Uendidit omnia quae habuit & emit̄ eam, quia ille preciosam margaritā unam (id est, cælestēm patriā) datis omnibus emit̄, q̄ non solum terrenis facultatibus, sed etiam p̄ prijs re-

PP ij

596 DE VIRGINIBVS

nunciat uoluntatibus. Qui uero sua pauperibus tribuit, sed adhuc proprijs uoluntatibus seruit, preciosam margaritam nondū emit: quia quod carius deo poterat offerre, retinuit. Non enim deus nostra, sed nos querit, qui terrenam substantiam non nisi propter lucrum animarē dare præcepit. Quia ergo negotiatori bonas margaritas querenti, bonisq; margaritis sumus cōparati, seruare debemus in opere qd acceperimus in noīe. Et sicut terrenos negotiatores nō maris pericula ab officio negociādi prohibent, nō latronum insidiā terrent, non aperi casus itineris uetant, non hyemis frigus, non æstatis calor retinet, tantum ut terrenū lucrū acquirere possint: ita & nos qui spirituales sumus negotiatores, ab amore cælestis patriæ nulla mūdi blandimēta retineat, nulla eius aduersitas terreat, nec aliqua tribulatio prohibeat, ut preciosam margaritā amātes, cum Apostolo dicere ualeamus: **Quis** ergo nos separabit à charitate Christi? **Tribulatio**, an angustia, an pſecutio, an famæ, an nuditas, an periculū, an gladius? **Certus** sum aut quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, que est in Christo Iesu dño nostro. Imitemus & aliud negotiatorum opus. Habent enim hoc proprium hi, qui negotiandi operibus infistunt, ut si in uno negocio clama incurrerint, studiosius negotiandi operibus infistant, quo usq; quod in una re perdidérunt, in alia acquirat. Ita ergo & nos, si in aliquo casu damnū animæ inciderimus, studiosius incepto bono operi infistamus, ut quod per negligentiam amifimus, per bo-

DE VIRGINIBVS

597

num opus recuperemus , quatenus ad preciosæ mag
garitæ lucrum peruenire possimus , & uocē domini
audire mereamur , dicentis ; Euge serue bone & fide-
lis , quia in paucō fuisti fidelis , supra multa te cōstitu-
am , intra in gaudium dñi tui . Hæc autem margarita
tam chara est , ut nulli terrenis diuitijs possit compa-
rari : tam uilis , ut sola bona uoluntate possit acquiri .
Hanc margaritæ preciosam multis facultatibus Za-
chæus comparare studuit , qui cum huius margaritæ
larginorem in domo sua suscepisset , præ nimio gau-
dio dixit : Domine , dimidium bonorum meorū dā
pauperibus , & si cui aliquid tuli , in quadruplum resti-
tuo . Hanc quoquj margaritam uidea illa duobus gris
minutis , in gazophylacio iactatis , cōparauit . Cuius
precium ipse testis conscientiæ , dominus scilicet , col-
laudauit , dicens : Amen dico uobis , quia uidea hæc
pauper plus omnibus misit , qui miserū in gazophy-
lacium . Omnes em ex eo quod abundauit illis , mise-
runt : hæc ergo de penuria sua quod habuit , misit totū
uictum suum . Huius margaritæ pulchritudinē bea-
tissima . Non cuius hodie festiuam celebramus festiu-
tatem , multis diuitijs datis comparauit , quando pro
eius amore regni potentiam derelinques , & thorū
regalis matrimonij spernes , ad spontaneam pauper-
tatem se cōstituit . Vnde sine dubio , quia regis terreni
coniugium contempnit , sponsa effecta est regis cæle-
stis : & quæ noluit cū terreno rege regnare in mūndo ,
regnat cū Christo in cælo . Et qa salutatiōes & offi-
cia refugit regaliū ministrorum , ministrat nunc cū
Christo , coniuncta cœtibus angelorū . Et ideo digna
est , ut quod temporelam reginam honore debito uene-
ramur , hæc deo acceptam reginam deuotis precibus .

PP iii

568 DE VIRGINIBVS

supplicemus: ut quia nos suo exēplo in nomine Chri-
sti congregauit, suis nos meritis & orationibus in pre-
senti uita iucundos efficiat, & in futura acceptos red-
dat. [Iterum simile est regnum celorum sagenæ mis-
se in mare, & ex omni genere piscium congregati.]
Pulchre sagenæ assimilatur ecclesia, quia & pescatori
est commissa, & intra rete fidei quotidie homines cap-
pit. Sicut enim pescatorum est, cum sagenda de profun-
dis gurgitibus pisces ad littus trahere, sic quotidie ec-
clesia per doctrinam prædicatorum, de turbulentis
& amaris gurgitibus mundi, mentes hominum ad ue-
ram lucem trahere studet. Et quoniam quandiu in p-
senti uita ecclesia cum bonis colligit & malos, recte de
eadem sagenda subditus. [Quam, cum impleta esset,
educētes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in
uasa sua, malos autem foras miserunt.] Vbi cum bo-
ni & maliiominantur, præsentis temporis ecclesia de-
signatur. Boni enim soli nusquam sunt, nisi in cælo: ma-
li autem nusquam soli sunt, nisi in inferno. Hæc autem
ecclesia quæ in medio consistit, utriusq; patriæ ciues
recipit, sicut per Psalmistam dī: Annūciaui & locutus
sum, multiplicati sunt sup numerū. Vbi considerandū
est, q; sup nugēs electorū mō i ecclisia multi repro-
bi intrare possunt, sed in regnū celorum nō possunt, vñ
& bñ dī. [Elegerunt bonos in uasa sua, malos autem
foras miserunt.] In q;bus uerbis manifeste discretio
electorū & reproborū, in fine seculi futura esse oñdit.
Sicut enim mare, seculum: sic littus maris, finē signi-
ficat seculi. In littore enim sedentes, [elegerūt bonos
in uasa sua, malos autem foras miserunt,] quia in fi-
ne seculi electi assumuntur ad gloriam, & reprobi se-
parabuntur ad pœnam, iuxta quod alibi dominus ait

in euangelio: In illa nocte erunt duo in lecto uno,
unus assumetur & unus relinqueretur. Vnde & expo-
nens dñs similitudinem, adiunxit: [Sic erit in con-
summatione seculi. Exibunt angeli & separabunt ma-
los de medio iustorum & mittent eos in caminū ignis,
ibi erit fletus & stridor dentium.] Hoc est quod dñs
alibi in euāgeliō dicit, Mittet filius hominis angelos
suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Et
item de zizanijs que inimicus homo superseminaluit
tritico, interrogatus ait: Sinite utraq̄ crescere usq; ad
messiem, & in tempore messis dicā messoribus, Colli-
gite primū zizania, & alligate ea in fasciculos ad com-
burendū, triticum autē congregate in horreū meū.
Idipsum est quod alibi dicitur à dñ: Cum sederit fi-
lius hois in sede maiestatis sue, cōgregabunt ante eū
omnes gentes, & separabit eos ab inuicē, sicut pastor
segregat oves ab hōedis &c. In eo autem quod sub-
iungit, [Ibi erit fletus & stridor dentium,] manife-
ste qualitat̄ p̄cenarum describitur. Oculi enim p̄ni
mōsum fluere lachrymas solent, dentes uehemen-
ti frigore stridescere. Cum uero ait, [Ibi erit fletus &
stridor dentium,] ostendit quireprobi in gehenna,
& frigus in tolerabile, & calorem inestimabile susti-
nebunt, iuxta illud quod per beatū Iob dicitur: Ad
calorem nimium trāsibunt ab aquis niuium, & usq;
ad inferos peccatum illius, obliuiscatur eius miseri-
cordia, dulcedo illius uermis. Finita autem similitu-
dine, de eius intellectu saluator discipulos requirit,
ostendens p̄ijs magistris, ut alios, possint erudire, ali-
quando interrogare debere. Ait eñ: Intellexisti
hæc omnia? illisq; dicētibus, etiā, de p̄fectu illorū
gloriabatur, dicens; Ideo omnis scriba doctus in regno

600 DE VIRGINIBVS

celorum, similis est homini patrifamilias, qui p̄fert de thesauro suo noua & uetera. Quod specialiter ad apostolos pertinere, ex eo manifestum est, quod homini patrifamilias cōparantur, proferenti de thesauro suo noua & uetera. Si enim per noua & uetera uetus & nouum testamentum accipimus, Abraam & Moysen cæterosq̄ patres, qui ante domini aduentū fuerunt, noua cum ueteribus non prætulisse cognoscimus: quia et si noua narrauerunt, domini tamen incarnationem nouā corporalibus oculis non uiderunt, sicut ipse discipulis suis ait: Multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uideatis, & nō uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Apostoli autē noua & uetera spiritualiter intellexerūt, & noua corporalibus oculis uiderunt. Quibus ipse ait: Mandatū nouum do uobis, ut diligatis inuicem. Siue aliter: Vetera ad pœnam, noua pertinent ad gloriam. Vetustum em̄ erat homini, post peccatum ire ad pœnam, cui aliquid nouum per redemp̄toris aduentum cōtigit, quādo bene operantibus gloria est remissa. Cum ergo dñs discipulos collaudat, dices: **Dm̄is scriba doctus in regno celorum, similis est homini patrifamilias,** qui profert de thesauro suo noua & uetera. Ostendit hunc ordinem doctoribus in prædicatione seruandum, ut uetera proferant de terrore supplicij, & noua de promissione præmij. Quod & in huius lectionis serie suo exēplo dominus ostendit, cum in prioribus similitudinibus incitauit ad præmium, & in sequentibus cōminatur supplicij, ostendēs (ut dictum est) doctoribus quæ sic bñ operantibus debent promittere gloriam, ut non cessent peccantibus cōminari pœnā. Quod etiā in le-

AD PATERM

601

ge figurate ostēdit, qñ per Moysen tale p̄ceptū dedit, dices: Nō accipies loco pignoris superiorē & inferio rē molā, qā apposuit tibi animā suam. Superiorē & inferior mola, spes & timor accipiū. Quasi eñā de bitoribus pignus accipimus, cum confessionē peccatoris accipimus. Cui si penitēti spem nō repromit timus, ueniā negamus, superiorē molam tollimus. Si autē peccatori securitatē damus, inferiorem abstrahimus. Sed utrungq; obseruandū est, ut sic p̄nitéribus p̄mittamus ueniā, quatenus in peccato p̄seuerantibus cōminemur p̄nam, ut quos nō prouocāt ad bñ agendū præmia promissa, saltem denunciata terrearū supplicia. Tu autem domine miserere nostri.

SERMO DE CON fessione Iesu ad patrē, & de iugi eius suavitate & oneris leuitate.

• Matthæi. XI.

In illo tempore Respondens Iesus , dixit : Confiteor tibi pater , domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapiētibus & prudentibus . Et reliqua.

In fronte huius lectionis euangelicæ quæstio sub oritur, cum nec superius, nec inferius describatur, quod aliquis eum interrogasset. Legimus eñā in alijs locis, quod interrogatus est à discipulis, & respōdit. Interrogauerūt eñā scribæ & pharisæi, & respōdit: Hic datur intelligi, quia nihil tale reperitur, sed tantummodo absolute dicit, respōdit Iesus. Concordia Lucae euangelistæ facienda est, qui hoc aptius mani-

PP. v

602 SERMO DE CONFES. IE'SV

festat, cū dicit: Designauit dñs & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suā in oēm ciuitatē B locū, quō erat ipse uenturus, & dedit ei potestatem calcādi super serpētes & scorpiones, & supra omnem uirtutē inimici, & nihil uobis nocebit, & ut sanarent infirmos & ceteras uirtutes facerēt. Qd idem Lucas in sequētibus testatur, cū dicit: Qui eūtes, fecerūt sicut constituit eis Iesu, & faciebant multa miracula, & inter cetera, dæmonia ejiciebāt, unde reuersi cū gaudio ad dñm, dixerūt: Dñe, etiā dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. & it illis Iesu: Videba satanā sicut fulgur de cælo cadērem, ueruntamen nolite in hoc gaudere quia spiritus uobis subiiciuntur, gaudete autē quia nostra uera scripta sunt in cælis, inde subiungit & dicit: In ipsa hora exultauit Iesu spiritu sancto, & dicit: [Cō]fiteor tibi domine.] hoc est qd dicit Iesu: sciendum est enim, quia in uno homine duo homines sunt, interior & exterior. Solet enim interior exteriori respondere, & exterior interiori, sicut legimus de Nabuchodonosor, quod dum deambularet dñs in aula regni sui in Babyloniam, tumēs superbia respondit: Nonne hæc est Babylon illa, quam ego ædificauī in robore & in brachio fortitudinis meæ? Sed dñs non taliter respōdit, sicut Nabuchodonosor: sed respōdit huminitas diuinitati, immo filius ad patrem. Videbat enim simulacra dæmoniorum destrui, principem mudi ejeti foras, & suum numerum crescere, & ideo exultauit & dixit: [Confiteor.] Tribus enim modis confessio dicitur. Est confessio in fide, & confessio in peccatis, est & confessio in laude. In fide, sicut confitetur uniuersalis ecclesia cum dicit, Credo in deum. Est confessio in

AD PATREM

605

peccatis, de qua Apostolus dicit: Confitemini alterum peccata uestra. Est & in laude, de qua prophetat dicit: Confitemini dño quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Sed dominus nec in fide, nec in peccatis dicitur confiteri, sed tantummodo in laude. Vel certe dicitur confiteri, eo quod sanctis hoc faciat facere. Confiteor tibi domine. Ad hæc surgentes hæretici dixerunt, quod dñs Iesus Christus nō fuisset uerus filius dei per proprietatem naturæ, dicentes quia si fuisset filius dei uerus, nunq̄ eum dñm appellasset, non considerantes illud, quoniam ipse p̄ humanitatem minor est patre, sicut ipse ait, Pater maior me est. in diuinitate namq̄ æqualis est patri, uerum ipse dicit, Ego & pater unum sumus. Secundū em̄ humanitatem, dominum appellat. Vnde & pater ad eum per prophetam dicit: Noli timere serue meus. Et beata Maria se ancillam illius appellat & dicit: Ecce ancilla domini. Pater cæli & terræ. & recte cum patrem appellat, quia ipse ascendens in cælum, dixit, Ascendo ad patrem meum. Quidam per hyperbaton hoc uolunt intelligere, id est, per transcenſionē uerborum, dicentes, Confiteor tibi pater. Deinde sub inferrent & dicerent, Domine cæli & terræ, ut sit sensus qd̄ sit ipius pater, & dominus cæli & terræ. Quāquam ita possit intelligi, tamen secundum præfatum sensum accipiendum est, quia ipse æqualis patri per diuinitatem. Pater cæli, id est, angelorum: terræ uero, hominum. Alter autem pater cæli, id est, sacrae animalium. unde scriptū est, Cæli enarrant gloriam dei & opera ma. &c. terræ uero hominum, qui adhuc in terrenis sunt implicati, ne cdum possunt contemplari cælestia per oculum mentis, nec ualent dicere cum

604 SERMO DE CONFES. IESV

Apostolo: Nostra autem conuersatio in caelis est: Et recte pater caeli & terrae appellat, quia ipse cuncta creauit ex nihilo uisibilia & inuisibilia, si cut scriptum est: In principio creauit deus caelum & terram. Et alibi: Qui manet in eternum, creauit omnia simul. Vnde & nos quotidie in oratione dicimus, Pater noster. & ipse dominus alibi ait, Vnus est enim pater uester. **Qui abscondit haec a sapientibus et prudentibus.** Vbi perquirere debemus, quid absconderit dominus a sapientibus & prudentibus, nunquid abscondita est humanitas a scribis & pharisaeis, cum Simeon dicat: Quia uiderunt oculi mei salutare tuum, Et in alio loco scriptum sit, Et uidebit eum omnis oculus: Non uiri humanitatem, sed diuinitatem eis abscondit: quia scribae & pharisaei diuinitatem in humanitate latitarem non cognoscebant. Quia si cognouissent, nunquam dominum gloriam crucifixissent. Nam sapientes & prudentes sancti apostoli fuerunt, de quibus dominus iudeus ait: Ecce ego misericordia ad uos prophetas & sapientes & scribas, & iterum apostolis, Estote ergo prudentes sicut serpentes. Et Petrus apostolus, Estote prudentes & uigilate in orationibus. Sed nunquid istis diuinitas abscondita fuisset? Nō. Sed illis de quibus per Prophetam dominus dicitur: Vnde qui sapientes estis in oculis uestris, & corā uobis metiatis prudentes. Et iterum: Sapientes sunt ut faciant mala. Et Apostolus: Quia non potuit mundus per sapientiam credere deum, placuit deo per stultitiam salvos facere credentes. Quoniam stulta mundi elegit deus, ut confundat fortia, &c. **Et reuelasti ea parvulis.** Quis sunt isti parvuli: nimis uim sancti apostoli. Habet enim in euangelio: Quia conuocans Iesus parvulum, statuit eum in medio, & dixit: Nisi conuersi fu-

AD PATERM

605

eritis & efficiamini sicut parvuli, &c. Et iterum: Sintete parvulos uenire ad me. Parvulos autem non propter modicatem corporis, uel propter insipientiam dicit, sed propter innocentiam. Vnde Apostolus discipulis suis ait: Nolite pueri effici sensibus. Reuelauit dominus filium suum sanctis apostolis, sicut Thoma q^{uod} dixit: Domin^{us} meus & deus meus. Et sicut Petrus ait, Caro & sanguis non reuelauit tibi. Regnū em̄ dei possidebūt beati oculi iustorum, qb^{uod} dñs se & patrem reuelare dignatus est. Ita pater sicut fuit placitum ante te. Sic enim placitum fuit deo patri, ut filium suum unigenitum mitteret pro salute generis humani. Siue etiam ut sapientibus & prudentibus huius seculi abscederet filium suū, & puulis reuelaret. Vel certe in presentia dei patris fuit ante oīa secula, q̄s eligeret de mundo, mittens filium suum in mundū. Quia sicut Apostolus dicit, Quos præsciuit, hos & prædestinavit: quos autem prædestinavit, hos & vocauit: & quos vocauit, illos & iustificauit. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. In Christo semper duas naturas & duas operationes intelligere debemus, diuinam scilicet & humanam: secundum diuinam & aquilis est patri, & omnia habet cum patre, sicut ipse dicit ad patrem: Pater, omnia mea tua sunt. Secundum uero humanam, qua minor est patre, omnia ei subiecta sunt a patre. Vnde pater ad eum ait, Pete a me, & dabo tibi. Et in hoc loco: [O]mnia mihi tradita sunt a patre meo.] Et in Psalmo, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Vnde & ipse dominus post resurrectionem suā gratulabundus ait discipulis, Data est mihi omnis potestas &c. Habet enim pater, quod nō habet filius: habet filius, quod non habet pater: habet spiritus san-

606 DE CONFESSORIBVS

Etus, qd haber pater & filius. Pater haber æternitatē
 sine nativitate. Filius haber æternitatē cū nativitate.
 Spūs uero sanctus à patre filio q̄ pcedit. Ergo pater
 ingenitus, filius genitus, spiritus sanctus nec genitus,
 caue ne fallat, sed nec ingenitus, sed à patre & à filio
 pcedit. **Nemo nouit filium nisi pater,** neq; patrē
 quis nouit nisi filius, & cui filius uoluerit reuelare.]
 Valde perquirere debemus cur dicit, nemo nouit filiū
 &c, cum Apostolus dieat, **Cum autem placuerit**
 ei qui me segregauit &c. **Nam & Iohannes uidisse cū**
 testatur induitū pudore ad māmillā eius. **Et non solū**
 in nouo testamento, verumet i& in ueteri inueniūt
 sancti, qui se deū uidisse testati sunt, sicut **Abraam**
 quī tres uidit, & unū adorauit: **Et sicut Iacob qui di-**
 xit, **Vidimus facie a& faciē.** **Nam & Moyses loqueba&**
 cū illo facie ad faciē. **Et Iisaias, Vidi dñm sedentē sup**
 solium excelsum. **& Iohannes apostolus dicit, Quod**
 uidimus, qd audivimus. **& hic dicit, Nemo nouit filiū**
 nisi pater. **Si nemo nouit filiū nisi pater,** ergo sancti
 frustra credūt illuc ascēdere ubi **Christus est.** **Sed ista**
 quæstiō facile soluitur, si hoc consideremus quod su-
 perius diximus, in **Christo** duas naturas inesse, diuinā
 & humanam. **Sciendum nanq; est,** quia sicut ille co-
 æternus est & coæqualis patri. **Nullus em nouit nec**
 noscere potest, Iohanne dicente, **Deū nemo uidit unq;.**
Quomodo enim deus lumē de lumine, omnipotens
 de omnipotente, nemo nouit, neq; scire potest, sicut
 propheta dicit, **Generationem illius quis enarrabit?**
 hoc ē qd Apostolus cōsiderās ait, **O altitudo diuitiarum**
 sapientiæ & scientiæ dei &c. **Ad Moysen em do-**
 minus dicit, **Non em uidebit me homo, & uiuet.** **Vel**
 etiam quomodo in utero beatæ **Mariae uirginis,** nul-

Ius nouit. Angelus enim ad beatam Mariam ait, Sp̄ritus sanctus superueniet in te, Vnde Iohannes dicit Post me uenit uir, & propheta, Brachium dñi cui reuelabo: Ergo pater nouit filium, quē coeternum & consubstantialē sibi genuit, Et cui uoluerit filius reuelare, in hoc credit̄ consolatio sanctis, cum dicitur [& cui uoluerit filius reuelare.] q̄a quāuis modo non uidēant sancti corporaliter, tamen restat tempus quando uidebunt. Vñ Iohannes dicit, Filioli, nunc filii dei sumus. Cui uult & quantum uult, se & patrem ostendit. **Venite ad me omnes.** Quatuor uocationes in sacro eloquio reperimus, duas in ueteri testamento, duas & in nouo. Prima in ueteri testamento, Venite filij, audite me. Secunda, Venite, adoremus. Prima in novo testamento, ista qua in praesenti recitatur, cū dicitur, Venite ad me omnes. Secunda, Venite benedicti patris mei & rel. Sicut em̄ synagoga admonebat filios suos, ut uenirent atq̄ timorem dei discerent, dicens: Venite filij, audite me &c. postea uero hortabatur adorare, i. quiens, Venite, adoremus: ita etiā sancta ecclesia hortatur cum ait, Venite ad me omnes, Qd em̄ synagoga dicebat, Venite filij, audite me, hoc eccl̄esiā dicit, Venite ad me omnes. Et qd illi dicebāt, Venite, adoremus: ita & Christus dictus erat sanctis, Venite benedicti patris mei. Tres uocatiōes iam impletæ sunt, & adimplentur quotidie. Restat quarta, quae in die iudicij adimplebitur, quam qui audire meruerint, sine fine gaudebunt. **Qui laboratis et onerati estis.** Laborabat em̄ plebs gentiliū in culturis dæmoniorum, & in delubris idolorum, siue etiam in desiderijs carnis, de quibus scriptum est, Telas araneæ texuerunt. Et Apostolus dicit, Scitis quoniam

608 SERMO DE CONFES. IESV

cum gentes essetis, ad simulacra muta & rel. **Etego reficiam vos.** Quid promisit? Refectionem non solum in cibo carnali, sed in spirituali. De qua refectione in Apocalypsi scriptum est, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. Quam sancti accipientes, dicent: Quām magna multitudo dulcedinis tuæ domine, &c. De hac refectione dominus mulieri Samaritanæ ait: Qui biberit aquam quæ ego do, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. **Tollite iugum meum super vos.** Nūquam poterit homo sine iugo esse aut Christi, aut diaboli. Dudum autem Iudaica plebs iugum legis sustinebat, de quo iugo Petrus apostolus ait: Quid uultis imponere iugum super nos? &c. Quia ait dominus postea, Onera gravia & importabilia imponunt in humeros hominū. Plebs autem gentium iugum diaboli portabat, uide licet sarcinam peccatorum in dorso. De hoc namque superius dictum est, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Notandum autem, quia non onus aboli suum iugum dixit. **Lugū enim Christi,** eius doctrinam intelligere possumus, quam omnes sancti, quem sequi uoluerunt, portabunt, sicut ipse dicit: Qui uult uenire post me &c. Notandum autem, quia homines qui alios ad se uenire faciunt, & eos erudire cupiunt, dicunt eis, Discite à nobis: ita & dñs suā doctrinā nos erudire cupit, cūdicit, **Discite a me quia misericordia sum et humilis corde.** Nō dixit uirtutes facere, infirmos sanare, mortuos suscitare, & cetera talia, **A** enīt supra dederat illis potestatem ad hoc faciēdum. Hic nihil tale reperitur, sed tantum dixit, **Discite à me.** Quid nisi humilitatem: Et notandum est, quia se mitem dixit esse. **Iam enim misericordia terram promiserat,** di-

cens: Beati mites, quoniam ipse possidebunt terram.
Et ne graue uideretur quod dñs præcipiebat facere,
ipse superius exemplis monstrabat. Et recte dicitur,
[humilis corde,] quia semetipsum humiliauit, sicut
ait Apostolus: Qui cū in forma dei esset, nō rapinam
arbitratus est esse se aequalē deo, sed semetipsum ex-
inanuit &c. Multi uidentur humiles exterius, sed in-
teriorius tumidi sunt: ē cōtra exterius tumidi, sed interior-
ius humiles sunt. Bona conscientia, que talem fert fru-
ctum, que semp̄ intus seruat humilitatē. [Et inuenie-
tis requiē animabus uestris,] Et alibi dicit, Nolite ri-
movere eos qui occidūt corpus, animā aut non possunt
occidere. Sancti post tribulationē requiē percepturi
sunt. [Iugum em̄ meū suave est, & onus meū leue.]
Iugū ipsius suave ē, q̄re suave? aut q̄re leue? Quia qd̄
docuit ipse, prius impleuit, sicut Lucas dicit: Quia cō-
pit Iesus facere & docere. Præcepit nobis humiles es-
se, ipse prius in semetipso humilitatē exhibuit, nul-
lam rem iussi, quam ipse non demonstraret. Solene
etiam nonnulli magistri grauia & importabilia disci-
pulis iniungere, quod ipse facere nō ualent. Loquun-
te, & opere destruunt, ideo discipulis grauia uiden-
tur: sed dñs talia nō fecit. Iugū eius leue est. Sancti nā
que quicquid in hoc seculo patiuntur, leue sustinēr,
quod iugū perfidi Iudæi portare noluerunt, dicentes:
Discipulūs uincula eorū. Ergo nec scientiam pa-
tris, nec filij, nec spiritu sancti portare uoluerunt, di-
centes: Scientiam uiarum tuarum nolumus.

SERMO DE ORA
tione dominica, Lucae XI.

QQ

In illo tempore Dixit unus ex discipulis Iesu ad eum: Domine doce nos orare, sicut docuit Iohannes discipulos suos. Et reli-

Lucus euangelista refert quia cum dominus ab oratione surrexisset, accessit ad eum unus ex discipulis eius, dicens: Domine, doce nos orare, sicut et Iohannes docuit discipulos suos. Quibus cum dixisset, Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici faciunt, qui purant in multiloquio se exaudiri, breuem quidem uerbis, sed plenam mysteriū docuit orationem, dicens: Dic ergo orabitis, dicentes: Pater noster, qui es in celis, &c. In qua oratione septem specialiter petitiones commendantur, quarum tres priores ad futuram uitam pertinēt, reliqua quatuor ad præsentem pertinere uidentur, propter futuram in accipiendam. Quod enim ait, Sanctificetur nomen tuum, fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra, ad futuræ uite beatitudinē pertinet. Quod vero subiungit, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, etiam usq; in finem, ad præsentis uite necessaria pertinere uideatur. Sed cuncta per ordinem uideamus. Ait enim: [Pater noster qui es in celis.] Vbi considerandum est, quia cum singulis hanc orationem dicendam docuit, non dicilans, pater meus singulariter, sed pater noster pluraliter, ut intelligamus hanc paternitatem non ad naturam pertinere, sed ad gratiam. Hoc enim dicit Imperator, hoc etiam miles, hoc dominus, hoc seruus, hoc claves, hoc pauper. Omnes æqualiter dicunt, Pater noster, quia non est persona, acceptor deus, sed in omni gente qui operatur iustitia, acceptus est illi. Vbi reuera magna digna-

TORATIONE DOMINICA 611

To hominibus datur, ut dominum & creatorem suum patrem audeant appellare. Siue certe, cum communiter patrē inuocandum esse docuit, spiritualiter nos fratres esse debere insinuat, iuxta illud quod ipse alibi ait: Omnes enim uos fratres estis. Qui em̄ unum inuocant patrem, unanimes debet habere fraternitatem, secundum illud quod per Psalmistam dicitur: Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. Cum uero deus ubiq̄ sit totus, ubique praesens, specialiter in cælis esse dicitur, ubi angelorum agminibus uicinus apparet, & sublimius collaudat: ubi nobis innuit, quia qui patrem nos habere gloria mur in cælis, iuste debemus uiuere in terris, ut quandoque terreno puluere exuti, ascēdere mereamur in cælos, ubi patrem quotidie inuocamus. Quod uero subditur, Sanctificetur nomen tuum, Icum nomē dei in se semper sanctum sit, in nobis sanctificari petimus, ut scilicet nos in quibus nomen eius inuocatum est, sancte & iuste uiuamus. Vnde diligentissime cauendum est, ne ad nos illa sententia terribilis dirigatur, qua dicitur: Vos polluistis nomen sanctum meum. sed potius tales simus, ut ad nos pertineat, uel in nobis impleatur, quod ipse alibi dicit: Sancti esto, quia ego sanctus sum dominus deus aester. **Adueniat regnum tuum.** Regnum dei illud hic com memorat, specialiter, quod uentur est pro uniuersali iudicium, ubi regnabit sancti cum domino in gloria, qui non permittunt modo regnare in suo mortali corpore peccata. Quales erant apostoli, quibus a domino dictum est: Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis, & ego dispono uobis, sicut dispoluit mihi pater meus regnum, ut sedeatis super throno

QQ. ii

T SERMO DE

nos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.
Hoc ergo regnum, uelimus nolimus, uenturum est,
tamē si ad illud nos pertinere confidimus, toris uiribus
ut ueniat optare debemus. Cum uero subiungimus, [Fiat uoluntas tua,] cognoscimus qā nō nostris
uoluntatibus obtēperare, sed uoluntatem dei in om̄i-
bus debemus querere: ut iuxta admonitionem Apostoli,
probantes quæ sit uoluntas dei bona, & bene
placens & perfecta, hoc impleamus in opere, quod
illius uoluntati placere fuerit comprobatum. Quod
autem dicimus, **Sicut in cælo & in terra, cæli no-**
mine angelicam creaturam possumus accipere: ter-
ræ, humanam, cui dictum est: **Terra es & in terram**
ibis. Et hoc petimus, ut sicut angeli eius uoluntatem
faciunt in cælo, ita & os faciamus in terris. Siue aliter
cæli nomine, iustos accipimus, de quibus scriptum est:
Cæli euarrant gloriam dei: terra nomine, peccatores.
Et cum diximus, [Fiat uoluntas tua sicut in cælo &
in terra,] hoc petimus, sicut iusti eius faciunt uolun-
tatem, ita ad eius uoluntatem sequenda conuertā-
tur etiam peccatores. Vel certe cæli nomine, ecclesi-
am: terra uero, incredulos & paganos possumus ac-
cipere. Et cum dicimus, [Fiat uoluntas tua &c.] hoc
petimus, ut etiam increduli & pagani conuertantur
ad fidem. [Panem nostrum quotidianum da nobis
hodie.] Panis quotidianus ad uictum pertinet & ue-
stitum, quibus secundum Apostolum contenti esse
debemus, in quibus uerbis spontanea paupertas po-
scitur. Quoniam sicut dominus ait: Beati pauperes
spū, qm̄ ipso est regnum cælor̄. Qui em̄ panē quo-
tidianum petit, superfluitatem diuitiar̄ non querit.
Hodie uero cum dicit, om̄ne tempus uitæ præsentis si-

ORATIONE DOMINICA 613

gnificat. Qui ergo dicunt, [Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, iubentur de crastino non cogitare] uel certe, quia iuxta domini uocem, non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ab ore dei. Cum enim dicimus, panem nostrum, hoc oramus, ut animae cibum spiritalem tribuat, id est, uerbum dei. Et sicut quotidie moritur carnale tribuit alimentum, sic animae sine fine uictus tribuat esurire uerbum dei: quia beati (ut dominus ait) qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Siue aliter, Cum dicimus, [panem nostrum quotidianum da nobis hodie,] possumus de perceptione eucharistiae accipere, de acceptione corporis & sanguinis domini. Et hoc oramus, ut quia sine peccato esse non possumus, sic nobis uitam presentem tribuat sine crimine transire, ut ab eucharistiae perceptione non separemur. Et dimitte nobis debita nostra. Quod debitum in scripturis ad peccatum pertineat, illa parabola euangelij indicat, ubi seruus qui dece milia talenta debebat, ad unam petitionem imperavit absolutionem. Cum ergo dicimus, [Dimitte uobis debita nostra,] hoc precamur, ut dimittat nobis peccata nostra: quod sine dubio non negabit, si nos fecerimus quod subditur: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Regulam enim dimittendi peccata nostra in nobisipsis habemus, ut sicut uolumus nostra a deo dimitti nobis peccata, sic dimittamus & proximis quacunq[ue] in nobis peccauerint. Et sicut uolumus post peccatum benignum inuenire deum, sic nos his qui in nobis peccauerint, clementes simus & benigni, propter illud quod dominus ait: Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus

QQ ij

aliquem, ut & pater uester qui in caelis est, dimittate uobis peccata uera. Vbi & discretio necessaria est, ut discenamus quae alia sunt peccata quae in nobis fr̄es committunt, & alia quae in deum: ut scilicet cum in nobis peccauerint, facile dimirramus: cum uero in deum, non sine castigatione uel correptione, uel si necessitas fuerit, districtiore adhibeamus disciplinam. Peruerso enim itinere graditur, qui in se peccantibus uindi etiam, & his qui in deum peccant, exhibent patientiam. Notandum autem quia non solum per baptismum, sed etiam post baptismum alijs modis in ecclesia remissio tribuitur peccatorum. Septem enim modis remissio peccatorum dari creditur. Primo per baptismum, sicut dominus ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Secundo per penitentiam, de qua dominus alibi ait: Penitentiam agite, approquinabit enim regnum caelorum &c. Tertio fit per eleemosynam, iuxta quod dominus alibi ait: Date elemosynā, & ecce omnia mūda sunt uobis. Quarto fit per indulgentiam proximorum, de qua dominus dicit: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, & pater uester cœlestis &c. Quinto per correptionem uerae charitatis, de qua per Iacobum apostolum dicitur: Qui conuersti fecerit peccatorem ab errore viae sue, saluabit animam eius à morte &c. Sexto fit per assumptionem corporis & sanguinis domini, sicut dominus, cum eiusdem sacramentum discipulis traderet, ait: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Haec facite quotiescumque feceritis in mea &c. Septimo uero fit per sanguinis effusionem in martyrio, sicut angeli uoce in Apo calypsi

ORATIONE DOMINICA 615

dicitur: **I**sti sunt qui uenerunt ex magna tribulatiōe,
& lauerunt stolas suas in sanguine agni. **I**n eo quod
subditur, **E**t ne nos inducas in temptationem,
hoc petimus, ne nos permittat incidere in tentatio-
nem. Quasi enim deus nos in temptationem inducere
dicitur, quando à temptatione nō liberat, sicut de Pha-
raone dictum est: **E**go indurabo cor Pharaonis, cū
nihil aliud sit dō indurare, nisi à duritia nō liberare.
Quapropter considerantes fragilitatem nostrā, cor-
dis uocibus supplicemus, ne nos inducat in tentatio-
nem, sed iuxta Apostoli sententiam, faciat cum ten-
tatiōe etiā prouētum, ut possimus sustinere. **Q**uod
vero subdimus, **s**ed libera nos a malo, uel gene-
raliter ab omni quod malum est, nos liberari peti-
mus, uel specialiter à diabolo, q̄i est inuentor omni-
um malorum. **D**e quo alibi dominus ait: **O**mnis qui

audit uerbum regni, & non intelligit, uenit ma-
lus & rapit. **A**b huīus ergo malitia ne-
ququam possumus liberari, nisi
per eius adiutoriū, qui ait: **N**e
mo bonus, nisi solus deus,
qui est benedictus in
secula seculorū,
Amen.

•
¶ Finis partis æstivalis.

Coloniæ apud Eucharium Ceruicorum, XVI. ca
lendas Aprilis, Anno M. D. XXXIII. Gerardo
Lauactio, Iacobo Rubriclesio C O S S.





1. **q. 1.** **mag**
2. **mag**
3. **mag**
4. **mag**
1. **mag**
5. **mag**
6. **mag**
7. **mag**
8. **mag**
9. **mag**
10. **mag**
11. **mag**
12. **mag**
13. **mag**
14. **mag**
15. **mag**
16. **mag**
17. **mag**
18. **mag**
19. **mag**
20. **mag**
21. **mag**
22. **mag**
23. **mag**
24. **mag**
25. **mag**
26. **mag**
27. **mag**
28. **mag**
29. **mag**
30. **mag**
31. **mag**
32. **mag**
33. **mag**
34. **mag**
35. **mag**
36. **mag**
37. **mag**
38. **mag**
39. **mag**
40. **mag**
41. **mag**
42. **mag**
43. **mag**
44. **mag**
45. **mag**
46. **mag**
47. **mag**
48. **mag**
49. **mag**
50. **mag**
51. **mag**
52. **mag**
53. **mag**
54. **mag**
55. **mag**
56. **mag**
57. **mag**
58. **mag**
59. **mag**
60. **mag**
61. **mag**
62. **mag**
63. **mag**
64. **mag**
65. **mag**
66. **mag**
67. **mag**
68. **mag**
69. **mag**
70. **mag**
71. **mag**
72. **mag**
73. **mag**
74. **mag**
75. **mag**
76. **mag**
77. **mag**
78. **mag**
79. **mag**
80. **mag**
81. **mag**
82. **mag**
83. **mag**
84. **mag**
85. **mag**
86. **mag**
87. **mag**
88. **mag**
89. **mag**
90. **mag**
91. **mag**
92. **mag**
93. **mag**
94. **mag**
95. **mag**
96. **mag**
97. **mag**
98. **mag**
99. **mag**
100. **mag**

tria q.
et. us.

Gra
et. et
et. et
ut. ut
mico
fatu

■ in
■ in
■ in

■ in
■ in
■ in

■ in
■ in
■ in
■ in

■ in
■ in
■ in
■ in

■ in
■ in
■ in
■ in

Polet
diuini
mento

■ in
■ in
■ in
■ in

Pro
■ in
■ in
■ in
■ in

Tec
as con
3°. sic
ceptis
p. ac.

Tec
as. q
futuris

Quoniam uox tu pectus
vultus tuus c. pectoris
miseris tuis delectus q. t.
miseris malos tu homini
Quoniam tu in una eccl.
et p. sit. et tota
una. tu in tua liti
Quoniam tu per
tota eccl. occide
miseris tuis. **Q**uoniam
tu in eccl. fuit
miseris tuis.

in te pectus et te legit. **S**. ac
c. sec. **Q**uoniam tu in q. gen. tua
corde misericordia. **P**. a. phe.
Quoniam q. sunt tua dicitur s. in
duo s. matiam. et duo s. tui
Quoniam tu dereligi patrem ex te
S. be. c. Ho. degen. **Q**uoniam
tu possit recordari et citate plor.
S. no. m. uultu quo n. et uerba
c. ab inuenis. **Q**uoniam tu
renuntiabit per penitentia diligenda
S. no. si. m. uore scida. c. admo
nitione.

Festimari. ca. h. c. q. es
Verbi tua quid em. ingenuum
possit et ut uocantes p. non
a sit solempnitas. letus. si sim
pler. **Q**uoniam tu huc spodo
a spodo recete et abi. **S**. non
si. desponsatio est te puto. c. tis
postero.

Verbum meum ca. h. c. q. es
Verbi pma. q. t. u. dicit. angusti
ut fideles. **P**. sic. **Q**uoniam tu
huc amilo ad fidem ab aliis
dicit inuenire pote. **P**. sic. n. sic
dum. c. **G**lorie. **Q**uoniam si
sit duximus qui habet vno mu
hunc tui dux. et alio p. **P**.
no. hoc. roe. be. psalmi.

Verbo. uocante h. c. q. es
Verbi pma. q. sit. sit. sit. con
ingui in seruit et ingenuum
S. sic. m. or. or. impedit.
Quoniam tu deprehendi. et
tu huc et recete ab. lo.






Amboinsus gla &
Qui aures preceptis suis ligat, dicitur per legem
prota in se custodire,

In eadem

*V*enit inter nos cui maleficias, qui in isto esse
ministro: cum te maleficari non oporteat,
¶ 36, noli malignum esse in malorum intentis,
mess & similium fuis sanctus Christus.





the scale towards document

A 618
tribulatiōe,
in eo quod
ationem,
tentatio-
n inducere
cut de Pha-
raonis, cū
5 liberare.
ostrā, cor-
tentatio
cum ten-
re. Quod
uel gene-
erari peti-
tor omni
Omnis qui
enit ma
ne-
i

m, XVI.ca
Gerardo
S.